



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Historiae Societatis Iesv Pars ...**

Pars Qvarta Sive Everhardvs

**Orlandini, Nicola**

**Antverpiae, 1661**


**urn:nbn:de:hbz:466:1-14186**




N. VI. Th. II. 176a.

3. 7

1. 1. 1.







HISTORIAE  
SOCIETATIS  
IESV  
PARS QUARTA  
SIVE  
EVERARDVS.

AVCTORE  
R. P. FRANCISCO SACCHINO  
SOCIETATIS EIVSDEM SACERDOTE.

*Collegii Societatis IESV Paderborna 1670.*



INSVLIS,  
Ex Officinâ NICOLAI DE RACHÉ, sub Biblijs aureis,  
Anno MD. C. LXI.



HISTORIAE

SOCIETATIS

IESV

PARS QVARTA

SIVE

EVERARDVS

AUCTOR E

R. P. FRANCISCO SACCHINO

SOCIETATIS EIVSDEM SACERDOTE



IN EVANGELIO

EX OFFICINA NICOLAI DE RAENE, SOD. BIBLIJS AVCTIS

ANNO MDCCCLXXIII

GOSWINVS NICKEL  
SOCIETATIS IESV

PRÆPOSITVS GENERALIS.

CVM Quartam Partem Historiarum Societatis IESV ( siue Euerardum ) à Patre Francisco Sacchino eiusdem Societatis Sacerdote olim conscriptam aliquot nostri Theologi recognouerint , & in lucem edi posse probauerint , facultatem facimus , vt typis mandetur , si ita ijs , ad quos spectat , videbitur : cuius rei gratia has literas manu nostra subscriptas , sigilloque nostro munitas damus. Romæ. 8. Sept. 1652.

Gosvvinus Nickel.

---

REVERENDISSIME PATER.

L Egi, inſu Tuo, Historiarum Societatis IESV Partem Quartam, ab Anno Domini 1573. ad 1580. reperiſſe graui, & eleganti ſtylo conſcriptam, clariffimisque religioſarum virtutum exemplis, ad poſteriorum eruditionem, referriſſimam. Cumque in ea omnia proſus, ſine ulla Orthodoxæ Fidei, ſanæ doctrine, atque optimorum morum iniuria decurrant; non ſolum publica luce, ſed & omnium commendatione digniſſimam cenſeo. Romæ, ex Aedibus S. Mariæ in Campitello die 15. Martij 1650.

Hippolytus Marracius Congregationis Cleric. Regul.  
Matris Dei, manu propria.

---

CVM Sanctiſſimus D. N. Vrbanus Papa VIII. die 13. Martij anno 1625. in Sacra Congregatione S. R. & Vniuerſalis Inquiſitionis Decretum ediderit, idemque confirmauerit die 5. Iulij anno 1634. quo inhibuit imprimi libros hominum, qui Sanctitate, ſeu Martyrij fama celebres è vita migrauerunt, geſta, miracula, vel reuelationes, ſeu quæcunque beneficia, tanquam eorum interceſſionibus à Deo accepta continentes, ſine recognitione, atque approbatione Ordinarij, & quæ hætenus ſine ea impreſſa ſunt, nullo modo vult cenſeri approbata. Idem autem Sanctiſſimus die 5. Iunij 1631. ita explicauerit, vt nimirum non admittantur eſlogia Sancti, vel Beati abſolutè, & quæ cadunt ſuper perſonam; benè tamen ea, quæ cadunt ſupra mores, & opinionem; cum proteſtatione in principio, quod ijs nulla adſit auctoritas ab Eccleſia Romana, ſed fides tantùm ſit penes auctorem. Huic Decreto, eiufque confirmationi, & declarationi, obſeruantia, & reuerentia, qua par eſt, inſiſtendo; profiteor me haud alio ſenſu quicquid in hoc Libro refero, accipere,

accipere, aut accipi ab vilo velle, quàm quo ea solent, quæ humana duntaxat auctoritate, non autem diuina Catholicæ Romanæ Ecclesiæ aut Sanctæ Sedis Apostolicæ nituntur. Ijs tantum modo exceptis, quos eadem sancta Sedes Sanctorum, Beatorum, aut Martyrum catalogo adscripsit.

Imprimatur si videbitur Reuerendis. Sacri Apostolici Palatii Magistro.

*Africanus Rivaldus Vicefg.*

*Imprimatur*

Fr. Vincentius Fanus Magist. & Socius Reuerendis. P. Fr. Vincentij Candidi Sac. Pal. Apost. Mag. Ord. Præd.

#### PRIVILEGIUM.

**E**Go infra scriptus Societatis IESV in Gallo Belgicâ Prouincialis iuxta Priuilegium eidem Societati concessum, quo Typographis omnibus prohibetur ne libros ab eiusdem Societatis hominibus compositos absque Superiorum permissione imprimant, facultatem do NICOLAO DE RACHE, Typographo Insulensi, vt totum quartum *Historiæ Societatis nostræ* à R. Admodum P. Nostro Generali approbatum, imprimere & ad sex annos proximos libere distrahere possit. Datum Duaci 23. Februarij Anno 1661.

HVBERTVS WILTHEMIVS.

**V**lris supradictis approbationibus quartæ Partis Historiarum Societatis IESV, cenfeo illam posse in lucem edi. Insulis 2. Maij 1661.

LVCAS ROVSSEL *Pastor Sancti Stephani  
& Librorum Censor.*

HISTO-

# HISTORIÆ SOCIETATIS IESV PARTIS QVARTÆ

A.D. 1573.

Liber Primus.

Soc. 34.



ANNO Milleſimus quingentefimus ſeptuagēſimus tertius nouo Generali inſignis quartam inchoat Hiftoriarum noſtrarum partem, annos deinceps ſeptem complexam: quo tempore adulta iam, ac robuſta Societas diſtinctius cœpit moribus, reuocandiſque ad uſum legibus, multiſque explicandis, quaſi quodam civili iure formari. Nam cùm Laynem publicæ rei Chriſtianæ occupationes, Borgiam ſuper hæc inualetudo diſtinuiſſet; Euerardus in domeſticam adminiſtrationem totus incubuit, & multa ab ijs inchoata prope perfecit. Principio anni curis vbique in Generalem Congregationem collatis, de more habitus Prouinciales Conuentus. Pro Georgio Serrano Luſitanæ, & Ioanne Canna Boeticæ Prouincialibus aduerſa valetudine impeditis, Leo Henricus & Ioannes Plaza ſuſſecti. Pro Hermanno Tyreo Rheni Prouinciali, qui poſtulatū Antiftitiſ Moguntini ad conciones ſubſtitit, miſſus Lambertus Auerius. Cunctis è Prouincijs Electores ad diem Romæ affuere, præter Edmundum Augerium, atque Caſtellæ Prouinciæ Patres. Edmundum primò Rex Carolus tenuit, iuſſum in caſtris ad militem, qui Rupellam obſidebat, concionari: deinde etiam morbus. Ægidium Conſaluum Caſtellæ Prouincialem, comiteſque Ioannem Suarium, & Martinum Guterrium, cum Didaco de Rios laico interceptere in Aquitania Hugonotti. Iter, quod rectè ferè Bayonâ Lugdunum Hæretici habebant inſeſtum, eò ſuper inditam ex impietate crudelitatem immaniùs, quòd circumſepti, preſſique regijs copijs; & comitatibus intercluſi ſceleratam vitam latrocinij ſuſtentabant. Præcognito Patres diſcrimine hominem locorum peritum, qui Burdegalam, inde per Aruerniam duceret, Bayonæ aſſumpſerunt. Is temerè conſuſus (namque fraudis mentionem nullam inuenio) conſuetam Lugdunum verſus viam iniuit. Itaque leucas quinquaginta progreſſos Hugonotti inuadunt, ſpoſiant, propinquum in caſtellum, Cardalliacum nomine, decem ab Rhutenorum vrbe leucis abducunt. Hic ſtatim Hæretici conſultare, maſtarent ne potius, an redimendi ſui facerent poteſtatem. Nondum nôrant de Societate eſſe: verùm falſo rumore audierant vnum eſſe Episcopum: quo quaſtus luculenti ſpe ad mitiorem partem trahebantur. Audiebant de ſuis capitibus turbulentam conſultationem Patres. Truces vultus, & minacia ora intuebantur, paratique, ſi inferretur nex, pro catholica religione obuijs ceruicibus excipere: dubitabant, ſi libertas redimenda proponeretur, foretne ſatiùs conditionem amplecti, an occaſione duræ ſeruitutis, & glorioſarum ærumnarum, ad conteſtandam catholicam fidem, & exercendum erga Deum amorem, vt. Denique, vbi Hæreticis pars quaſtuofior placuit; etiam ipſi congruentiùs Societatis voluntati, Sanctorum exemplis, legique diuinæ exiſtimârunt de redemptione tranſigere: ne tentâſſe Deum viderentur, ac pecuniæ potius, quàm religionis cauſa vexati. Ergo ad pactiõnem ventum. Vbi cùm Hæretici pro ſpe, quàm deuorant, ad immanem ſummam conarentur adigere; Patres autem (vt qui paupertatis voto cuncta abdicarant) ne eo quidem articulo vellent profeſſionem pauperum egredi, atque adeo nec ſuas quidem vitas tantæſtimarent; nihil propiùs factum eſt, quàm vt facinus teterrimum patraretur, tresque Viri præſtantiffimi pro viliffimis capitibus necarentur. Inter conſuſos clamores, conuicia, & contumelias turbæ circumfremētis exiliens Hu-

1  
Generalis Conuentus.

2  
Caſtellæ Prouincie Patres ab Hugonottis intercepti.

3  
Conſultatio de Patrum capitibus.

4  
Religioſæ paupertatis ſtudium.

5  
Ægidius Con-  
saluus laucia-  
tor ab Hære-  
cis & Marti-  
nus Guterrius  
morbo corrip-  
tur.

gonottus in Ægidium, cuius obseruari à socijs nutum videbat, furore ardens, stricto mucrone irruit, ac sæpius pulsatum innoxie, grauius in femore fauciat. Interim etiam Guterrius graui lateris dolore, febrique corripitur. Quæ fuit causa maturandæ pactionis, cum è tribus Sacerdotibus vnus ex vulnere, alter ex morbo periculosè decumberet. In francos nummos bis mille conuenitur. Verùm diuinæ bonitati placuit Guterrium eo loco vitam claudere, vbi diurni sui voti compos factus, palmam Martyribus proximam fortiretur. Perditu feruens Crucis amator optauerat non in lectulo inter commoda, sed inter maximas arumnas mori humano omni præsidio spoliatus: ac planè ita euènit. Quinto postquam decubuerat die, qui Sabbati, & (quântum coniectura fert) nonus ante Kalendas Martias fuit, in præ-

6  
Moritur inter  
arumnas ma-  
ximas, & omni  
humana ope  
destitutus.

donum, eorumque Hæreticorum manibus animam exhalauit acerrimos per dolores: adeo ope destitutus omni; vt, cum sacras, religiosasque res omnes eripuis- sent Hæretici; cruciculum ex minuta candela figurarint Patres, quam deosculare- tur moriens, & manibus sustineret. Ceterum summa cum pietate, generalique expiatus confessione excessit, vigesimo tertio ab inita Societate, septimo & quadagesimo ab ortu anno. Patriam habuit Dicecesis Toletanæ oppidum Almodouar Campi nomine, Ioannis quoque Auilæ, Magistri eius celebris satis nobile. Inter

7  
Guterrij virtu-  
tes.

eximias Martini Guterrij virtutes eminebat aduersus Dei Parentem Cæli Reginam propè inenarrabilis obseruantia indè vsque ab ineunte ætate suscepta. Neque in-

8  
Deipara se illi  
ostendere soli-  
ta, ac visâ So-  
cietatè sub pal-  
lio contege-

dulgentissima Mater clientis sui vincebatur officijs. Certum est ostendere se illi perbenignè solitam: atque inter alia aliquando visam sub augustissimo pallio Societa- tem vniuersam, in singularis patrocinijsymbolum, contegentem. Illud quoque mirum post eius mortem notatum est, quod paucis post diebus scripsit, ac sepè deinde narrauit Ioannes Suarius; Guterrio mortuo, Socijs ed mæstioribus, quèd

9  
Eiusdem iam  
mortui sepul-  
turam curat  
Deipara.

eo loci ne procurandi quidem cadaueris facultas afforet vlla; ingressam ad eos honestam Matronam cum linteo candido: cumque diceret auditum sibi habere eos demortui Socij corpus; rogasse, vt eius ad sepulturam componendi curam sibi permitterent: quod cum impetrasset; piè id, graniterque composuisse, statim- que egressam, nec postea inuentam: vt eorum, qui interfuere, nemo dubitarit, quin id benignissimæ Cæli Præsidis erga exuias clientis sui beneficium fuerit. Hoc igitur modo Guterrij curato cadauere, atque humi condito, vbi ante Hæreticos Crux steterisse dicebatur, vndè & multis post annis translatum in Hispaniam est, Ioannes Suarius ad expediendam pecuniam Lugdunum dimittitur. Quæ dum lentè expeditur; Ægidium plaga, quæ deterrima curatione computruit, vehementer exercuit: ex eoque factum, vt neuter Generalis Præpositi creationi interesset. Narrabat tamen deinde Ægidius vnicum sibi in ea solitudine solatium fuisse libel- lum, in quo percepta in meditatione ante sensa, & illustriora lumina adnotarat: quem sæni prædones, dum alia raperent omnia, reconditum in sinu cum non inuenissent; identidem lætitans regustabat. Ceterum præsto erat, vt solet in rebus asperis, diuina clementia oranti adeo propicia, vt in eo carcere orare se didicisse Pater referret. Aderat iam dies tertius Iduum Aprilis inchoandis Romæ Conuen- tibus præstitutus: nec quicquam erat, quod moram afferret. Verùm interea con-

10  
Polancus, & a-  
lij læti adeunt  
Pontificem pi-  
titori felix Co-  
gregationis au-  
spicium.

tigit, vt Gregorius Tertius decimus Pontifex Maximus, vbi Polancus, Salme- ron, & aliquot præterea læti petikum de more felix Congregationi auspiciam, adiero; multa interrogaret, de ratione Præpositi deligendi, qui numerus suffra- giorum legitimus esset, quot Hispani, quot singulæ aliarum Nationum haberent suffragia: cumque multis partibus superare Hispanos cognouisset, quod non è suis

11  
Ex Natione a-  
lia, quam His-  
pana Genera-  
lem creandum  
proponit Pon-  
tifer.

modò, sed ex alijs etiam fortè læti Prouincijs aderant, atque inæqualitatem admira- retur; institit quærere, quot ex Hispania Præpositi Generales fuissent: editoque responso fuisse tres, quotquot ad eam diem Societas habuerat: Nunc ergo æquum est, inquit, vt ex Natione alia creentis. Quæ vox percudit Patres. Itaque Polan- cus modestè, sed liberè, Congregationem subijcit Romæ potissimum celebrari, vt sub tutela Sedis Apostolicæ libertatem suam obtineat. Hoc se Beatissimo Patri supplicare impensius, ne quando patrociniam Societatis tam propriè ipse susce- pisset, sineret vilo modo libertati eius officii. Et Pontifex: At suffragia paria esse

opor-

oporteret. Non ne ex alijs Terris idonei suppetunt? & nominatim Euerardum ap-  
 pellauit, quem fama fuit, à Cardinali Lotharingo, cum esset Romæ, Pontifici  
 laudatum. Hic quoque Polancus quiddam volebat afferre: sed occupans Grego-  
 rius benedixit, & addidit: Ire, & quæ factu recta sunt facite. Horum origo mo-  
 tum præcipua, fuerunt studia Nationum. Etenim inter excellentia Societatis do-  
 na, præcipuum semper fuit, estque hodie, Deo iuuante, cum omnium morta-  
 lium admiratione, mutua inter omnes, quantumuis Nationum, ac gentium diuer-  
 sarum, caritas: id quod maximè eius professioni congruebat, & nomini. Nam quæ  
 Societatis IESV titulo præcipuè gaudet, eam discipulorum quoque IESV insigni,  
 ac nota potissimum distingui decebat. Orta principio cum diuino hoc stygmate  
 est, cum, ex hominibus diuersarum Nationum consensione mirifica, per Christi  
 gratiam copulatis, coaluit vnum in corpus. Instituto verò suscepto, sinus caritatis  
 nullis coarctatus limitibus planè erat necessarius: vt qui ad gloriam Dei, quam ma-  
 ximam non in vna alteraque Prouincia, sed in vniuerso Orbe terrarum curandam sese  
 totos addixerant, ijs nulla esset Natio, nulla gens aliena. Planèque euènit, vt dum  
 viribus, animisque coniunctis, patria singulis Mundus est; cognatio, & propin-  
 quitas Christi sanguis; hic, alibiue habitandi causa, Dei maior laus ex obedien-  
 tia nutu, nulloque, nisi diuini obsequij respectu, Hispani, Lusitani, Galli, Ger-  
 mani, Belgæ, Itali, alijsque è Prouincijs, ac Regnis permixtim alij alias excou-  
 lunt gentes; præclaros toti Ecclesiæ Dei parerent vsus, nouique Ordinis inclyto  
 nomine Prouincias, & Regna omnia ad extremum vsque Orientem complerent.  
 Ceterum præclara hæc animorum conspiratio, atque ex immortalium beata pa-  
 tria in mortalibus expressa germanitas quantum est pretiosior, ac spectabilior; tanto  
 difficilius magno tempore, magnoque in numero viget. Nam sicut in fidibus,  
 quæ ex neruorum omnium consensione efficitur harmonia, vel vno discrepante cor-  
 rumpitur; ita in hominum cœtibus, vnus quispiam, aut pauci, siue perturbatio-  
 ne, siue errore, quasi extra chorum abrepti, summam rei perturbant. Quid au-  
 tem equè procliuè est, quam magno in numero, ac tempore existere homines  
 turbulentos, vel studio inconsiderato transversum actos, vel Diaboli præstigijs ca-  
 ptos, quibus religiosorum quoque hominum labefactetur concordia? Atqui rectè  
 considerantibus apparebit immodica Nationum studia postrema perturbationum à  
 viris bonis exui, primamque Diabolo esse portam ad ingentes ruinas clanculum  
 inuehendas. Nam cum ea propensio non ingenita modò sit, cum eo affectu, quo  
 quisque se, suaque maximè amat, vultque excellere: ac dein opinione, ac ser-  
 monibus vulgi, gestisque populorum inuicem bellis roborata: adhæc morum, in-  
 stitutorumque diuersitate, atque adeo varia corporum habitudine enutrita; sed  
 etiam, si modus adsit, laudem, non vituperationem habeat, & caritas aduersus  
 patriam nominetur; inde fit, vt inter vitia cuncta facillimè honesti specie inuol-  
 uatur: atque adeo Viros ceterà optimos fallat, vel Angelorum certamina ad Na-  
 tionum suarum curanda commoda, & ex eo Perfarum Principis, qui diu Michaë-  
 li obtulit exemplo, suis perturbationibus obtendentes. Patuit pestis huius vis in  
 primo Ecclesiæ Sanctæ ortu, tum ipsum, cum Dei feruebat sanguis, ac Spiri-  
 tus Sancti lapsus è Cælo incendium consabat ex humano genere corpus mysti-  
 cum Christi, vt multitudinis credentium cor vnum esset, atque anima vna, hanc  
 Satan commodissimam ad irrependum partem reperit: hinc diuina illa ædificatio  
 labem cœpit facere. Crescente numero Discipulorum (diuinus inquit Historicus)  
 factum est murmur Græcorum aduersus Hebræos, eo quod despicerentur in mini-  
 stero quotidiano Viduæ eorum. Quæ verò subinde, & quanta extiterint certamina  
 inter Christianos ex circumcissione, atque ex Gentibus, eamque ob rem inter  
 ipsos Ecclesiæ Principes, non est quod fusiùs disputem. Hæc nimirum fuit causa,  
 cur Sancti Apostoli toties inculcarent nullum apud Deum Iudæi, & Græci, Bar-  
 bari, ac Scythæ discrimen esse. Quod posterioribus sensim temporibus inter  
 Fideles Latinos, & Græcos auctum, corroboratumque dissidium Orientalem Ec-  
 clesiam propè omnem, tantum, ac tale membrum (quod sine dolore ingenti cogi-  
 tati nequit) ab Romano Pontifice, hoc est à capite auulsam, in miseriam non

12  
Polancus Pon-  
tifici respondet.13  
Pontifex Eue-  
rardum propo-  
nit.14  
Diuerlatum  
Nationum ca-  
ritas in Socie-  
tate.15  
Caritas difficil-  
iè diu in mul-  
titudine cou-  
seruatur.16  
Primigeniæ  
Ecclesiæ exem-  
plum.

animorum modò, sed etiam corporum tyrannidem rapuit. Ut Viri sanctitatis professores oculis ad hæc, aliaque nimium multa eiusmodi exempla intentis, animaduertant quantum exitium prava Nationum importent studia: hominesque Societatis pro se quisque diuinum illum magnanimæ, interminatæque caritatis thesaurum, hoc vigilantius tueantur; quò pluribus eum machinis Satan oppugnat: existimantes non vnius, aut alterius agi commodum; sed totius salutem corporis, cum vnum membrorum à ceteris dissidet, plusque ad se, quàm æquitas pariat, trahit. Hac igitur eadem ex parte, quam maximè imbecillem, atque ad regendos dolos apram norat, peruiamque in Sancta Ecclesia primùm inuenerat, moliri in Societate ruinam æternus pacis osor instituit, specie, vt cum Viris bonis abfollet, boni maioris. In plerisque Societatis Prouincijs præcipua ad hanc diem habuerant munia regendi, docendique ferè Hispani homines. Quèd ex ijs quamplurimi scientia præstantes, & rebus agendis maturi ad Societatem accesserant: cum ex alijs Nationibus nec ita multi initio, & plerique adulescentes longo tempore formandi sese offerrent. Ergo principio cum manifestè appareret non suppetere indigenas ad ea, quæ externi tractabant, paruoque in numero, ac primo in flore caritatis; nemo erat, qui rem non in eam, in quam oportebat, partem acciperet. At vbi Sodalium amplificatus est numerus, ac cõpere suis quæque Prouinciæ abundare hominibus, primusque ille caritatis vigor in multis elanguit; tum ortum est murmur. Nec longè accersenda fuit reatæ mentis simulata imago. Communis illa erat ad manus umbra, per quam quod ipsis displicet, turbulenti homines, sapè queruntur populo, atque Principibus offensionem esse. Iactant pessimè audire Societatem, grauique apud Nationes, ac Reges premi inuidia, quòd tam multi vbiq; alienigenarum ad prima adhibeantur munia; indigenarum verò in docendis pueris conerantur etates. Quæ sanè longissimè aberant à vero. Semper enim non solum Ignatius, sed deinceps Laynius, ac Borgia eò incubuerant, quòd mihi ex eorum epistolis, vitæque tota compertissimum est, nec cuiquam sine Virorum optimorum summa iniuria suspicari aliter fas est, vt ex cunctis Nationibus ad altiores disciplinas idonei, meritosque ad gradus prouerentur. Sed pauci Hispanorum præfecturam paulò imperiosius exercentes, itemque pauci aliorum humanarum adhuc serui cupiditatum, alienæque non libenter potestati subiecti, ferebant, alebantque eum sermonem; qui aliquot iam annis perstrebat in Gallijs, nuperque in Burdegalensis Collegij fundatione, vt demonstrari, cõpiti foras erumpere. Neque eo vacua erat Italia, non sine nonnulla Benedicti Palmij nota, qui studio commissarum sibi Prouinciarum interdum longius prouehabatur. Hoc ergo sermone Pontifex nescio vnde imbutus, persuasulque, ad conferuandam in Societate Nationum inter se consensionem; aliam nullam superesse viam, existimabat in præsentia Generalem ex alia, quàm superiores fuissent, gente creandum. Accessit ad hæc quòd Henricus Cardinalis qui tunc in Lusitaniâ quæstionibus fidei præerat, eiusque opera Rex Sebastianus, atque Philippus Secundus Rex Lusitanis Patribus Romam euntibus ad quosdam Cardinales literas, atque ad Pontificem dedere, orantes, ne fineret Generalatum Societatis ad Neophytorum quempiam peruenire. Has literas statim Leo Henricus Cardinalibus dedit, Pontifici autem non nisi pridie eius diei, quo eundem in suffragia erat, quemadmodum mox enarrabo. Ceteràm cum nihil tunc Pontifex imperasset, tamen graui cura anxij, tamen cum aliqua spe liberorum Comitiorum, ex eo Patres reuerterant. Cõtus indè profecuti, Laurentio Magio Austria Prouinciali, qui Acta Congregationis ante creatum Generalem exciperet, lecto, designant, qui ex decreto Congregationis secundæ inspicerent, num qua in re passa detrimentum, vel passura Societas timeretur. Omnium primum visum est id munus præter Vicarium, & Assistentes, Salmeroni, & Bobadilla è primis Decem committendum. Hisque communibus suffragijs quinque additi, Oliuerius Manaræus, Paulus Hoffæus, Franciscus Adurnius, Michaël Turrianus, Ioannes Plaza, pro sua quisque Natione, ex qua venerat. Facta potestas ex Electoribus omnibus, ac Procuratoribus, qui duo tantùm aderant, Ricardus Tectorius Poloniae, & Ignatius Martinijs

17  
Ignatius, Laynius, & Borgia ex cunctis Nationibus ad gradus & disciplinas idoneos prouerent.

18  
Sebastianus, & Philippus Secundus Reges Pontificem orant, ne sicut Generalatum Societatis ad Neophytorum quempiam peruenire.

19  
Laurentius Magius eligitur ad acta Congregationis excipienda.

20  
Designantur qui inspiciant numqua in re detrimentum Societas passa sit.

tinus Indiæ Orientalis, cognoscendi, cum eo tamen, vt de statu rerum Societatis, non autem de personis, neque ijs rebus, quæ ad certos homines pertinerent inquirerent. Ab ceteris prohibiti quærere; si tamen vltro quis cordatus præsertim, atque probatus vir quidpiam deferret; nequaquam repudiarent, sed non nisi scriptum, delatorisque subscriptum nomine exciperent. Notitiæ capiendæ biduum præstitutum. Post hæc latina concio Comitiorum die habenda Antonio Posseni- no mandatur: Petro verò Canisio, quem ad varios Germaniæ Principes pro rebus Religionis publicis missum Romam Pontifex aduocarat, itemque Procuratoribus Prouinciarum, & Christophoro Madrido Romani Domus Ministro Comitij delegatur custodia. Tum collecta ab designatis Patribus, in Præpositi delectu spectanda capita singulis Electorum scripto traduntur. Inter prima erat, vt optaretur is, qui Caritatis illius, quam tantopere Instituta Societatis commendant, atque homines semper in ea suspexere, studiosius fore speraretur: vt causis dissensionum summotis, seridè ad pristinam coniunctionem redintegrandam incumberet. Rite omnibus præparatis, ac Salmerone creato Assistente ad Electionis negotium, dies vndecimus ante Kalendas Maias instabat, Comitij habendis eò libentiùs destinatus; quòd eo die Fundator Societatis Sanctus Ignatius, post susceptum triduo ante Generalis onus, solennem professionem, cum reliquis Romæ e primis decem emiserat. Pridie eius diei ad Pontificem in Tusculano degentem Leo Henricus, quas tulerat ab Sebastiano, ac Philippo Regibus, & ab Cardinali Henricio literas misit. Postridie igitur eius diei vbi illuxit, Sacrificio rite peracto, sacrosanctaque sumpta Eucharistia, Patres includuntur. Iamque Possenus dicebat, cum trepidè nunciatur adesse Ptholomæum Gallium Cardinalem Comensem Pontificis missum, Introductus, perque officiosè, quàm Gregorio curæ Societas foret, exequutus; tandem significat, iubere eius Sanctitatem, quoniam adhuc Generales Præpositi ex Hispanis cuncti fuerint, in hisce duntaxat Comitij ex alia creati Natione, quod è sanctæ Ecclesiæ, & Societatis communi bono persuasum habebat esse. Perturbatis ad eam denunciationem Patribus, respondit Polancus Vicarius, Perspectam Societati Beatissimi Patris rectam vbique mentem, atque benignitatem erga ipsam singularem. In eo tamen iusso plurimum inesse difficultatis, de quo eius Beatitudinem admoneri oporteret. Vbi inter se aliquantum consularint, eique pauca renulerint; totos in potestate Christi Vicarij, atque obedientia humillimè fore. His auditis Cardinalis egreditur. Patres intermissa creatione Præpositi, magno cum doloris sensu agitare occipiunt, quemadmodum tam graui plagæ posset occurri. Atque vt cuncti intelligant, quanto pietatis studio ageretur res, quamque religiosorum hominum dissidia, quæ zelus, tametsi interdum sine scientia mouet, ab ijs differant, quæ humanæ cient perturbationes; ad exemplum quod sequitur, animum aduertant. Leo Henricus vltra opinionem suam progressam videns rem, Patres omnes grauissimè commotos, ereptam planè in tam graui deliberatione libertatem; proflens in medium, profitetur palam tantæ tempestatis auctorem sese fuisse, minimè id tamen agentem: ac velle anathema pro Societate esse. Aditurum se repente Pontificem, adnifurumque vt suum Societati ius integrum redderet. Placuit consilium Patribus: additisque ei Socijs Paulo Hoffæo, Laurentio Magio, Oliuero Manaræo, ac Petro Canisio (nam ex natione Hispana modestia prohibuit mitti) eodem die in Tusculanum contendit: & admissus ad Pontificem in hunc fermè modum loquitur: Pater Beatissime, Congregatio nostra, cognitâ per Illustrissimum Comensem Sanctitatis Vestræ de Generali legendo voluntate, ac satis gnara id tantum Sanctitati Vestræ propositum esse, quod Dei gloria aptissimum sit; existimauit pergratum ei fore cognoscere, quid super ea re ipsi succurrat. Ac Primum hoc ego priuatim spondeo, qui Regum Philippi, & Sebastiani noui mentem, vtrumque in bonam partem accepturum, si sua relinquatur Congregationi libertas. Nec difficile est id intelligere. Nam cum idcirco tantum vterque nostro Ordini studeat, quod suis Regnis opportunum experiatur, ac speret; profectò si quid priuatim obseruari in nostris Comitij cupiunt, inde est, quòd eum conseruari, & quam maximè flo-  
rere

21

21  
Antonio Posseni-  
no Concio  
mandatur.

22

22  
Canisio, & alijs  
Comitij delega-  
tur custodia.

23

23  
Salmeron ad e-  
lectionem As-  
sistens creatur.

24

24  
Iubet Pontifex  
per Cardinalem  
Comensem ex  
alia Natione,  
quam Hispana  
creari Genera-  
lem.

25

25  
Intermittitur  
Generalis crea-  
tio.

26

26  
Leonis Henri-  
cij confessio.

27

27  
Ipse & alij non-  
nulli Pontifi-  
cem aduunt.



28  
Rationes pro  
suffragiorum  
libertate tuc-  
da.

29

Obsecrationes  
ad Pontificem.

30

Pontifex liber-  
tatem redit  
Congregationi.

31

Euerardus re-  
nunciatur  
Præpositus Ge-  
neralis.

32

Assistentes,  
Admonitor  
creantur.

rere volunt. Verum enimvero Congregationis vniuersæ hic sensus est, vt subla-  
ta Comitiorum libertate, penitus euersti putet. Nouit Sanctitas Vestra quouis  
in cœtu rectè instituto quantopere status rerum è summo pendeat Magistratu, ex  
quo, tanquam ex capite, vigor ad membra descendit: quamque necesse sit in eo  
auctoritatem inesse quam maximam, quæ obsequia, & studia, & animos conci-  
liet subiectorum. Nihil enim ita conciliat hominum voluntates erga Superiores,  
vt opinio de eorum præstanti virtute, ac persuasio, quodd rite, diuinoque potius,  
quàm humano suffragio prælati sint. Quod si non libera Comitia sint; qui crea-  
bitur Generalis, non electus, sed obrutus videbitur: si non ex omnibus potestas  
sit eligendi, sed ex certo genere personarum; iam non præstantissimus censebi-  
tur electus, sed quem necessitas reliquerit. Quanta autem hinc macula ipsi Præ-  
posito? quanta obsequij, reuerentiæ, amoris remissio in inferioribus? quanta  
tum perniciēs, ac difficultas administrationis? quanta etiam porta ad inuehenda  
in hunc Ordinem plus nimio se insinuantia Nationum immodica studia, & diffi-  
dia inter sese membrorum? quanta demum exempli pestis? Quid enim procli-  
uius est, Pater Beatissime, quàm vt, quemadmodum nunc vna excluditur, sic  
alio tempore alia excludatur natio? Quid tum si non ita propensi Reges, non  
ita Patronus, ac paterni animi erga nos Pontifex existat? Nostrorum Comitio-  
rum, Pater Beatissime, ratio hæc est, vt quisque demissurus in vnam suffragium  
est, sanctè iuret, eum ab se deligi, quem ex omnibus maximè idoneum arbitra-  
tur. Hanc formulam reliquit nobis noster Fundator: nec dubitamus quin, quem-  
admodum diuina prouidentia in creanda hac familia, eum voluit administrum;  
ita in describenda formula, quâ supremum caput cooptaretur (qua in re tantum  
momenti est) præcipuè docuerit, rexeritque: atque adeo quantò fidelius eam nos  
formulam conseruauerimus; tanto liberaliùs Spiritus Sancti gratia affutura actis  
nostris sit. Rogamus itaque Sanctitatem Vestram, & obtestamur sinat nos grauif-  
simo in negotio satisfacere conscientiæ nostræ, vt consueta iurifurandi verba saluâ  
religione liceat pronunciare. Conuenere totius Societatis prudentissimi, ac san-  
ctissimi Viri: nihil temerè, nihil per studia partium fiet; nihil non summo consilio  
à cognoscentibus, quarum quisque sit virium, quid ferant tempora, quid sanctæ  
Ecclesiæ, ac Societatis requirat status. Vniuersi hoc Patres ad Sanctitatis Vestræ  
pedes prostrati, ex quibus nos lecti sumus, postulant: vniuersi, inquam, præter  
eos, qui ob commune damnum exempli dolentes nouitatem, gaudent potius pri-  
uatim extra sortem periculi se, atque honorum, quales quales sint, poni. Annue,  
Pater Beatissime, tam iustis postulatis, vt digressi per vniuersum terrarum orbem  
in suas quisque Prouincias, inter singularia benignitatis vestræ pignora, hoc maxi-  
mum prædicantes, lætiùs, & enixiùs in Vineæ diuinæ cultura labores subeant, per-  
ferantque. Hæc aliaque non Leone modo, sed & alijs quoque Patribus memoran-  
tibus, precesque rationibus cum graui animi sensu miscentibus, aliquantum oblu-  
tatus; eò demum descendit Pontifex, vt libera Congregatio esset: cum eo tamen,  
vt si fortè Hispano homini munus imponeretur, ante promulgationem sibi signifi-  
carent. Cum eo responso Patres nocte intempesta in Urbem reuersi, postridie  
manè Pontificis voluntatem in Conuentu renuntiant; quâ cognitâ, Decretum illi-  
co summo consensu fit, vt libera planè, ac simpliciter pro vniuersumque conscien-  
tia, quando id Pontifex permittebat, atque seruatâ solenni iurifurandi formulâ,  
suffragatio esset. Ac protinus Comitij repetitis, cum septem, & quadraginta Ele-  
ctores adessent, primâ suffragiorum latione, suffragijs septem ac viginti Euerardus  
Mercurianus renuntiatur Præpositus, qui diu in Germania Inferiore Prouincialis, &  
nuper Assistens apud Borgiam fuerat, Vir spectatæ prudentiæ, summaque mode-  
rationis. Indè cetera tractari cœpta, Polanco, qui Vicariatu abierat, inter Pro-  
uinciales recepto, decretoque addito, vt id iuris esset in posterum. Cùm de  
creandis Assistentibus ageretur, insistere Aquitani Patres, vt quintus cooptare-  
tur, qui Prouincias Galliæ, & Flandriæ procuraret: quod diligenter tractatum,  
cùm causa appareret nulla quicquam in præsens nouandi, nemine propemodum  
discrepante, reiectum est. Ita septimo Idus Maias quatuor electi, Galliæ, atque  
Germaniæ

Germaniæ Prævinciarum Oliuerius Manaræus : Lusitaniæ, Indiæ Orientalis, & Brasiliæ Petrus Fonsæca : Hispaniæ, Peruuia, Mexici Ægidius Consaluis : Italiæ, ac Sicilia Benedictus Palmius, eodem sub Borgia functus munere. Oliuerius simul Admonitor declaratus. His ritè gestis, vt sapè turba turbam, quemadmodum vnda vndam conciet, cæpit quibusdam videri, neque Generalis, neque Assistentium creatio planè vitio caruisse. Mouit illic suspitionem, quòd nominatim Euerardum Pontifex laudasset ex commendatione Cardinalis Lotharingij, vt fama erat, quem Cardinalem Euerardus, dum Romæ fuit, interdum inuiferat. Hic autem quòd Lusitani Patres cum pensionis cuiusdam annuæ aromatum, quam vltro Sebastianus Rex Collegijs aliquot Societatis Borgia viuo, cum is fuit postremò in Lusitania, attribuerat, tabulas legitimè confectas attulissent, quidam rei ignari, nimiumque cauti, obscura donorum fama commoti, eblanditis suffragijs exprimere è sua Natione Assistentem putabant voluisse. Itaque Decretum concipiunt, quo censuris contra ambientes Generalatum ab Ignatio statutis, eos quoque, qui Assistentium munus sibi, alijue ambirent: itemque eos, qui vilo modo post hac darent operam, vt in generalibus Comitijs quæuis persona vel sigillatim, vel communiter reijceretur, volebant obstringi. Dum igitur hinc atque hinc pugnatur, auctorum prioris Decreti impulsu, Pontifex Salmeronem renunciare conuentui iubet, videri Pontifici ad conseruandam animorum coniunctionem leges condendas, ne posthac ageretur de excludendis ab iure Comitiorum Nationibus, vel generibus hominum, neu Principum literæ curarentur: quod addebat, ne fortè voluntatem Pontificis ab hac re alienam interpretari, sinerent ostium patere dissidijs. Deinde obstruendum ambitioni aditum, quæ vt cognorat, in Generalis, & Assistentium creationem irrepserat. Postremò ambitiosos, & qui dona quadam attulerant, conquirendos, ac puniendos. Commouit vehementissimè Patres ea denuntiatio. Acclamant ritè, syncerè, sanctè gesta omnia, Tamen Euerardus, quo certiora possent referri Pontifici, institit, vt quinque ex diuersis Nationibus legerentur, quibus cognitio rei committeretur. Cumque Congregatio, quamuis perinuita, sineret bene composita tentari, tandem lectionem Iudicum ipsi Generali permisisset; is Salmeronem, Franciscum Adurnium, Paulum Hoffæum, Claudium Matthæum, Michaëlem Turrianum viros sine exceptione grauissimos nominauit. Ab his cognitio octo dierum spatio habita seuerè, ac superstitionis est. Omniumque ad vnum summo consensu lata sententia, omnem prorsus ab Comitijs vtriusque tum Generalis, tum Assistentium vel leuissimam suspitionis causam ab fuisse: nihil non liberè, & ordine, consilioque optimo gestum. Tum adiens Pontificem Euerardus, statu rerum luculenter, ac planè exposito, neque id, quod Hispani, neque quod Lusitani conabantur, opportunum se paci existimare dicens, persuasit, vt sineret cuncta silentio sepeliri. Ita ceteris deinceps consultationibus pacatè, ac diligenter habitis, ingenti cum omnium gaudio decimo sexto Kalendas Iulias Conuentui finis impositus. Apparuit toto hoc tempore indulgentia Pontificis erga Societatem, sed præcipuè Comitiorum diebus: priore enim die inter eundem ad sacrum, clara voce, vt omnes circumstantes exaudirent, Sacrificaturum sacerdotem appellans: fac de Sancto Spiritu, inquit, pro Generali Societatis legendo: idemque ob interrupta eo die Comitia, iussit postero fieri. Tota in Societate, & in Hispania maximè si perpaucos demas, de Euerardi electione singularis gratulatio exitit. Euerardum enim totum ab Ignatij disciplina profectum, sperabant in cuncta Societate, quam ipse formam ab eo acceperat, expressurum. Ad nonnullos tamen externorum manauit rumor, tanquam facta Nationi Hispanæ eisset iniuria: quem, egregiæ moderationis documento, ipsemet Polancus, datis literis, & rerum serie gestarum exposita, repressit. Lusitani aiebant Euerardum ab Ignatio Azebedio olim nominatim experitum, & quasi testamento commendatum fuisse. Itaque Mauritius Serperius vir domi, forisque clarus: quem elegit, inquit, Sanctus Ignatius, quem elegit Sanctus Lambertus, hunc elegit Dominus. Certè iam licet omnia de Societate bene sperare. Porro Sanctum Lambertum appellat Lambertum Auerum, qui è Patribus Electoribus, quasi decumam Cælo exigente, quarto Nonas Maias Domi

Professio-

33

Creatio Generalis, &amp; Assistentium aliqua opponitur, &amp; diluuntur.

34

Congregationi finis imponitur.

35

Pontificis beneuolentia erga Societatem.

36

Exortus rumor à Polanco reprimitur.

37

Lamberti Aueri mors, mores, &amp; laudes.

- Professorum occidit. Quadragesimum circiter ætatis annum agebat, Rutenburgi in Comitatus Tyrolensis Oppido natus: Ingolstadij adolescentem operam nauantem literis Canisius, & Gaudanus anno millesimo quingentesimo quinquagesimo primo in Sociorum recepere numerum. Vir fuit modestia, submissione, innocentia, & candore morum eminens: quibus virtutibus vbicumque egit, omnium ad se mirificè amores traxit: Religiosæ tenuitatis, ac simplicitatis amantissimus, deliciarum maximus osor aulicarum, vt ne tum quidem, si quando apud viros principes diuersari cogeretur, ab simplicitate sua quicquam, modestiaque recederet: eoque erat Principibus carior. Collegio Moguntino indè ab exordio præfuit, quanquam perinuitus: inter cetera affirmans, vereri se ne suas obnoxas minus bene Collegio eueniret. Narratis virtutibus præstans doctrina, eloquentia, & in proximos, præcipuè pauperes, caritas accedebat. Ex quo factum, vt eius occasum, simul Moguntia cognitus est; Antistes ægerrimè tulerit, & Ciuitas, tanquam orbata deplorarit. In eadem Professorum Romana Domo, vt simul vrbana reliqua digna cognitu contexam funera, Idibus Augusti Christophorus Madridius in pace Sanctorum requieuit, professos eo loco Præpositi vice, Ministri nomine per diu moderatus: tantæ apud primos Patres auctoritatis; vt Ignatius prope tyro-nem toti Societati regendæ postremo tempore, quo valetudo ipsam prægrauabat, Ioanni Polanco collegam adderet: ac subinde in primo generali conuentu, antequam solennem Professionem emitteret, crearetur Assitens. Eius est libellus è Sanctorum Patrum testimonijs concinnatus de frequenti vsu Eucharistiæ. Virtutes distinctè proditas non reperi: ex auctoritate, gestisque muneribus æstimare licet. Plura, neque indigna posteritatis memoria, de Jacobo Cerruto extant, pleraque ab ipsomet adnotata, quæ possunt vsui esse immodicè sibi placentibus: vt habeant è nostro quoque seculo, vnde se cum pudore forsitan metiantur. Mulazzani in Subalpinis mediocri loco natus, bonam sortitus animam, adolescentiamque innocenter ingressus, interiore quodam motu vitam sibi capiebat cælibem, in tenui re, ac Philosophorum ritu. Verùm paulò post in Montem Regalem ad studia Medicinæ profectum, inuentæ calor, amœnior forma, sodalium (vt plerique sunt in Academijs) licentia transuersum egere. Annum iam tertium in letifera diuinarum rerum, sui que obliuione per seculi tenebras, & præcipitia aberranti ex lectione vite Sancti Alexij, in quam fortè incidit, prima ab Cælo lux affulsit. Post paulò vesperi, antequam se collocaret in lectulo, dulci præter morem sensu pietatis tactus, subblata ad Deum mente, rogauit, vt Medicinæ sibi studia, quæ tractabat, fortunaret: vel certè si non id ab se, ac aliud vitæ genus adamaret; quod nam id esset ostenderet. Post eam venerationem expeditis curis sese quieti permisit. Ecce autem, sopito, an vigili, non satis potuit explicare, adstitit Vir clericali habitu, cum pileo quadrato, supremaque tunica omnino in morem Societatis: totamque noctem cum eius voluptate inenarrabili perstitit visio. Nullus ei per id tempus intercedebat cum hominibus Societatis vsus. Itaque manè inter induendum reuoluens animo visum, diu quænam illa esset vestitus forma inuestigauit. Tandem secum, profectò Iesuitarum hic habitus est. Age Iacobe, te Deus huc vocat. Vixque ea locutus, rectà ad Collegium tendit. Rectore aduocato (is erat Ioannes Baptista Velatus) noua sibi ex vita Sancti Alexij nata consilia: oblatam proxima nocte speciem, quam haud dubitaret vitæ ab se ineunda diuinum indicium fuisse, exponit, rogatque; vt ad Numen sequendum se iuuet. Rector, dum Iunenens pertentat animum, ardua que & vilia, ad quæ oportebat paratum accedere ministeria ingerit; expeditionis quoque Indicæ mentionem fecit: quamque multum ibi ad Dei gloriam, & miserarum gentium salutem Societas efficeret. Nouum Iacobo accidit Indiarum nomen, sed non leuiter præteruolauit. Ex eo tempore nihil ardentius, quàm eam expeditionem, fundendi pro Christo sanguinis studio, exoptauit. Cùmque assidua flagitatione tandem vt liceret in Brasiliam Ignatium Azebedium sequi impetrasset; fortè à profectioe impeditus, ægerrimè tum quidem tulit: sed mox cum Ignatium, ac Socios martyrio donatos cognouit: ereptam sibi, & prope fractam in manibus palmam nunquam cessauit cum gemitu, & lacrimis lamentari. Sed varia sunt diuina charismata. Romam
- 38 Madridius moritur.
- 39 Ante solennem Professionem creatus Assitens.
- 40 Iacobi Cerruti laudes.
- 41 Eiusdem nira vocatio.
- 42 Expeditionis Indicæ deliderium.
- 43 Remissio pri-mi deinde fer-uor in ingressu Religionis.

nam igitur ad Tyrocinium missus frigide initio, interdum cum tadio habebat, desertis seculi oblectamentis blandè animum remordentibus: cum aliquando oculos per cubiculum curiosius voluens ad lecti caput in parua scheda reperit scriptum: Ad quid venisti? ad seruiendum, non ad regnandum. Hæc vox miro modo totum hominem commutauit. Illico quasi noua in luce circumspectans sese: quò veni, ad quid veni, ubi sum? inquit, nempe in Religione sum. Quid autem Religio est, nisi Domus Dei? At Domo Dei tu miser, tu scelestè dignus? inde salutari ira concitus: Procul igitur ex hoc tempore, procul Mundus, procul Caro, Patria, Propinqui, Sodales, Iucunditates, Honores, cuncta mortalia. Quæ flagrantissimo animo dicenti, ac sancienti, superna vis tanta cum vbertate adfuit; vt ex eo die nulla vllius rei caducæ molesta titillatione tactus sit: quæque antea perditè amarat; vix postea, quasi per tenuem somnij vmbra, recordaretur. Eodem in estu, postquam abdicauerat humana, diuina assumpsit. Ex hoc tempore, inquit, pro Patre mihi I E S V S erit, pro Matre Cæli Regina MARIA, sancti Bartholomæus, Petrus, Antonius, in locum Patris, ex quo genitus sum, & fratrum meorum: quia iisdem nominibus vocantur, succedent. Quin Sancti Angeli mihi pro fratribus, Beatæ Virgines pro sororibus erunt, pro Patria cælum, pro patrimonio bona sempiterna, pro oblectamentis Angelorum carmina, ad extremum pro Terra Paradisus. Sub hæc cubiculi fenestram, ex qua in viam publicam leuius ante prospectabat, ita obstruxit, vt recludi agrè posset: primamque cogitationem prosequens, quoniam in Dei Domo versabatur, ac Deus totus est spiritus, atque in spiritu, & veritate vult coli; totum se spiritui dedere constituit: vsque eò, vt ne qua mortalium rerum imagine fœderet in oratione mentem, testificatus cunctos se propinquos, ciues, amicos, quo debebat ordine caritatis, semper commendatos Diuinæ Maiestati velle; ab commendandis nominatim singulis statuerit in posterum abstinere: quod fecit, valdeque sibi opportunum accidisse testatur. Ceterum suorum peccatorum ad lumen diuinum clariùs fœditate cognita, ita est pudore suffusus; vt non auderet sub diuinum conspectum venire: eoque clementissimam Dei Parentem patronam sibi, qua internuntia, atque admittente introduceretur, assumpsit: semperque postea salubrem morem tenuit, vt non nisi per salutationem Angelicam ea sibi duce propitiara ad Sanctissimæ Trinitatis personas precaturus accederet. Indè rerum æternarum degustata dulcedine, quò se arctius Deo coniungeret, tria de more vota emittendi veniam breui ab Confessario elicit. Crescenteque in dies magis, ac magis summo bono inhærendi voluntate; miris in suorum oblatione Votorum vsus est progressibus. Nam cum incepisset initio semel in die offerre, inde bis, postea ter, paulò post quater, mox decies, tum vicies; postremò vsque ter millies processit. Quod mihi vt certum est verè narrari, vtique ipso prodente; ita incertum quemadmodum ceteras inter occupationes fieri potuerit. Crediderim formulam breuem ad Rosariorum maximè modum iterasse pernumerantem. Nec sanè moderatiùs alios frequentabat virtutis actus, Ter in die totus humi pronolutus trecenties pavementum lambebat: hisque cum acris doloris sensu cuncta sibi membra vellicabat digitis, super alias consuetas asperitates. Religiosa amore paupertatis eò, quæ necessitas non exigeret, detrahendo peruenit; vt pro seruo orbiculorum in enumerandis Coronæ Beatæ Virginis precibus, digitis vteretur: fortasse ne ab Ethnico vinceretur Philosopho, quem ligneum projecisse poculum ferunt, ubi canam ad eum vsus sufficere manum animaduertit. Totus erat in Dei excellentia, sui que vilitate peruestiganda: decemque ad id varias exercendæ mentis vias excogitarat. Cuius radium cognitionis cum quin-quennium perseuassent exposcens, tandem ad breuissimam vsuram impetrauit: sic aliquando inter orandum Diuino radio collustratus, nouaque rerum scena aperta, ac si velum ab tabula statim subductum, protinusque reductum foret. Quo tamen momento eam de Diuinæ Maiestatis excellentia, deque sua inanitate opinionem hausit; vt videretur sibi contumeliam præstantissimæ illi naturæ facere, si auderet coram adstare, vel quicquam petere, quod in suum commodum cederet: se ob sua commissa dignum vitæ huius pœnis omnibus, Purgatorij, Tartari, atque etiam grauioribus

44

Eiusdem pietas.

45

Afflictiones corporis.

46

Orationis studium.

uioribus sentiens. Itaque nouo inde patiendi, moriendique pro Domino, quem ita læserat, igni flagrans, incommodis, ærumnis, atque infirmitatibus suis iucundissimè oblectabatur. Neque postea quicquam petijt à Deo, nisi vt cognoscere ipsum, timere, ac diligere super omnia: itemque nosse, abijcere, exinanire se ipsum concederet. Beatissima quoque Cali Regine obsequio multò se impensius dedit postquam Lauretum venit. Mira enim, cum primum sanctissimam inuit cœlam, sibi concessa refert. Sape interdum litanias in eius laudem pronuntiare solitus, cupiebat interrupta quiete id noctu quoque efficere, ac rogata Virgine, veluti cupiebat; ter ad eas pronuntiandas statis horis excitabatur. Certius illud fuit Patronæ indulgentissimæ pignus. Hostis bonorum æternus vasè obseruato hominis ingenio, quod vidit ad studia eius Theologiæ, quam mysticam appellant, vergere; ad Carthusienses, plus in ea solitudine sancti otij habiturum, cepit impellere. Quâ per molesta animum vrente cura, totum se Iacobus Beatæ Virgini gubernandum tradidit: eiusque beneficio, dum consuetis exercetur precibus, clarè cognouit, id acceptum Deo, prima vt in vocatione persisteret: momentoque lætitia vberissima perfusus est, angore omni in sempiternum deterso. Et sanè nil opus illi solitudine. Nec enim sublimes subtilisque persequebatur orando formas, sed cuncta ad vsum actionemque referens, studebat rebus in omnibus, actionibusque frui Diuinitatis commercio: quod ita in negotio, atque frequentia assequebatur; vt in Lauretano itinere prolapso equo, cui infidebat, eiusque mole crure oppresso, hæserit immotus, planèque nil senserit, donec comitis ad periculum territi clamoribus excitatus est. Quàm verò Deum ardentè amabat; tantùm eius laudi in salute mortalium iuuanda inferuebat. Cantiunculas pias componebat, dabatque pueris, quo ab cantandis profanis auerteret. Libentissimè in edocendis adolescentibus occupabatur: dies noctesque, si licuisset, continuasset confessiones excipiens, & aliquando ipsas decem horas perpetuè exceptit. Præter alia incitamenta ad sedulè agendum, libenterque quicquid offerretur patiendum, assidua se mortis cogitatione extimulabat: quæ maturè adfuit. Decennio circiter in laboriosa; obscuraque Diuinitatis contemplatione exercitus, sub tertium ac trigesimum annum ad clarum beatumque eius conspectum è Romano Collegio Aprili extremo migravit. Inter domestica Urbana funera meritò Othonis Trufches Cardinalis Augustani reponatur excessus. Haud enim se aliter vnquam tulit, atque vnum è numero Sociorum. Non Dilinganam solùm Academiam Societati tradidit, plurimumque de Collegio Augustæ statuendo certauit, atque vbicumque vsus fuit, singularia officia præstitit: sed plane cura, sollicitudine, lætitia, merore, nihilo secius, atque sua in re in prospero, aduersoue statu nostro commouebatur. Exemplum in re non magna licet capere. Anno millesimo quingentesimo quinquagesimo nono vnus Tyronum tædio victus Ingolstadio fugerat. Dum Augusta iter facit, ex vestium genere agnitus, ad Cardinalem perducitur. Is hominem emollire, & reuocare ad sanitatem aggressus, monita sancta primò, & adhortationes ingeminat: quæ vbi non proficiunt; tanquam suæ personæ oblitus, ad obsecrandum, & obtestandum vertitur: blandè fugitiuum, atque humiliter amplexatur: nullum prætermittit precum, ac blanditiarum genus: nec tamen cor durum cedebat. Tum dexterâ apprehensum in facellum deducit: ibi ante Altare genibus flexis ad gratiam Dei implorandam inuiat, psalmos aliquot alternatim pronuntiant, quibus pias, & accommodatas orationes adiungit. His demum an clementia Numinis conciliata? an Tyronis veternum excussum? totum se arbitrio Cardinalis permittit, atque Ingolstadium reuersus, desertam militiam constantia maiore, animoque repetijt. Quæ curatio si periclitanti corpori effectum pari fuisset adhibita; miraculum, & quidem meritò, diceretur. Ceterùm Cardinali optimo non vna Societas, sed Christiana tota Respublica, atque in primis Germania quamplurimum debet. Inter hæc Euerardus continuè administrationem aggressus, prorogato ceteris Prouincialibus magistratu, Longobardiæ Franciscum Adurnium præposuit, Bæricæ Petrum Bernardum, Castellæ Ioannem Suarium, Toletæ Antonium Cordesum, Aragoniæ Petrum Villalbam. Hi præcipuè lecti, quèd cùm interfuissent Congregationi, simul quid in Societatis

47  
Beata Virgini  
ope Hostis in-  
finitas detegit.

48  
Cum Deo  
vno.

49  
Dies, noctesque  
continuat con-  
fessiones exci-  
piens.

50  
Tertium, &  
trigesimum  
annum agens  
moritur.

51  
Othonis Truf-  
ches Cardina-  
lis Augustani  
erga Societa-  
tem studium.

52  
Tyronem pro-  
fugum ad So-  
cietatem redu-  
cit.

Societatis administratione desideraretur, simul Euerardi coram sensum, mentemque cognorant: qui, cum alicubi in Hispania durius irrepsisset gubernationis genus, quæ dabat Moderatoribus monita, hoc breui concludebat verbo. Ut curæ haberent eorum; quibus præessent caritatem, & benevolentiam: eorum, ad quos Societatis labores deriuantur, salutem. Nondum absoluto Conuentu Iacobus Bracamontius Peruuia statum relaturus in Urbem venerat: Indiæ quoque Orientalis necessitatem Ignatius Martinus Procurator exposuit: conqueitus hominum præfectoris idoneorum inopia laborare grauissimè, Indè vniuersi Conuentus hortatu Euerardus serid rem complexus, in Peruuiam Ioannem Plazam Visitatorem destinavit: cui, præter ceteros, ex ijs, qui Congregationi generali interfuerant, Ioannem Montoiam, qui Siciliae Prouincialis fuerat, & Iacobum Suarium, qui diu Rector Collegij Mamertini, & Balthasarem Pinnam, qui Collegiorum Sardinia Prouincialis, socios addidit. In Indiam verò Alexandrum Valignanum designavit Visitatorem. Is patriâ Theatinus Iuris civilis egregiè peritus, multæque prudentiæ, ac virtutis vir, anno millesimo quingentesimo sexagesimo sexto, septimo & vigesimo ætatis suæ ad insigne, vt euentus docuit, Orientis bonum in Societatem venit: præter cetera dona ei expeditioni accommoda; ad conciliandam inter Barbaros auctoritatem apta conformatione membrorum, & quasi regia proceri corporis dignitate spectandus. Cui item, vt in loco reddam, præclara lectarum operarum manus adiuncta. Inter hæc Romæ Collegium Germanicum à Pontifice Gregorio certis firmari veltigalibus ceptum. Altè in animum Pontificis Seminario- rum vel ad sustinendam, vel ad propagandam Religionem catholicam momentum descendit. Itaque cum per totum Christianum Orbem, quàm posset multa instituere agitarer; in Vrbe per amplum Pontificiaque dignum Maiestatem, ac sui excellentiam animi moliebatur. Namque ad hanc diem per paucos alumnos, emendicatis hinc, atque hinc subsidijs, maiori, quàm cogitari facile queat, molestia, constantiaque Societas aluerat, docueratque admissis pariter virorum Nobilium, ac Principum flagitatione numero per amplum Conuictorum. Quibus cum Seminario Clericorum hoc anno coniunctis; separatim domicilium Alumnis duntaxat Germanis attributum est. Misit etiam Pontifex per Germaniam Nuntios, qui indolis bonæ, ac spei Iuuenes conquisitos in Urbem mitterent. Ita breui plus centum in Collegio numerati. Tum id euenit, quod sæpè Sanctus Ignatius fore prædixerat, vt Collegio olim Germanico ex certo veltigali abunde rerum omnium suppeteret vltis: eaque fiducia, ac spe emolumenti ad Septentrionem venturi, tum ipse Ignatius, tum Successores deinceps sancto illo opere sustinendo, tantum laborum tantum haufere. Extremo Autumno Collegiola in Samnio Interamnæ, atque in Sancti Angeli Vrbe soluta sunt. In Vrbe Sancti Angeli sine certo periculo domus (adeo erat ruinosa) non poterat incoli. Censûs annuus ex collatione populi, cum omnium querelis, vt inopi in Oppido, conficiebatur, nec tamen ad vitæ supperebat necessitates. Eadem Interamnæ angustia, & querimonia. Eas ob res ab Congregatione generali semestri præfinito tollendis incommodis, cum ea non tollerentur; Dionysius Vasquius, rebus suo quibusque Domino, si quidem extaret, redditus, vel distributis in pauperes, salua, quantum licuit, pace, ac benevolentia, Socios, vti habebat in mandatis, vtrinque abduxit. Collegium Reginum Siciliae rursus Prouinciæ, quod Messana per angustum tantum freto dirimitur, commodioris administrationis causa, redditum. Neapoli Petrus Antonius Spinellus Ducis Seminariæ germanus Societatem auxit, adolescens pietate, atque doctrina multum promittens. Messanae Probationis Domus seiuncta ab Collegio extrui cepta in regione Urbis, quam vocant Tironem, loco apprime salubri, atque amœno, liberalitate Antonia Rocchæ honestissimæ feminæ: quæ cum certam pecuniam statuisset in pia opera conferre; cognita forma Domorum Probationis Societatis, nullam capere, vt aiebat, quietem animo potuit, quoad inchoatam Messanae eam Domum videret. Edificationi initium factum die Sancti Thomæ Cantuariensis, cum die Sancti Thomæ Apostoli ad noui quoque Templi Mamertinorum dignitati, ac frequentia paris extruccionem Ioannes Rethana Archiepiscopus

53  
Euerardi moni-  
a Moderatoribus  
data.

54  
Alexandri Vali-  
giani in So-  
cietatem in-  
gressus.

55  
Collegium  
Germanicum à  
Gregorio doctur.

56  
Conuictores  
cum Seminario  
Clericorum  
coniunguntur.

57  
Sancti Ignatij  
de Collegio  
Germanico va-  
ticinico im-  
pletur.

58  
Collegiola in  
Samnio Inte-  
rarnæ, & in  
Sancti Angeli  
Vrbe soluantur.

59  
Collegium Rhe-  
ginum Prouin-  
ciæ Siciliae red-  
ditur.

60  
Petrus Anto-  
nius Spinellus  
in Societatem  
venit.

61  
Messanae proba-  
tionis domus  
extruitur ab  
Antonina Roc-  
cha.

- 62 Quinque Sa-  
cerdotes profi-  
ciuntur in A-  
fricam.
- 63 Franciscus Lu-  
ca cum Socio  
magno cum e-  
molumento la-  
borant in clai-  
se Veneta.
- 64 Collegium  
Montis Rega-  
lis deservitur.
- 65 Collegium  
Bretanum au-  
getur.
- 66 Sanctissima Eu-  
charistia inter  
templi Sæcti E-  
delis ruinas ser-  
uatur intacta.
- 67 Aronæ Tyroci-  
um inchoa-  
tur.
- 68 Posnanæ (cho-  
læ) aperiuntur.
- 69 Vilnæ diuini-  
ssimi Sacramen-  
ti Sodalitas in-  
stituitur.
- 70 Sacrosanctæ Eu-  
charistia cul-  
tus inducitur.
- 71 Hæreticorum ir-  
ritus conatus  
ad Augustissi-  
mæ Eucharistia  
venerationem  
tollendam.
- 72 Græcij Colle-  
gium consti-  
tuitur.
- 73 Archiducis  
Caroli beni-  
gnitas in So-  
ciji excipien-  
dis.
- pus cum clero solenni agmine progressus primum lapidem statuisset. Quinque ex hoc Collegio cum Hispana classe in Africam profecti Sacerdotes: in quam & Roma misit tres cum Christophoro Rodericio: qui illum propriè insignem cepere animo fructum sui laboris; quòd capto à Ioanne Austriaco Tuneto (tametsi anno insequenti amissum est) inter vetusta barbaræ superstitionis monumenta, Diuinum vero Numini Holocaustum sapè fecerunt. Neque magno sine emolumento in classe Veneta Franciscus Luca, sociusque versati. In Subalpinis Collegium Montis Regalis prope desertum est, ambitu Arcis, quam Dux hac ætate ædificauit, situ inuiso. Plerique Sociorum Taurinum translati: nec multo post omnino ex Monte Regali discessum: cum nec prompta esset annona certa: & quamuis Dux multa polliceretur; visum tamen esset confirmando potius Taurinensi Collegio insistendum, nullamque, quam pusillam, & agrè stantem in Monte Regali Familiam habendam. Interim Collegium Breranum Mediolani, in quo tertio Idus Ianuarij Sancto Antistite Borromæo cohonestante, cum etiam diuinam Eucharistiam eodem die Magistris præbuisset, Academia fuerat aperta, Auditorum numero, & claritate nominis augebatur: & nouum Sancti Fidelis Templum ad fastigium peruenerat, vbi insigne documentum diuinæ tutelæ perspectum est. Nam contignatione tota, dum tectum imponitur, sub meridiem collapsa: eaque ruina quatuor opificibus, binis è Societate, externis totidem implicitis, quamuis è quadraginta duorum cubitorum altitudine inter immensam materiæ stragem præcipientes concidissent; omnes vita superstitè euaserunt. Tignum è maximis fornice vteris Templi illapsu deiecta, sacrum tabernaculum perfregit, fragminaque, & ruderera Pixidem, in qua Sanctissima Eucharistia asseruabatur, circumlittere intactam, ne vitrea quidem læsa Pyxide, in qua clauderetur Hostia sacrosancta, quæ eo die propofita populo adoranda fuerat. Aronæ, quod vetus est Oppidum Borromæ familiar, triginta quinque passuum millibus Mediolano ad lacum Verbanum, quatuor Socij præparandæ Tyronibus sedi versati, addito concionatore, insignem peperere accolis vtilitatem. Posnanæ in Polonia ineunte Iulio scholæ inductæ celebritate, fructuque non penitendo, sub administratione Iacobi Vuieci Vangrouicij. Vilnæ Stanislai Varleuicij Rectoris, ceterorumque Collegiarum laboribus, sedulitate, & facundia Petri Scargæ præclarissimè gesta res. Complures ab hæresi, vel schismate præclari generis Viri, ac feminæ abducti: præterque cetera diuinissimi Sacramenti instituta Sodalitas, quam Legatus Pontificius Cardinalis Commendonus confirmatam Indulgentijs exornauit. Prætor Vrbanus, multique Ciuium dedere in eam nomina magno feruore, præmeditati vitam inde castigatiorem ordiri. Horum exemplo excitata multitudo Sacrosanctam Eucharistiam, cum deferretur ad ægrotos, frequens deducebat, vt interdum plateæ complerentur (rem ab omni memoria Vilnæ inauditam) dumque æger communicaret, quos excluderent domus angustia, in area genuflexi orabant, Hæreticis iam prope desperantibus. Quibus ita dolebat venerationem augustissimi Corporis Domini inualescere; vt inclytum Tabernaculum, quod ad illud in Collegij Templo decorè habendum per id tempus ædificatum est; bis conati sint, vnà cum domo, in qua consuebatur, exurere. Publicæ Regni res quietius habuere, postquam in Comitibus suffectus Rex est Caroli Noni Galliarum Regis frater Henricus Valefius. In Stiria Collegium, quod diu Archidux Carolus exoptabat Græcij constitutum. Duodecim initio incoluere. Aliquot prægressis, ceteri Magio Prouinciali duce ad septimum Idus Octobris peruenerunt. Ædificium regia magnificentia extruebatur, eaque celeritate, vt Hæreticis non raptim extrui, sed repentinò videretur existere. Princeps, postredie quàm aduenierant, ad se Socios aduocauit, porrectaque gentis more dextera, atque omni benignitatis genere excipiens, ac lætitia gestiens, initium in hæc verba loquendi fecit. Potestis mihi meritò credere, me desiderio desiderasse hunc aduentum vestrum. Postque multa, quibus de ea re sibi ipse gratulatus est; addidit: Principiò quidem non deerunt vobis difficultates, siquidem eritis veluti oues inter lupos: sed persuadeatis vobis, me fore vobis Patronum, & Patrem, & omnia. Quæ neque simulatè, neque iactanter dicta constans in eo augendo Collegio, vniuersæque Societatis procurandis com-  
modis

modis posterorum annorum pietas fidem fecit. Georgius Pastelius, quoad Rectorem Euerardus nominaret, nouæ colonix moderari iussus. Scholæ tres, & duntaxat Grammaticæ inuicem institutæ, cæptisque concionum, & catechesis cursus cum ingenti Catholicorum frequentia, parique Hæreticorum dolore, ac Principis voluptate. Olomutij, Ioanne Grodeho Episcopo plurimum flagitante, philolophicum curriculum inchoatum. Brunam in Probationis Domum ab eodem cæptam Nouitij Ioanne Paulo Campano institutore Octobri mense Pragâ migrarunt. Iam cæperat mansueheri Brunensis populus, & diuina frequentare, & quædam festa antè ignota Patrum admonitu religiosè colere. Quotannis ferè frugiterum est Pragensè Collegium. Hoc anno inter ceteras fruges alijs tempestatibus, alioque in genere partas, quadraginta in Paschalibus ferijs, triginta in Natalijs ab hærelum intelicibus senticetis ad opimos Ecclesiæ sanctæ hortos transtulit. Haud minor Viennensis fecunditas, sed nec leui tempestate iactatum est: vt multæ hoc anno Septentrione toto contra Societatem procellæ desæuierunt. Studiosi errorum homines ferre non poterant illam quasi Arcem inuictam stare ad præsidium veritatis, atque erroris excidium. Difficillima erant tempora: tamen, quia immensa Dei bonitas nullum finit carere malum remedio; insignis apud Cæsarem Laurentij Magij auctoritas turbulentorum retardabat furorem. Eo ad Comitium Romam profecto, quidam ex Academia vsi tempore, exitium Collegij Gymnasio moluntur, eo consilio, si procedat res, vt funditus Collegium totum euertant. Coaceruant mendaciorum syluam: quædam haud falsa, sed sinistra interpretatione detorta, ad auctoritatem calumniæ interferunt: exaggerant publicæ Academiæ perniciem, communis otij perturbationem: instant, vrgent, denique non abfistunt, quoad triplex decretum extorquent. Primum, ne quempiam ad gradus literarios promouere in Collegio fas sit: deinde, ne eosdem, quos Academia libros exponere: postremò, ne eadem hora docere. Quorum capitum primum beneficijs & à Ferdinando, & à Romanis Pontificibus aduerfabatur Societati concessis: duo reliqua publicam Disciplinarum tractationem pænè tollebant. Quæ cum reuersus ab Vrbe Magius Cæsari exposuisset; is censuit, veterum morum nihil mutandum: pollicitus daturum se insuper operam, vt cum Academia concordia firmaretur: superque hæc, bona Monasterij Sanctæ Annæ, quæ Collegio in biennium ante tribuerat, nullo in posterum, nisi (vt est communis Aulæ formula) quoad Cæsari videretur, temporis sine proposito, benignè concessit. In Superioris Germaniæ Prouincia Pædagogium, vt vocant, & curriculum Artium triennio antè experiundi causa ab Societate susceptum in Academia Ingolstadiana, cum institutio quidem procederet è sententia, sed Academiæ offensio haud multum leniretur; Monachium de voluntate Alberti Principis translatum est. De statuendo Augustæ Collegio idem Princeps, nouisque Augustanus Episcopus Knoingerus, atque adeo Pontifex Gregorius missis literis, & Gaspari Groppero Nuntio commendata re, enixè certarunt. Fuggeri, qui Foundationem moliebantur, id agebant, vt Monasterium Sanctæ Crucis Collegio traderetur. Sed Canonicis, ad quos pertinebat transactio, minimè consentientibus, nihil ex dimicatione Societati nisi inuidia quærebatur. Huius Prouinciæ Socios, & maxime Oenipontanos hoc anno, & infrequentis parte vexatio haud leuis exercuit. Ioannes Nasus habitu religiosus, paupertatisque ac simplicitatis professor, non magne doctrinæ, sed ingenio ferox, lingua promptus, dicacitate in primis, & scommatibus potens, iam diu Societatem priuatim, ac publicè perstringebat. Sed nuper commendatione quorundam ab Archiduce Ferdinando in gratiam, atque ad conciones receptus, multo apertius, acerbiusque nomen Iesuitarum, ministeria, Collegia cæpit incelsere: eò nocentiùs, quò per ludibrium, & scurrilem loquacitatem dicta in audientium mentibus altiùs infigebat: quæ eleuandæ auctoritatis nulla vis efficacior. Igitur breuè, & Archiducem, & magnam Oenipontanorum partem ab Societatis vsu auertit. Manabatque in dies latius malum, latis Hæreticis, dissidiumque inter Papiatarum Monachos magno ore celebrantibus, cum interim nutarent Catholici, incerti vtram in partem irent. Hunc ab Vrbe reuersus Prouincialis Hoffæus grauissimè sæuientem turbinem reperit: & quoniam diuturno silentio, perpetuæque modestiâ

Nostro-

74

Georgius Pastelius prius Græci Reçtor.

75

Olomutij philolophicum curriculum inchoatur.

76

Domus probationis Brunæ.

77

Pragensè, &amp; Viennensè Collegij complures Hæreticos ad Catholicam Religionem traducunt.

78

Exortæ contra Societatem procellæ in Septentrione.

79

Magius opem à Ferdinando impetrat.

80

Pædagogium Ingolstadio Monachium transfertur.

81

De statuendo Augustæ Collegio agitur.

82

Ioannes Nasus Societatem vexat.



Nostrorum videbatur Naso procacitas, Hæreticis audacia, populo catholico ambiguitas crescere; nec iam Ordinis fama, sed religionis causa agebatur; cupiebat vel cum periculo capitis descendere in arenam, & pestiferam diacritatem veritatis vi, & grauitate retundere: sed nequaquam permissus est: verum iussus Deo, modestiæ, tempori permittere innocentia defensionem. Vendelinus Volchius Oenipontani Collegij Rector mollissima, & Euangelio conuenientissima tentaturus remedia, multa hominem submissione inuisit, rogat, & obtestatur, si quid contra Societatem habeat, liberè, ac fraternè communicet secum: vel purgari, vel emendari salua caritate, ac sine populi offensione posse. Cui Nasus dicta non inofficiosa reddidit, sed facta deteriora: quoad eò processit, vt ipso offenso dicerijs Principe, gratiaque apud populum scurrilitatis in suggestu, vt nimis alieno loco eualescente, turbo cum auctore vniuersus euauerit. Insigne damnum factum est Georgij Schorritij immaturo occasu. Quartum iam annum in restituenda fide in Marchionatu Badensi felicissimè defudabat: Oppida sex, Pagos quadraginta ad rectam fidem reuocauerat, vt nulla Prouincia eo successu, profectuque restituta Ecclesiæ ex Lutheri temporibus diceretur. Quarto Nonas Augusti prope Vrbem Badam defunctus, in Vrbe magnifico funere tumulatus: quod maximè cohonestarunt populi voces, immensos eius labores, indefessam caritatem, & virtutes ceteras prædicantes. In eius locum Hoffaus, qui cæpta prosequerentur submisit, ne tanto sudore sata exarescerent. In Rhenana Prouincia Spirense, & in primis Fuldense Collegia immanibus concussa sunt motibus. Comitum Palatini instinctu Senatus Spirensis Antistiti, & Canonicis supplicauit, vt Iesuitas expellerent: quod cum superiore quoque anno tentasset; vehementius hoc arsit. In libello supplicij aiebant Societatem esse perniciosam hominum sectam, paci, libertati, religioni aduersam. Per eam, irritato vicino Principe, penuriam rerum induci, qui propterea è sua ditione ligna, & com meatum exportari non pateretur: Iesuitis eiectis omnia pollicens: ipsamque per se Societatem, vt in Vrbe tanto conuenarum numero pressa, grauem esse. Ad quæ Canonici respondere: Ordinem à cunctis Christianis receptum Principibus, non sine graui contumelia perniciosam appellari sectam: nec posse dictum, aut factum Iesuitarum aduersarium paci proferri. In eisdem per inuidiam, ac sanè leuiter apud gnaros rerum annonæ grauitatem conferri, vicinorumque Principum offensionem: cum ante eorum aduentum nihilo fuerint vicini clementiores, nec annona laxior: licere Clero suum Ordinem absque Senatus iniuria augere: nec posse Clericos prohiberi, quin suam habeant familiam. Quòd si vel ad docendum, vel ad alia munia pro Iesuitis Clericos seculares instruant; hos, vbi suam quisque constarit familiam, quamuis paucos, Iesuitis multis fore Ciuitati grauiores. Postremò irrisurandi, quo Clero cum Senatu facta erat concordia, seridò admonere. Hæc Ecclesiasticorum constantia effecit, vt cum iterum Senatus deferret querelas, contumeliosis vocibus abstinens, imò, & laudibus ornans Societatem, pacis tamen causa mitti postularet. Sed Canonicis, atque Andrea ab Obersteino in primis Decano grauissimè propugnantibus: & si quid haberent, ad legitimam iudicij formam prouocantibus quieuerit: addito Senatus consulto, ne quis Ecclesiasticum hominem, aut Papistam, aut Religiosum inquietaret. Grauior, nec longo sedanda æuo excitata Fuldæ tempestas. Collegium hoc anno tandem ibi absolutum, annuoque redditu, quem Abbas parsimoniã maximè sua confecerat, stabilitum, Patre Osualdo Rectore fructus incipiebat optatos progignere. Tribus in Vrbe locis habebantur conciones: in vicinos subinde Pagos excurrebatur: præcipuè è puerili institutione extabant flosculi, præcoeseque religionis fruges, cum Satan in longum prospiciens, sique Regno Christi præsidium id accederet, suæ timens tyrannidi; occursum principijs, omnia tumultibus miscuit. Præcipuè Abbatem pertimescebat, qui etate inuenis, exercitijs Sancti Ignatij eruditus, catholice studio pietatis ardens, ad perpurgandam suam ditionem erroribus vitijsque, curam seridò verterat. Quippe cum magna ex parte hæreticis Principibus ambiretur Fulda, in ipsam quoque Vrbem, ne dum in agrum sensim ea corruptela irrepserat, vt plerique vel Hæretici, vel Hæreticis quam Catholicis propiores essent. Fuldensis Abbas idem est Princeps Imperij, & opum magnarum.

83  
Modestia pro  
cacitas vincen-  
da.

84  
Georgij scho-  
ritij felices la-  
bores.

85  
Exortat tempe-  
states in Spi-  
rense, ac Ful-  
dense Colle-  
gium.

86  
Societati falso  
opposita.

87  
Canonicorum  
benigna rel-  
ponso.

88  
Fuldensis Col-  
legij fructus  
Patre Osualdo  
Rectore.

89  
Fuldensis Ab-  
bas Sancti Ig-  
natij exercitijs  
instructus Ca-  
tholicam Reli-  
gionem pro-  
mouet.

rum. Quatuor ei subiacent Monachi Ordinem Sancti Benedicti professi: qui & Pontifici Romano, & Abbati obsequium iurant. Ex his Capitulum, vt vocant, constat, & Capitulares ipsi vocantur. E nobilibus cooptantur familijs, & redditus sui cuique opimi sunt. Hi quoque multum ab Professione degenerauerant. Cùm res hunc in modum haberet, qui hac tempestate Abbas erat Balthasar ex nobili familia Dermbach, sub ferias Paschales vetuit in Sacramentorum administratione ritum nisi Catholicum adhiberi. Quod iussum scilicet grauitur vulnerauit Hereticos. Itaque tumultuantes Ciuitatem commouent, vt Abbati supplicet secundum Confessionem Augustanam Sacramenta administrari, itemque Concionatorem eiusdem doctrine permittat, quem suo conducturam ere Ciuitas spondebat. Capitulares ad id impetrandum Internuntios, & Procuratores adhibent: qui seu nimium studiosi concordie, seu sanctitate in publicum restituta, vitam sibi quoque mutandam præficientes, conspiratione cum Fuldensi Nobilitate facta, communi consilio instant, Ciuiumque postulata Romani Imperij decretis deberi contendunt. Hactenus de Collegio silebatur. Quin probari sibi in formandis teneriorum ætatibus Iesuitarum industriam, Capitulares profitebantur. Quamuis Hæretici præclarum de doctrina eorum nomen circumferri grauius morte ducerent: eoque Matthias Flaccus Illyricus adulterandæ veritatis famosus artifex, Nobilium, vt putabatur, quorundam vocatu Fuldam venit, vt Iesuitas disputando compeferet, teneroque Collegio auctoritate imminuta, neruos incideret. Patres, quò propiora turbis cernebant omnia, hęc molliùs, circumpectiùsque cuncta administrantes, ac disputatione publica tumultus quæri causas rati, abstinendum congressu putauerunt: Tamen super Abbatis mensam quiddam de religione est actum: atque Illyricus ita reuinctus, vt à suarum quoque partium Nobilibus, qui intererant, palàm reprehenderetur. Sed nihil intolerantius, atque impudentius homine vndeunde famam quærente. Codicillos mittit ad Principem, in quibus Fuldensis Ecclesiæ reformatorem se pollicetur: nec cessat priuatim, ac publicè scriptis, & dictis nobiles iuxtà, ac plebeios ad seditionem concire. Quò vehementiùs Ciues instabant, vt Abbas ad postulata responderet. Is cùm præcisè negasset contra Iusurandum ire sibi licere (nam de more Fidei professionem emiserat) addidissetque, haud ipsos intelligere quid peterent: rogans, vt sibi permitterent sese, de ipsorum salute nullo non tempore cogitanti, quamquam nouo sollicitatus libello fuerat, tamen res paulatim contenescere videbatur. Cùm ad extremum Octobrem Augustus, Elector Saxonie, Georgius Fridericus, Marchio Brandeburgensis, Vuilhelmus, & Ludouicus Hassie, & Turingiæ Principes Legatos Fuldam viros nobiles mittunt minaci flagitatu Abbatem adurgentes, vt liberam Augustanæ doctrinæ professionem concedat: ac Iesuitas Fulda, omnique territorio priùs quoque tempore eijciat: id si faciat, omnibus ex Augustana secta Principibus gratum fore: sin minus; inuituros viam ipsos, qua postulata exprimerent. Tamen Saxonius Legatus moderatiùs verba fecit, apertè professus, Augustum Abbati ex animo fauere, & cupere gratum facere: ac proinde nec velle impedire, quò minus Iesuitas, si libeat, multò etiam plures in suam ditionem aduocet: ceterum, quod peteret, quorundam precibus dare. Responsum Legatis: Agi res magnas: Abbatem deliberaturum, & Principibus responsurum: scripto ederent postulata: quod quanquam cunctanter fecere; interim tamen Capitulares, & aliquot ex nobilitate clanculum Abbatem adorti, grauias comminantes, per seditionem Nobilium, expugnare constantiam eius conantur. Tertio igitur Nonas Nouembris, Nobiles supplicem libellum offerunt, quo precantur, vt Iesuitas, homines sectæ nouæ, blasphemæ, seditiosæ, seductricis (ita enim loquebantur) quàm primùm dimittat, & communionem vtriusque speciei restituat: sin minus, sciat, se non esse merum Dominum, sed habere Collegas (Congregantes ipsi appellant) Capitulares, seque Nobiles velle auxilio esse Capitularibus Congregentibus, vt id concedatur, quod Principes petunt: ne ijs repulsa irritatis cuncta bello vastentur. Postero die libellum porrigunt suum Capitulares: dolere se vehementer, quò adhuc Ciuium Fuldensium petitioni satisfactum non sit: timere, ne, si Principum legatio, in eorum gratiam instituta, irrita cadat; Ecclesia Fuldensis

90  
Matthias Flaccus Illyricus ad concitandum de religione vocatur.

91  
Fuldensis Abbas accerrimè Nostros iuuetur.

92  
Fuldensis Abbas accerrimè Nostros iuuetur.

93  
Fuldensis Abbas accerrimè Nostros iuuetur.

94  
Fuldensis Abbas accerrimè Nostros iuuetur.

denſis extremum periculum adeat: itaque fontem huius mali Ieſuitas quàm celerimè ſubmoueat: aliter ſe Sacramento obſtrictos non ſolùm Abbati, ſed Eccleſiæ quoque Fuldenſi: ſe eſſe collegas, ac velle patrocinari Nobilitati ad Principum poſtulata impetranda, ne ditionem perdant. Væ, væ Mundo ab iſta religionis peſte, animarum carnificina, prauæ rectique perturbatrice, Dei interfeçtrice, Imperij, ac ditionis per ius & iniuriam, retinendi libidine. Nonis Nouembris in Fuldenſi Curia Nobiles, & Capitulares ad commune congregati Concilium Ieſuitas citant. Quibus cùm reſponſiſſet Princeps, nihil eſſe, quòd irent in Curiam Ieſuitæ: ſcripto proferrent ſi quid ab ipſis vellent; poſtridie per ignotum hominem Decani, & Capituli nomine ſchedulam ad Collegium mittunt, vt intra quartumdecimum diem Fulda faceſſant: ſi cunçtentur, ſe auxilio Nobilitatis id acturos, vt, quo pacto minimè velint, excedant. Quòd cùm progreſſam rem Abbas vidit; ad opem Cæſaris conſiigit; miraque facilitate, ac celeritate præter opinionem omnium mandatum impetrauit, ne quis vel Abbatem, vel Catholicos, ac nominatim, ne quempiam è Societate læderet. Quo promulgato quies non nulla redijt: atque Abbas eò curas intendit, vt Principibus, qui ad ſe legationes miſerant, per literas ſatisſaceret: Capitularium ſibi animos adiungeret: denique ſuam, & religionis cauſam, Cæſaris, ac Pontificis ope muniret. Ita, veluti quaſdam per inducias aliquot exactis menſibus, quandò grauiùs plaga recruderit, in loco reddam. Timor nonnullus Collegio quoque Herbipolitano tuit Antiftite Fundatore vitâ fundò. Hæreticos Dynaſtas haud erat dubium conaturos, vt ad ſacras eius Eccleſiæ infulas profanarum quiſpiam nouitarum Magiſter obruderetur. Sed Iulius Echeſter vir doctus in primis, ac pius, & Societatis amantiſſimus, qui Decanus fuerat, rite ſuffectus omnem timorem diſpult. Interim hîc, & Colonia, alijsque in Collegijs res catholica pacatè, & proſperè adminiſtrata, miſſis quoque in periclitantia Oppida duo præſertim, alterum Veill, alterum Forchemium nomine, opportunis auxilijs. Eſt Veill Oppidum exiguum in Wirtembergenti Ducatu binis milliaribus Tubinga, & Studgardo diſſitum, in Antiftitis Spireniſis cura. Senatus magna conſtantia religionem Catholicam conſeruauit in populo: ſed Parocho ad inceſtas nuptias, & ſacra hæretica repente tranſgreſſo, catholicum deſiderabat Paſtorem, quem primum à Spireniſi Præſule, cui Oppidum ſubeſt, per Legatos: dein eo negante copiam ſibi adeſſe, atque ad Ieſuitas mitente, ab Hermanno Thyreo Prouinciali petiere. Is, ne inter Luporum fauces deſtitutus Chriſti Grex fidâ custodia, æternum ſubiret exitium; Antonium Monrealem cum comite tribuit: qui interim, dum integer, ordinariuſque ſufficitur Paſtor, quòd breui eſt factum; ſtrenuâ vigilantia ſanctas oues defendit, & paut. Forchemium propè Norimbergam eſt, in Bambergenti Episcopatu: vt pleraque Septentrionis, Doctorum penuria catholicorum miſerè laborabat. Eo Viri Bambergentiſis Antiftitis & Canonorum rogatu Chriſtianus Haluerius, & Matthias Suchtulenſis, cum adiutore ſocio proſecti, in Oppido, vicinoque Pago contentione ingenti, & pari ſuceſſu diuinam rem procurarunt. Efficere, vt Catechiſmus Lutheri ex omnibus Ciuitatis Scholis Senatus conſulto eiçeretur. In cuius locum editus à Caniſto inductus: cuius exempla, quotquot venalia Bambergæ proſtabant, Episcopus ad Patres miſit distribuenda. Vitalem quoque Nouiomagi, quæ Metropolis Geldriæ eſt, huius, & ſuperioris anni parte, Ioannes Zantenus nauauit Religioni operam; dum in rerum terrenarum poſſeſſione, cuius cauſa iuerat, expediendâ immoratur, animis popularium ſuorum, & à vicijs, & ab erroribus expediendis mirificè ſalutaris. Inde Episcopo Ruremondenti Willhelmo Lindano, cuius in Diceceſi Nouiomagam eſt, cupiditas incenſa habendi Collegij. Nec minor exarſit in Ciuibus, vt propè certatim, alij Bibliothecam, alij certam pecuniam, alij annuus reditus ſponderent: ſi quomodo ſtabilem apud ſe hominum Societatis impetrare Sedem poſſent: quæ tamen res difficultate temporum, quæ conſecuta ſunt, dilata, nondum maturuit. Mोगuntinus Antiftes curſum priſtinæ ſuæ benignitatis tenens, cùm ſummæ Aedi concionandi munus vni è Socijs demandafſet; fuit tandem perſuaderi ſibi, vt conſuetum Concionatoris ſtipendium, ne eleemoſynæ quidem nomine (cùm id quoque aduerſari Societatis legibus videatur) Collegium reciperet: addens tandem ſibi comper-

92  
Cæſaris mandatum pro Noſtrorum tutela.

93  
Miſſiones Veillana, & Forchemiana.

94  
Ioannes Zantenus Nouiomagi nauat Religioni operam.

95  
Concionatoris conſuetum ſtipendium, ne eleemoſynæ quidem nomine Collegium Moguntinum recipit.

tum hoc institutum magna laude dignum. Idem conscientia, professionique Sociorum, & paci cum Academicis consulturus, ab Academia legibus exemptos Societatis Magistros, tantum in Præsidium suorum obsequio reliquit. Duaci Sodalitas B. Virginis instituta, quam Atrebatensis Antistes Franciscus Richardotus confirmavit, eademque statim Romanæ Sodalitati concessis paulò antè à Pontifice Indulgentijs donata est, omnium quantum comperio prima: cæpitque fructus edere, quos sperare æquum est è patrocinio clementissimæ Dei Matris, Abbate Aquicintensi Fundatore Collegij, aliisque primarijs in eam conscriptis. Ad hanc diem Duaci Philosophicas disciplinas, magno domestica tranquillitatis incommodo, grauiore in posterum imminente, tradiderant Magistri externi. Cuius auertendi incommodi, in Prouinciali Conuentu, qui habitus Tornaci fuerat, communi Patres consensu, vias omnes inuestigandas decreuerant. Ecce autem, quod tantoperè expectabatur, ultro Deus obtulit. Collegij, quod Regium vocant, Regens in Doctorem Academia concilio proposuit agendum cum Patribus, vt domesticos Collegij sui, & Conuictores Collegij Marchianensis, itemque, si qui adirent pauperes, per Magistros suos docerent. Quod cum Franciscus Costerus Collegij Rector non abnuisset; Abbas Fundator, semel dato aditu, ab Academia impetrat, vt non domesticos modò, sed etiam externos diuites, ac planè omnes liceat docere, idque gratis. Atque die S. Remigij initium fit. Inde Doctores Artium irritati, nec potuisse illud ab Academia concedi, sed pertinuisse ad Artium Facultatem dumtaxat contendere. Orta ergo lis. Aditum initio est ad Bruxellensem Aulam, ex eaque responsum, vt Episcopus Atrebatensis componeret, vel Academia planius rem, ac Facultatis Artium iura cognosceret, ac doceret Aulam. Denique multorum commodorum priuatum, ac publicè noua hæc disciplina, simulque discordiarum cum Philosophis Magistris multos in annos iacta semina. Aded nihil humanis in rebus omnino vacat incommodo. Parisijs quoque tempestas ferox exitit, ex Francisci Iannelli ad Societatem accessu orta, cumque insigni constantia eius documento breuè collapsa. Is duodeuiginti annorum adolescens, Auxoniæ, quæ Burgundionum est Ciuitas, Patre hæretico, Matre catholica, & admodum honesta natus, diu multisque lacrimis Societatem efflagitabat, singulari quadam, & admirabili penitus ratione vocatum sese affirmans. Elucebat in eo excellens omnium virtutum indoles, atque egregia in primis obedientia, modestia, & animi, corporisque virginitas: cuius tuendæ potissimum causâ aiebat se ad Religionem fugere, quasi tutam in arcem. Maldonatus, qui tum Prouinciam pro Edmundo Haio ad comitia Romam profecto moderabatur, iussit cum Præceptore suo, homine Societatis minime amico, eumque necessarijs Patris, qui multi, magnarumque opum Lutetiæ agebant, communicare consilium: ne quis subornatum, pellectumque illecebris postmodum dicitaret. Quod cum fecisset, neque potuisset ab eis, siue bonam impetrare veniam, siue vllis absterreri suasionibus, aut vinculis retineri, permissus est mense Maio subsistere in Collegio. Post diem quartumdecimum prima probatione exacta cum maximo fructu, editisque virtutis firmissimæ documentis, nescio quid tumere turbarum Maldonatus præsentiscens, nondum Societatis cultu vestitum repetere Patriam, salutare Parentes, ac veniam ab eis reportare sequenda Societatis iubet. Ille contra, totus persusus lacrimis, impensè rogare, ne se in salum conijceret: nunquam id ab suo Parente impetratum iri: præstare id statim facere iniuito illo, quod aliquando tandem, nihilo magis volente facturus esset: ei, si fortè Parisios veniret, facturum satis, ita vt suâ causâ nihil detrimenti Societas pateretur. Permoit ea oratione Patres, nec vrgere in præsentia grauius voluerunt, ne animum eius mestissimum nimio angore conficerent. At postero die Præceptori, qui iam turbulentos ciebat fluctus, ad Collegium accessitò tradunt, ad Parentes, aut quò veller ducendum. Verùm Franciscus negat se cum Præceptore iturum, aut omnino elaturum è Collegio pedem: conuersusque in Præceptorem, asperè castigantim verbis dimisit, quò conaretur se ab eo instituto vitæ auellere, quò & Christi consilio, & caelesti, ac diuina quadam vi compulsus elegeret. Biduo post Mater iam literis Præceptoris admonita, Parisios venit. Mittitur ad eam Franciscus incontinens.

101

96

Ab Academia legibus Nostri eximuntur.

97

Duacensis Sodalitas omnium prima Romanæ Sodalitatis indulgentijs gaudet.

98

Duaci Philosophicas disciplinas tradere incipiunt Nostri.

99

Hinc orta lis, atque discordia.

100

Francisci Iannelli ad Religionem vocatio.

101

Eiusdem Indoles.

102

In vocatione constantia.



bant; Senatusconsultum fecere, ut Patres omnem darent operam, ut tertio die Iannellum Senatui sisterent. Qua formulâ declarare videbantur, non tam iure adigi eos exhibere Iannellum, quàm aliquid concedendum dolori Matris. Octauum iam diem Adolefcens non apparebat, & tempestas inhorrescebat. Quare ab ijs, apud quos latebat, quanto in discrimine ipsius causâ Societatis Collegium versaretur admonitus; prodit è latebris: Primum Præsidentem adit: profitetur se esse Iannellum, de quo tanta lis glisceret: auditum sibi, quantum innocentibus Patribus exhiberetur molestiæ: se auctorem eius vicium fuisse, velle & vindicem esse. Nunquam se, ut Mater sorgebat, plectum à quopiam è Societate fuisse: nunquam retentum vi: nunquam abditum: nunquam persuasum, ut fugeret. Quin potius multis expressisse lacrimis, ut Collegio reciperetur: sæpè impulsus, ut ad Patrem iret: ter ad Matrem missus. Postremò verò fugisse, ne ab eâ dolo, quem perfererat, circumueneretur. Patres, ubi ille delitesceret, ignorare, neque vnquam scivisse: rogare, ut coram Senatu sistatur, quo causam per se ipse suam defendat. Admiratus Præsès animum adolefcens, atque virtutem, respondit: Patres non ita multum à Senatu premi; tamen postridie horâ septima matutina cum ijs in Senatum accederet, eaque loqueretur, quæ Spiritus Sanctus suppeditaret. Ergo postridie in Regiam, ubi Senatus habebatur, inductus, cum vndique nunc in homines Societatis, nunc in illum inaudita contumeliarum genera caudidici, qui ante fores Regiæ consistebant, magno tumultu iactarent; Franciscus de proposito suo, deque scetandâ arcta Consistorum Domini via, dicere exorsus; tantâ animi magnitudine, tantoque pietatis sensu peroravit; ut obstupefacti Iudices, & Mater ipsa, quæ propè aderat, & Aduocatus, ac Procurator regius, qui aduersabantur acerrimè, penitus obmutescerent. Nec postremò abstinuit acri obiurgatione in Matrem. Atque inter cetera. Quid? inquit, Nonne tu ipsa ante paucos dies mihi dixisti, te non consentire modò consilijs meis, sed vehementer etiam gratulari? Non ne tu ipsa memet Deo, & Societati deuouisti? Quid à Deo repetis, quod Deo dedicasti? Si id, quod tuum est, quodque aliquando mihi dedisti, quaris; ecce meum corpus: & exporrecto collo, caput, inquit, meum auelle. Vbi cum Iudices interfati, seruandum Dei mandatum dicerent, quo iubet Parentibus obedire: Idem, inquit, iubet sibi magis, quàm Parentibus obediri. At iudicibus, inquit, qui à Deo constituti sunt, parère debes. Iudices, respondet, à Deo constituti sunt, ut quæ consentanea sunt diuine voluntati iudicent: quod si feceritis; nihil repugno. Vobis parendo, parebo Deo. Denique cum vijs tentatis omnibus, nec rationes, nec minæ, nec preces procederent; censet Senatus eat ad Patrem, ut morigeretur Matri. Hoc perfunctus officio, sibi, ut libitum fuerit, consulat. Ad quæ Franciscus, iturum se, ne contra Senatus auctoritatem peccare videatur. Ceterum neque paterna, aut materna vincula, neque rerum quicquam impeditura se, quominus genus vitæ, quod instituerat, sequeretur. In Patriam ubi peruenit, Pater in hæreticis perditè obfirmatus erroribus, omnes admouet machinas, non solum ut ab religiôsâ disciplina, sed omninò ab catholicâ fide remoueat. Eius oræ nobilissimos quosque Hæreticos cum adolefcente committit solo, & quodammodò inermi: sed diuina manus Luporum in faucibus ouiculam suam protexit. Ad hæc verberibus, plagisque ipsemet contudit, in carcere habuit, etiam voluit inuitum matrimonio implicare. Ad extremum cum aspera in irritum cadere cuncta animaduertit; equo generoso impositum, cum fidâ custodia in loca varia circummisit, ut terrena dulcedo gustum cælestis extingueret. Ille autem ita sanctæ paupertati, & Cruci cogitatione, atque animo inter omnes mortalium rerum illecebras inhærebat: ut quanquam facillè posset cum equo, & pecuniâ, tamen noluerit, nisi pauper, ac pedes fugam capessere. Itaque cum aliquando per Urbem inambulet, nihil e domo paternâ ferens; eustodes, quos ad omnes portas disposuerat Pater, furtim elapsus, per occulta, & auia cursum intendit. Non diu latuit sollicitos Parentes fuga: insectatorum illicò manum in equis mittunt, qui Diuione eum consecuti, Carthusiani Monasterij, quo se receperat, præcipuas portas obsident: sed à Monachis viatico instructus, & postico per tenebras noctis emissus, Parisios, & rectâ ad Collegium venit. Ingens ad eius

105

ipse denatores  
adit, suamque  
causam peror-  
at.

106

Matrem mode-  
stè obiurgat,  
atque conuiu-  
cit.

107

Patrem ex obe-  
dientis, adit, à  
quo variè ten-  
tatur.

108

Pedes aufugit.

- conspectum ex ingenti solitudine obortum gaudium Patribus : tamen noluit Maldonatus continuè domum admittere : sed iussit adire Senatum , vt ab eo restitueretur. Ne verò Procurator regius per vim comprehensum ad Parentes remitteret ; placuit Cardinali Locharingo commendari. Diligenter , ac seuerè Cardinalis explorauit adolescentis animum , solus solum diu versans : tum professus certò credere se vocationem eius à Deo esse ; Patriisque in eà re non modò non teneri potestate ; sed potius debere nullo modo sequi voluntatem ; patrocinium suum pollicitus , Viro nobili tradidit , per quem ad primum Præsidentem , & Procuratorem regium duceretur. Illi cum impensè , quod fecerant , excusarent : placereque sibi affirmarent Collegio reddi ; eodem die reductus est. Deoque iuante primò rudimenta posuit , tum ad extremum vsque diem militiam militauit , quæ omni ex parte exordijs adeo præstantibus consentiret. Inter hæc Edmundus Augerius in Castris ad Rupellam ( Santonum Portum latinè vocant ) summos apud & infimos præclaram posuit operam . Concionabatur frequenter : confessiones excipiebat indefessus : inuisebat ægros : sepeliebat mortuos : pauperum necessitatibus consulebat : multorum quoque , qui clanculum fouebant errores , sanabat mentes. Dein vbi Henrico dedita vrbs est , & pax quadam cum seditiosis inita ; eius iussu Augerius Romam Gregorio Pontifici gestarum rerum rationem redditurus , & ad limina Apostolorum , ac Lauretanam Virginem ex itinere , vota quæ initio belli Princeps conceperat , exsoluturus perrexit. Quâ peregrinatione perfunctus ad Bituriges Euangelicâ prædicatione excolendos profectus , magno in Ciuitate pietatis ardore excitato , Collegij quoque , quod pridem expetebatur , studia mirum in modum inflammauit. Non omittam Collegij recens Niuerni instituti præclaram famam. Prætor , & Iudices profitebantur publicos mores ita mutatos , vt multò esset administratio expeditior. At in populo ea de Sociorum sanctitate increbuerat opinio ; depositos vt à Medicis ægros , si quis vellet sanare ; dicerent Patrum precibus commendandos. Præter morem aspera fuit hyems in Hispaniâ : ex eo aliquot Sociorum ex præcipuis properata funera. Madriti pridie Idus Ianuarij Petrus Azebedius , postridie Antonius Araozius extincti : ibidemque paucis post diebus conditus Marcus Valdesius septimo Kalendas Februarij in Oppido Torialone mortuus , dum ad Orepefanum Collegium , quod regebat , è prouinciali conuentu , regreditur vir pius , atque in Italia quoque cum fructu versatus. Azebedius Toletoriundus anno millesimo quingentesimo quinquagesimoquarto Hispali Societati adiunctus est , Collegij eius primitiæ , ceteris disciplinis , atque in primis Humanitate , latinaque & græcâ lingua insignis : sed clarior summisione animi , atque modestiâ : per quas virtutes , licet honoratiorum capax functionum , nunquam nisi Humanitatem , & Eloquentiam doceret : gaudens orationes , & carmina , quæ ipse elaborasset , tradere alijs vtenda , vt plautum à se auerteret , labore contentus. Ac sanè constat non potuisse accidere illi tristius quicquam , atque intolerabilius , quàm si fortè suarum quid laudum audiret. Quin socium impetrasse ab Moderatoribus ferunt , à quo de noxis identidem suis increparetur. Ac ne quando is materiæ inopiam prætenderet ; tradebat ei legendas obiurgationes , quas ipsemet culpis singillatim notatis suâ manu scripserat : interimque dum ille legeret , ipse nixus genibus , reiecto capite , magnâ cum pietate , incunditateque audiebat. Tantùm ab hominum seculi gustu discipulorum Christi discrepant voluntates , tamque diuersis acroamatibus delectantur. Ex hoc sui contemptu iucunda cum diuinitate consortio , & ad eius præsentiam assidue intenta mens : tum ceteræ virtutes , promptissima obedientia , immensa diuinæ gloriæ propagandæ cupido efflorescebat : quibus factum est , vt Madritum ad docendum , atque ad ordinanda studia aduocatus , quanquam præsensisse ex mutatione cæli , vt in ætate iam graui , periculum vitæ dicitur ; tamen nihil moræ obiecerit. Quo in itinere cum Toletum transiret , vndè multos annos abfuerat ; neque visere sororem , neque amicorum quempiam voluit : supervacaneum ratus eos salutare , quibus iamdiu obierat. Demum Madriti cum paucis diebus literarias classes sapientissimè ordinasset , antequam destinatam sibi Magistris sellam inscenderet , Beatitatis æternæ sedem iniuit. Araozius omnium post Decem Profel-

109  
Edmundi Augerij ad Rupellam labores, & fructus.

110  
Bituriges excolit.

111  
Niuerni de Sociorum sanctitate præclara opinio.

112  
Hispaniæ res.

113  
Petri Azebedij summisio animi.

114  
Ceteræ eiusdem virtutes.

115  
Araozij prudentia, & in concionando vis.

Professorum primus, & S. Ignatio cognatione iunctus, in præcipuis fuit statuen-  
dæ in Hispaniâ Societatis auctoribus. Vis Apostolica in concionando, & pruden-  
tia in eo præstantissima, eluxit. Quorum præcipuè merito virtutum, auctoritate in  
vniuersâ Hispaniâ, & apud Principes gratiâ, quàm potest optari maxima, floruit.  
Permagna in Societate quoque existimationis fuit. Apud Ioannam Lusitanæ Prin-  
cipem, & Rodericum Gomen à Syluâ præcipuè valuit: qui cum eius desiderium  
peregère tulissent; paucis post mensibus pariter necessitati cesserunt. Ioanna cum  
præclarum de Societate iudicium expressisset verbis in testamento, certum vecti-  
gal Madritano legauit Collegio: quo tamen nonnisi trigesimo ferè post anno licuit  
frui. Placido iam gymnasium Madriti, dissipata superioris anni nube, fruebatur se-  
reno: iamque additis Theologiæ duobus Magistris, & aliquot auditoribus, dome-  
stica familia ad numerum quinquagenarium peruenerat, re familiari admodum an-  
gustâ. Auxit & Collegij celebritatem, & publicam pietatem Iosephus Ayala, qui  
ab Hernando Toletano Aragoniæ Prorege grauibus de rebus ad Philippum Regem  
Barcinone missus, nunquam intermisit varijs in Templis, tantâ frequentia, quan-  
tam longo tempore non recordantur, diuina tractare: Deoque propitio etiam  
prosperè, cumque Aulæ approbatione, mandata perfecit. Hoc anno Toletanæ Do-  
mûs diuturna, & permolesta lis, quam è Prædicatorum Ordine Fratres Cœnobij  
Sancti Petri Martyris intenderant, tandem absoluta. Ac ne odiosa, & nihil profu-  
tura in exemplum refricem; illud satis sit adnotasse, vnde visa est diuina suffraga-  
tio intelligi. Cùm Pius Quintus iussisset omnino earum ædium possessione exce-  
di, renouato Prædicatorum Priuilegio de finium iure; planeque Natalis tum Ro-  
mæ Vicarius Generalis, & Borgia in Hispaniâ iussissent Socios voluntati Sanctissi-  
mi Patris obedienter, & modestè obtemperare, idque illi facere parati essent; Pio  
ex humanis ablato, Gregorius Tertius decimus successit: qui cum retractari cau-  
sam iussisset, tandem ritè possessio confirmata est Societati. Hoc item anno effi-  
gies Pueri IESV, quam magna dein religione, ac studio populus, nec sine mul-  
tis diuinæ præsentie documentis coluit, collocata in Templo. Hanc Maria Elisa-  
beta, & Agnes Ortiziæ honestissimæ femine donarunt. Cuiusdam sualu ex Sancti  
Francisci Paulani Religiosis, Melchior Pierrius inclytus Hispali Sculptor duas  
eiusmodi effigies elaborauerat: quarum alteram, quas dixi, Matronæ Toletano  
Templo, alteram Complutensi Petrus Manricius Toletanus Canonicus donauit:  
qui magnæ Vir auctoritatis, iamque natu grandis, hoc eodem anno se Societati  
adiunxit. Abulense Collegium duos egregie de se meritos amisit, P. Ludouicum  
a Medinâ, qui cum Bellimarenfi Domicilio præfesset, Burgis, quò ad Prouincialem  
Congregationem iuerat, Nono Kalendas Februarij curriculum vitæ confecit.  
At in ipso Abulensi Collegio postridie Iduum Septembris Franciscus Gusmanus  
excessit, homo nobilis, & Canonicus eius Ciuitatis. In Collegium æger delatus,  
vt postulauerat, quò apud eos vltimum exhalaret spiritum, quos dum viueret sin-  
gulari pietate, obseruantia, & liberalitate coluerat, & moriens scripsit hæredes:  
ibidem honorificè est conditus, magno Ciuium omnium, ac Pauperum maxime  
luctu. Nam quanquam non ampliùs mille nummum aureorum annuo explebat cen-  
su; tamen eam in cultu sui corporis, in victu, in domesticis ministris parsimo-  
niam adhibebat; atque eius ita rem tuebatur, cumulabatque Deus: vt vnicum esset  
pauperum omnium perfigium. Testati sunt Medici, vno duntaxat anno, cum  
seruierent in Vrbe graues morbi; trecentas triginta octo Pauperum familias, in  
quarum plerisque seni, septeniue iacebant, eius impensâ curatas. Et quamuis pe-  
stiferum esset malum; neminem tamen ex ijs, quos curandos ipse susceperat, præ-  
ter anum, quam moribundam repererat, excessisse. Cognita eius pietas magis  
est, vbi cœpit desiderari: tum & laus percubuit: & aliquot viri nobiles excitati, qui  
sancta eius cœpta prosequerentur, maximè P. Balchazaris Aluarij studio, sub cuius  
disciplinâ Canonicus tantum profecerat. Cesaraugustâ missus in Insulam Inixam  
(olim Ebissum) Raphaël Pellegrinus, cum duobus Socijs, egregias Insulanis tra-  
dendâ in primis catechesi commoditates attulit. Pari euentu per maioris Balearis Pa-  
gos, & Villas P. Ioannes Cussola, qui & sancta Crux, & P. Ioannes Lopez peregrinati.

116

Ioanna Lusita-  
niæ Prioceps,  
certum vecti-  
gal Madritano  
Collegio legat.

117

Iosephus Aya-  
la magna ste-  
quentia diuina  
tractat.

118

Toletanæ Do-  
mus lis cum  
Fratribus ex  
Ordine Prædi-  
catorum absol-  
uitur.

119

Effigies Pueri  
Iesu magna po-  
puli religione  
in Templo col-  
locatur, & do-  
natur.

120

Ludouici à  
Medina obi-  
tus.

121

Franciscus Gu-  
smanus in A-  
bulensi Colle-  
gio moriens  
Nostros hære-  
des instituit.

122

Eius amor in  
pauperes.

123

Raphaëlis Pel-  
legrini, Ioan-  
nis Cussolæ &  
Ioannis Lopez  
Milliones.

In



- 124** In Lusitaniâ, tametsi res rectè ubique procedebant, Bracarenfis tamen Collegij in Vrbe, Agroque eminere videbatur culturæ felicitas. Haud modica eius causa Archiepiscopi benevolentia, & præclara existimatio Sociorum: quorum operâ vetus inter ipsummet, atque Clerum dissidium cum vniuersæ gratulatione Ciuitatis componi permisit. Ea passim per Diocesim fama vagabatur, sicubi non vulgari remedio afflicta pietas opus haberet, eo mitterentur Patres. Et planè, diuina aspirante gratiâ, affirmabant experimenta famam. In Vrbe Portus cepta noui Collegij adificatio tertio decimo Kalendas Septembris, celeberrima supplicacione vltro ducta ab Ciuitate, Clero, & Religiosis Familijs. Nec solùm gratulatione, publicaque hilaritatè; sed etiam liberali ad impensam pecuniæ collatione, gratam sibi accidere Societatis operam Ciues declararunt. Suus ex Collegijs Funchale, & Angræ portus, in Insulâ Materia, & Tertîa extitit fructus: multo tamen maximum reulit ex Angrensi Collegio profectus vicinas in Insulas Petrus Gomis cum Socio Catechista. Ad Insulam, quam Gratiôsâ vocant, sat honestis frequentem accolis primo cursu delati, planè deformatam atque horridam multiplici vitiorum genere inueniunt. Cuncta habebant inimicitia: rara Domus, cui non cum aliâ quapiam inueteratum & graue dissidium. Super quâ re institutâ oratione Gomis ita propitium habuit Numen; vt mediâ in dictione commoti Auditores primò in gemitus, communemque complorationem erumperent: tum suos quisque aggressi in turba querere inimicos, mutuos ruerent in amplexus, ac postis humi genibus veniam vicissim precarentur. Srepebat pulcherrimo tumultu Templum: idem ardor viros, idem feminas habebat. Nec primo impetu sancta flamma euauit: sed egressi mox Templo, tanquam diuino perciti æstro, quærebant sibi offensos, palàmque in compitis ad pedes eorum abiecti pacem poscebant. Inter quos vnus excelluit, Vir admodum honesti generis: qui etsi iniuriam non fecerat, sed acceperat; tamen vtrò conuènit aduersarium, ac veniam suppliciter rogans, solum, quodille calcarat, palàm osculari sustinuit. Haud interim minùs prosperè aduersus cetera vitia Christi Athleta depugnauit. Negociationes iniustas, & iniqua lucra dissoluit, magnâ vi pecuniæ ad iustos Dominos reuoluta: vt fuerit, qui cum longè, ac latè equitatem violasset, diuino tactus spiritu copiosum argentum circumferens, Insulam circumiret, suum cuique vltro restituens, non minore cura, quàm ad lucra discurritur. Et quia cum vitijs fecunda eorum parens recti, prauitque dominabatur inicitia; præter conciones, instituit Pater quotidie disputationem super Diuinis Præceptis: eo profectû; vt tum primùm videretur sibi gens aliquid præter nomen Christiani habere. Iam facilè intelligitur, quæ sacrum Confessionis tribunal ambiret frequentia: vbi Pater distributis temporibus, diurna expiandis faminis, nocturna viris tribuebat. Postremò, quò quâsi solum perpuratum sentibus conseruaret, fecundaretque; præter alia, Sancti Rosarij, cuius nulla erat ibi memoria, explicatâ ratione eius cum fructu vsurpandi, consuetudinem induxit. Quæ breuè totam impleuit Insulam: vt summi, infimi, viri, feminæ, pastores etiam per agros suis incederent ornati Rosarijs. Rebus hoc pacto in Gratiôsâ compositis, ad Insulam, quam Fayalem vocant, transgreditur. Percurrere ipse Pagos: è Pagis haud minore motu cateruatim multarum spatio leucarum concurrere Insulani ad eum. Odiâ, iniusta negotia, vitia alia non absimili euentu, atque in Gratiôsâ, sublata. Verùm Confessiones cum excipere vnus cunctas nequiret; plerisque à prima ætate reordientibus, eam rationem iniuit; vt nobiliores, & quibus facultas adesset, Angram mitteret in Collegio audiendos: tenuioribus aures ipse præberet. Multum quoque Clericis attulit adiumenti explicacione Conscientiæ Casuum, cui & Cœnobij Sancti Francisci Custos vniuersis cum suis Fratribus semper interfuit. Indè ad Insulam Picum, & Sancti Georgij breuiter excurret: anno insequenti eas, quò iam perigrinationis huiusce tempus exhibat, accuratiùs reuisurus. Nulli hoc anno in Indiam nauigarunt è Societate: sed iam insignem manum, cum quâ anno insequenti discessit, destinatus, vt supra retuli, Visitator Alexander Valignanus cogebat. Ceterùm eam Prouinciam grauiores in dies premebant angustia. Sublato superiore anno Antonio Quadrio Prouincia-

Bracarenfis Collegij fructus, & eorum causa Archiepiscopi benevolentia.

In Vrbe Portus Collegium adificatur.

Petri Gomis in Insula Gratiôsâ labores.

Conciliata diffidia mutuis amplexibus.

Honesti generis vir solum, quod calcarat aduersarius palam osculatur.

Iniqua lucra dissoluantur.

Disputationes super Diuinis præceptis instituantur.

Rosarij consuetudo inducitur.

Conscientiæ casus explicatur.

li, suffectum ei memorauimus Franciscum Rodericium, quem post anni ferè morbum mors etiam abstulit decimo quinto Kalendas Octobris. Tum perspecta Prouinciæ difficultas. Nam cum Prouincialem quamprimum substitui res postularent, quatuor tantum ad id munus per Societatis leges idonei, vt quatuor professi Vota, putabantur superesse, Emmanuel Texeira Rector Cocinensis, Consaluus Aluarius Visitator, eiusque socius Emmanuel Lopus, & Franciscus Capralius: sed in Iaponia aberat amplius anni distans itinere. Ibidem credebantur esse Visitator & Socius, non cognito naufragio, per quod in Cælum, vt infra dicam, abierant. Ita factum est, vt vnus in India restaret Emmanuel Texeira necessario legendus, par ille quidem muneris, iamque tertium ac vigesimum annum eum laude agens in eo tractu. Sed præterquam quod necessitas illa erat ingrata; facile potuit euenire, vt ceteris religiosi Viri ornamentis abundans, rerum gerendarum, & prudentiæ dono careret. Quas qui consideret angustias, animaduertet admiranda diuinæ prouidentiae consilia. Deus enim (haud dubiè Deus) cuius oculis cuncta terrarum subsident spatia, impellebat Euerardum tantæ calamitatis ignarum, vt tam copiosum in Europa, tamque eximiorum hominum compararet auxilium, delecto Visitatore Valignano: qui deinde amplius triginta annorum spatio, vsque eò res Societatis, & fidei Oriente toto promouit. Optimus ille Pater, qui aduersa in medicamentum attemperat, dum plagam illic inferebat, hic præparabat remedia, nostram erigens in Cælum fiduciam, quamque curæ sibi sit, acceptumque conuertendarum ad fidem illarum Gentium opus ostendens. Interim Indiæ Patres trium Votorum professi ex toto tractu ab Vrbe Dio ad Commorini Promontorium de orbitate Prouinciæ ab Ioanne Brauo Goani Collegij Rectore admoniti, vel Goam profecti, vel si legitime distinerentur, suffragio missio, pridie Nonas Decembris, eodemprorsus die, quo superiore anno Rodericium suffecerant, Texeiram Prouincialem renunciant. Sic enim ex facultate ijs oris à Paulo tertio concessa Præpositum deligendi, nominandum potius, quam Proprouincialem putarunt. Emmanuel præter lacrimas, quas multas cum renunciatus est fudit, memor Christi vocis: Qui maior est vestrum erit Minister vester: cum se prius in publico acri flagello verberasset; veniam culpæ, & auxilium orationum ad sarcinam nouam ferendam precatus, accumbentibus ad mensam Socijs pedes exosculatur: tum in Cœnaculo, & Culina ministrat: eo efficaciore exemplo; quod verum erat, & cum cetera eius vita congruens. Sed reddenda est sua Francisco Rodericio, quem sublatum dixi, iusta commendatio ad Posterum. Duodeuiginti annos sic res promouit Christianas in India, præsertim in Vrbe, & Insula Goa: vt inter primos fidei eius oræ Auctores merito numeretur. Fauit semper constanter nouella Christi soboli, & patrocinium commodaui aduersus omnes veterum Christianorum iniurias. Præfuit, & cum laude, Goano Collegio, nisi quod valetudo aduersa non permittebat documentis præire superioribus. Didacus quoque Magallianes multis rebus in Molucarum Insulis latè gestis, contracto ex ærumnis morbo, cum ad curationem Goam venisset, non caducam, sed æternam à Deo salutem consecutus est. Accessit Balthasar Arausius frater Coadiutor, specimen nobile humilitatis, obedientiæ, caritatis erga omnes, qui negotiorum Collegij causâ in Lusitaniam venerat: tum Aluarus Phiallus, qui octauum iam annum spectabili lenitate, exemplo, animique sui tranquillitate prima literarum elementa pueros docebat: præterea Petrus Dinis, qui relicto tum seculo, cum maximè habebat secundum, inter Salfettanæ Ecclesiæ primos fundatores, in evertendis Idolis operâ egregiè posita, tandem Pagum, quem curabat, totum ad Christum adduxerat, plus quingentis baptismo recens lustratis. Cognito eius obitu, tanta vis lacrimarum, & comploratio consecuta est in filijs, quos Christo pepererat; vt tribus continenter diebus, ac noctibus, gemitu, eulatuque Pagus totus streperit. Inter hæc funera quanquam annus valetudini fuit infestus, tamen intermissa antè, propter calamitates publicas obfessa Urbis, & pestilentia, fidei propagatio repetita est. Maximèque in Salfettis profectum, Nam super ducentos quinquaginta in Collegio Goano caelesti vnda perfusos; in Sanctorum Philippi, & Iacobi Ecclesia, quæ in Pago Curtali prima occurrit, Goâ in Salfettis euntibus, trecenti viginti:

133

Franciscus Rodericus Goæ Prouincialis moritur.

134

Emmanuel Texeira Goæ Prouincialis renunciatus eximia animi demissionis documenta exhibet.

135

Francisci Rodericij commendatio.

136

Didacus Magallianus moritur.

137

Petri Dinis in idololatriæ ad Christum traducendis egregia opera.

138  
Ethnici complures ad Christum traducti.

139  
Gasparis Pais ardor iuuen- dis proximis.

140  
Ægrotis mini- strat.

141  
Zamorinus Malabarum Rex Sancti Iacobi patrocinio vincitur.

142  
Ora Piscaria bellicis motibus turbatur.

viginti : In Ecclesia Sancti Andreae ad Pagum Murmuganum, quingenti septuaginta septem : In Ecclesia Sancti Spiritus ad Marganum plus septingenti : in quibus & Salfettarum omnium Gonzales Maximus (nomen id potestatis). In Sancta Crucis ad Pagum Bernam, quadringenti abluti, magnâ vbiq; ceremonia : quam interdum Prorex Antonius Noronia, & Inquisitor, aliâque illustres personæ cohonestarunt, multis residuis Cathecumenis, quos vestium inopia remorabatur, nolentes, pro recepto iam more, in Ethnico vestitu, sed tantum Lusitanico habitu ad sacrum fontem accedere. His circa Goam consignatis accessere mille sexcenti in Bazainenfi Collegio : totidem ferè partim Coulani, partim Cocini. Hic Gaspar Pais non Sacerdos, sed caritate, labore, industriâ eminens, amplificandæ Ecclesiæ insistebat. Ille nouum Christi populum ab Ethnicorum vexatione protegebat, instituebat in fide, subleuabat in egestate, curabat in morbis. Ac nuper diffusis pestiferis in Pago Palurgenfi pustulis quæ tum ob sceditatem mali horrendam, tum ob contagij periculum ab morbidis, quamuis carissimos, & comunéssimos auertebant; aderat Gaspar omnibus, non minore Ethnicorum, quàm Christianorum admiratione, medicamenta præbens, sanguinem minuens, præparans cibos, consolans, & erigens ad spem, fiduciamque diuinam : cuncta Patris, Pastoris, Medici, famuli munera obiens : hoc alacrius, quòd non rarò in Tyronibus illis veteranz virtutis facta spectabat : vt cum aliquando ad Porcaense Regnum tendens ad Arelum christianum, (Arelos appellant homines dignitate eminentiores, Comitibus ferè nostratibus similes) quem ægrotum cognouit, flexo itinere, animam propè agentem reperit, ac reculantem carnes attingere, quòd Sabbatum esset. Sed cum ipse explicasset Sanctæ Matris Ecclesiæ in ea necessitate indulgentiam, & præparasset escas, & alia addidisset præsidia; extra periculum reliquit. Hæc Gasparis officia quo æquum erat amore excipiebant Indi : eoque factum est, vt multum ad victoriam quoque contra Zamorinum contulerit. Ingenti cum exercitu Cocinensium fines ingressus Zamorinus Malabarum Rex, Castra ad Cranganorem posuerat, Arcem Lusitanorum, vt fama erat, occupaturus. Cui obuiam facti Rex Cocinensis, & Ioannes Fonseca Lusitanus Præfectus, in terris Marganati constitere : vbi sæpè inter se Reges antè confixerant. Vtrinque supra Regum tentoria elatis in hasta galeris, signo militibus, ne tela eò conijcerent, cum veteri more sancta vicissim Tabernacula Imperatorum habeantur. Committitur pugna : inque multos dies pro mollitie gentis continuatur, quoad fugâ tandem Zamorinus secessit. Aderat cum Lusitano milite Sacerdos è Societate. Suos Indos non deseruerat Gaspar : in quo tantum illi reponebant momentum ; vt dimidium virium, si fortè abiret, decessurum dicerent. Iam Sancti Iacobi nomen, quàm & ipsis esset religiosum Ethnicis, illud in Vrbe ostendit. Arma tractandi Magistrum (Guripos Indi appellant id professos magisterium, inelyrum inter eos, & à Parentibus permanens ad Posterum) aliter magnâ in armis famæ ad singulare certamen coram Rege cum prouocasset, Rexque eis præfens ipse cum nobilitate spectaturus arenam destinasset; Guripus ad Sancti Iacobi patrocinium confûgit, vicinum se ei habitasse contestans : & pueros adduxit, qui quoties aduersarius irrueret, Sanctum Iacobum inclamarent. Ita factum est, vt quamuis Prouocator non arte solum ac vi, sed etiam veneficij multis armatus in arenam descendisset, victoria à Guripo staret, ancto inter Ethnicos, Christianosque Sancti Iacobi cultu. Magnum ad rem christianam factum momentum est Procaensi in Regno Arelo restituto totius maritimæ plagæ Domino : qui tertio ab hinc anno, quòd fidem suscepisset, dirione spoliatus ab Rege, exilium, & paupertatem cum vxore, & filijs pro Christo constantissimè tolerabat. Ioannes Fonseca in eò restituendo fideliter laborauit : cuius, ac ceterorum rectè factorum mox præmium recepturus è vita sublatus est. Ora Piscaria tertium iam annum coortis in piscatione gemmarum inter Christianos Parauas, & Careas motibus turbabatur. Sed multò fuit maius periculum ex coorto cum Ethnicis bello, ob iniurias vltro citroque religiosis rebus oblatas : quibus cum venissent in auxilium Mauri, & Christiani grauissimè premerentur, præstò fuit diuina clementia, sparso rumore Mauris tendi insidias ab Ethnicis, quorum in auxilium venerant. Quo metu ad suas Mauri regressi ter-

ras,

ras, Nostros periculo liberarunt. At in Molucis res tum Lusitana, tum, quod iis locis proximum est, Christiana, in discrimen supremum venerat, perseverantibus bellis, inualefcntibus hostibus; christianosque propugnatores arumnis, fame, vi, in dies carpentibus. Inter quos etiam Pater Hieronymus Olmedus hostium manu sagittis confixus interiit. Nec vllum interim idoneum ex India submittabatur auxilium, quod quidem vt curaret, tandem Pater quoque Marcus Præcudus Goam aduenerat. Sed Goæ item res arctæ erant, cum expeditio in Insulam Somatram compararetur; quam quia Prorex adhuc distulerat, cum Sebastianus ab administratione summouit. His successibus, tanquam corroborasset audaciam Dæmon, nusquam quiescebat, nusquam desisteat religionis sanctæ progressui sese opponere. Atque, vt sunt iudicia Dei abyssus multa; ingens ab Iaponiâ auxilium interuertit. Octo, non plures Sacerdotes tota habebat Iaponia, cum latissimè sparsi Christiani, cultoribus animarum, & Sacramentorum administris carerent: præterquamquod retardabatur operarum inopiâ Euangelij cursus. Consaluis Aluarius Visitator, postquam res in India composuerat, & in Macaensî Sede ad Sinarum fines primarum literarum scholam instituerat, cursu in Iaponiam intento, tres egregios Sacerdotes Ioannem Vellium, Didacum Ferdinandum, Antonium Nunnium, opportunum supplementum ducens, in conspectu Portus cum ijs, & Emmanuele Lopio suo Socio tempestate periit. Duodecimo Kalendaris Augusti sereno Cælo, violentissimus turbo coortus, qui in terra magnas edidit strages, Nauim, in qua vehebatur, duabus fermè horis demersit, iacturâ maxima. Nam ad hominum capita septingenta; merces pretio sexcentorum millium aureorum nummum amissæ. Vnus dumtaxat Nauta Maurus euasit, qui altero die in Malacensè Nauigium natatu incidit: ex quo, simulque ex eiectis ad litus naufragij reliquijs, & cadaueribus cognita est calamitas. Ibant Patres quemcumque in casum parati, ac præsertim Consaluis, vt hæc ostendunt sub profectioem Macao ad Patrem Generalem scripta. Omnes, inquit, mihi denunciant, profectioem Iaponicam ob Cælum frigidius mihi periculofam, præsertim ob inualetudinem, quâ super ceteras aliquot iam mensibus ex continuo lateris dolore confictor, adeoque infirmarum sum virium, vix vt pedibus ad sacrificandum insistam: tamen Obedientiæ vi confirmatus pergo, ac præparatus ad id, quod Domino placitum fuerit, præcipuum ex ijs verbis, quæ ad me tua Paternitas scripsit solatium capiens: si eueniret, vt in incepto morerer, non fore malè positam vitam. Sanè iam ob perpetuos illos dolores, tam parum præsentibus bonis commoueor; vt ipsa, quæ tantum contra interitum pugnat natura, multam iam vitam nequaquam requirat. Hinc apparet, quàm suauiter Dominus Deus famulos suos ad migrationem paret. Erat Consaluis Lusitanus ex Villâ vitiosa, anno millesimo quingentesimo quadragesimo nono ineunte in Societatem admissus. Diu in religiosis officijs, præsertim in Tyronibus instituendis cum pietatis, & prudentiæ laude exercitus. In Indiam Visitator missus, ita rem suscepit; vt quadragenario maior disceret cantum, quo maiore cum ceremoniâ ad nouæ Ecclesiæ maiestatem sacris operaretur. Socius eius Emmanuel eodem seculi anno quadragesimo nono in Societatem se dedit spe Indicæ profectioem: cum alioqui interno instinctu ad religiosam vitam innitatus, ad alias magis omnes, quàm ad hanc, propendèret familias. Vir erat & ipse spectatæ virtutis, & prudentiæ, & animarum salutis appetentissimus. Quem Euerardus arcanis literis Valignano Visitatori, si quid humanitus ei eueniret, primo loco suffecerat. Tanto auxilio interuerso: simulque amissâ totius anni annona, ad alimenta Sociorum, & Ecclesiarum instrumenta, quæ aduehebantur ex India, cum Rex Bungenfis vltro obtulisset quicquid pecuniæ ad id opus foret, Patres contendendo acrius vires, conati sunt aliquâ ex parte numerum supplere. Pater Franciscus Capralis, conscripto Iaponicè catechismo, in quo non modò christiana explicabat dogmata; sed etiam Ioannis Facatenfis doctissimi antea Bonzij adiutus operâ cunctas Iaponicas euerterat sectas; ex Regno Figeni peregrinationem rursus Meacum vsque suscepit. Cocinoco vna cum Ioanne Iaponio de Societate, septimo Idus Septembris profectus, Ximabaram venit: vbi iam triennio antè ceperant christiana sacra restitui: inde Tacaxim

143

In Molucis Religio periclitatur.

144

Hieronymus Olmedus sagittis confixus interiit.

145

Operarum inopiâ Euangelij cursus in Iaponia retardatur.

146

Mili supplementi naufragium.

147

Consaluis Aluarij in expeditionis Iaponicæ periculis obedientia.

148

Eiusdem patriæ ac munera in Societate.

149

Emmanuelis Lopij viuites.

150

Francisci Capralis laboriosa itinera.

mari, post terreno itinere in Bungum, non sine periculo, ob infesta latrocinij itinera: cum Finguenfis oræ accollæ famissimi inter Iaponicos haberentur, qui, vel vt sola detrahant vestimenta, homines necent. Cutamensibus ex itinere salutatis Funaium attingit: Vbi Pater Ioannes Baptista Ferrariensis sedem habebat. Hic transactis è sententia, cum Prætorè Facatensi, quæ cupiebat; ipse, & Ioannes Iaponius Euangelium vbique promulgantes, recreatis ex itinere Christianis, quos

151  
Facata Cosmus  
nobilis Christi-  
anus sacram  
ædem, ac do-  
micilium Pa-  
tribus exci-  
piendis extruit.

152  
Ethnicorum in  
Christianos  
conspiratio.

153  
Capralis, & Io-  
annes Aman-  
gucium ve-  
niunt, & ex-  
colunt.

154  
Catharinæ  
Miano pietas.

155  
Ethnici ad  
Christum con-  
uersi, & sacra  
ædes excitata.

156  
Quidam duo-  
rum dierum i-  
tinere Baptismi  
causa aduenit.

157  
Matthæi Viri  
simplicis in  
Ethnicis edo-  
cendis indu-  
stria.

passim reperere multos annos Magistro destitutos, & aliquot præterea baptizatis, Facatam venere. Iam noua Vrbs stabat admodum frequens: & Cosmus nobilis Christianus sacram ædem, ac domicilium Patribus excipiendis extruxerat. Facatæ mensẽ subsistunt repurgandis Christianis, Idololatriæ ad religionem inuicandis: ex quibus triginta participes diuinæ lucis effecti, non sine aliquo patientiæ lucro. Bonziorum, vt ferebatur inductu, per speciem diuini verbi audiendi, ad octoginta Ethnici conspiratione inita, ad sacram ædem venerunt. Post concionem ex condicte, tanquam minimè sibi foret satisfactum, strepere, & vociferari, & inuocare Amydam, nempe eâ arte, vt Christianis aliquid mouentibus, per occasionem cuncta vastarent. Sed admoniti Christiani à Patribus, vt patienter contumeliam ferrent, coniuuati nil vltra clamores, & tumultum in præsens ausi, tantum insequenti nocte obiectum domui murum, ac portam deiecerunt. Capralis, & Ioannes Facata Amangucium pergunt, vbi ex Iaponicæ Ecclesiæ primitijs aliquot Christiani debebant à Sancto Xauerio initiati; annum iam propè vigesimum nullo de Societate conspecto, quo audiuis, latiusque excepti. Ad Urbem appropinquantes, cum fama præcurrisset, obuios ad quatuor leucas aliquot habuere, ac subinde alios lætitiæ plenos, ac lacrimarum. Supererant partim in Vrbe, partim in vicinis circa Villis Fideles numero fermè trecenti, qui tandiu cultore destituti, nil penè præter voluntatem integram conseruarant. At eâ auuiditate diuinum verbum excipiebant, tanquam collectam ex longo famem saturatum. Catharinæ à Miano Ethnicis iuxta & Christianis in sanctitatis opinione eminebat ardor. Hæc erat anus octogenaria in Pago Miano degens, tribus ab Vrbe passuum millibus: vbi ad centum alumnos Ecclesiæ Sanctæ pijs monitis, & exemplis ipsa genuerat. Tempestas erat hiberna, & frigora ingentia, cum inter Iaponias Amanguciana plaga perfrigida sit. Cumque Pater Capralis non nihil ab se præstitum putaret, quod ea Cæli inclementia noctu surrexisset ad preces, vt ipsemet scribit; ecce Catharina trium millium passuum itinere confecto, gelido flumine bis tranato, solo niue operto, & multa sæpè tum ipsum labente, ante lucem apparebat, vt Sacro, quod diluculo fiebat, non festis modò diebus, sed & operosis quotidie interesset. Noti, quòd ante lucem properaret, deterrebant metu luporum: sed ipsa, nil timendum aiebat ad Sacrificium Sacrosanctum eunti. Eadem, ante restitutam Amangucij sacram ædem, Dominicis diebus ad orationem pergebat in eum locum, vbi olim ea steterat: atque vt intelligas, quã in diuino obsequio animi liberalitate, nobilitateque vteretur; quæsiuit ex P. Caprali, num peccatum foret nocte somnum repetere post orationem. Nam cum ipsa lassitudo interdum ad modicam quietem adigeret; verebatur ne parum humanum esset, ac pium, posteaquam ad orationem quamlibet multa nocte surrexisset, à congressu diuino rursus somnum admittere. In Vrbe centum septuaginta duo ad Christianos additi: duo & quadraginta in Pago Catharinæ Miano, sacra edicula hic quoque ex paleâ, & canna palustris excitata. Quidam duorum dierum itinere baptismi causâ aduenit: cuius amorem nouem ante annis ex Matthæi sermone conceperat. Matthæus Vir bonus erat, ac simplex è Xauerij Christianis, qui per Pagos venalia circumferens vtenilia quædam minuta, acus, pectines, & similia his, religionem pariter Christi disseminabat: admonens homines, vt Patres conuenirent: interim nonnisi vnum Deum colerent: quodque rectum suaderet conscientia, facerent: quod secus, vitarent. Nam se nihil amplius scire: & is diligentius edoctus multo exinde vlui fuit. Doctior erat, & acer bonus cæcus Tobias, qui circumiens emendicans, ac lyrâ gentis more non inuenustè canens: aditumque inde ad Proceres quoque habens; Bonzios ipsos animosè lacerabat. Et ferunt Bonzios, cum certamen sustinere ipsi nequirent, Nationem Venefico-

Veneficorum, Iamabuxos nominant, Dæmonum assuetos congressibus, incitasse, vt certamine cum cæco suscepto, si aliter non succedat, Dæmonibus in eum immis-  
 sis victoriam extorqueant. Nec abnuere Iamabuxi: victique facile differendo, pa-  
 lam magicas artes aggrediuntur, audiente, ac ridente cæco: nec quicquam posse  
 ea monitra aduersus Christianos prædicante: cum repente ipsosmet Iamabuxos tre-  
 mor horrificus occupat. Et iam haud dubie Dæmones inuadebant, nisi ad Tobia pe-  
 des prostrati veniam facti postulassent, nil in posterum tale commissuros polliciti.  
 Ex hac hominum indole renascens Amanguciana Ecclesia ad exitum vsque anni Ca-  
 pralium tenuit, acceptis à Nobunanga literis, in quibus de misso ad se Clypeo gra-  
 tes agebat. Sed nulli vsquam tot, tamque varijs agitantur fluctibus Eurypi, quot per  
 id tempus iactabatur motibus Meacensis Imperium. Organtino apud Sangam de-  
 gente, præsertim ad solennia maioris Hebdomadæ, & Palchæ, cum ex finitimis eò  
 locis Christiani conuenirent, Meaci Aloysius Froës diuinam rem procurabat. Huc  
 inter cæteros sancta Hebdomadà è Regno Voari aduenere quatuor Christiani cum  
 Constantino, qui statim Templum ingressi, prostratique, ac soluti in gemitus, ac  
 lacrimas, cunctos vehementer commouerunt. Constantinus instruxerat comites,  
 & baptizarat. Nam in Oppido Fanamasa, cum alij deessent Magistri, prædicabat  
 sanctam Fidem, disputabat cum Bonzijs, & humilitate, fideique præstantiâ cunctos  
 superabat, baptizabat quos erudierat, sepeliebat mortuos. Oratorio etiam Domi suæ  
 excitato conuocabat fideles ad preces: cuncta demum Viri optimi, multa seduli  
 Pastoris ita obibat munia; vt ibi Christianos Constantini discipulos appellarent.  
 Commodum Paschalibus solennibus aduersus quemcumque casum Christiani sese  
 munierant, cum omnia cæpta turbari. Nobunanga, post restitutum Cubosamam,  
 identidem suis è Regnis vel per se, vel per Legatos reuisebat Meacenses res: tan-  
 quam ius, aut certe patrocinium obtineret. Tandem siue occasionem quærens, siue  
 studio superuacuo boni publici, perperam administrari Imperium iactans, certa  
 mittit capita ad Cubosamam, in quibus administrationem corrigeret. Non deerant  
 Nobunangæ ofores, vel qui ægrè ferrent adeò illi obnoxium Cubosamam, quod ip-  
 sis quoque eò minus loci relinqueretur, quod ille plus occuparet. Horum vocibus  
 priuararum rationum studio, quid in commune expediat, vt sæpè vsu venit, minus  
 aduertentium, instinctus Cubosama, iussa Nobunangæ detrectans, bellum præop-  
 tat. Dicitur continuò rumor in Vrbe, adesse Nobunangam, & miserabilis ex vano  
 metu oritur tumultus: vt aliquando etiam totam noctem clamore edito à latronibus,  
 adesse hostem, quod impunijs ipsi prædarentur, omnia inanis terror permiscuerit.  
 Ceterum Cubosama inito fœdere cum fratris sui interfectoribus, cum Soraio San-  
 nixu, Mioxindono, Bonzio Vocazensi, & alijs potentibus, hos inter populi terrores  
 agebat propè securus: eò præsertim quòd Bonzius Vocazensis Xinguen Cainocuni  
 Rex, Regnis aliquot ex ora Bandoënsi, ac postremò Totomi, & Micauæ occupatis,  
 in Nobunangam tendebat. Hic cum suum Parentem deiecisset è Regno, ac filium  
 maximum squallore carceris enecasset, abrafo vertice se Bonzium fecerat: postea  
 Parricidia profitens Iaponicarum legum custodia Xacam ipsum velle supergredi, ter  
 in die Idolis sacrificans, ac sexcentos ad eam rem Bonzios in exercitu ducens.  
 Hanc vitæ viam, ac sectam sequens Nobunangæ eo nomine erat infestus: quòd is  
 planè contrariam sequebatur. Figenoiama Monasteria, & Sacomoti Fana euerterat:  
 Bonzijs vbique spoliatis vestigalia eorum transferebat ad milites: irridebat Iaponios  
 Deos, se se ferens Fotoquium viuum multò potiore lapideis: ad quem cum Bon-  
 zius Xinguen literas quoque dedisset, cum hac inscriptione: Summus in stirpe Re-  
 gum Tendaxiorum, ac religiosissimus Xinguen. Ille respondit: Regnator Dæmo-  
 num, Sectarum impugnator Nobunanga. Hos tam diuersis ingenijs committebat  
 inter se Numen verum: vt inter ea certamina lux veritatis emicaret: cæci que mor-  
 tales ab irani superstitione animos ad religionem veram conuerterent: præsertim  
 dum Nobunanga tantus Deorum contemptor, tantum crescit. Igitur Cubosama  
 sciens Nobunangæ Regnis imminere Xinguen; de sua focordia aduersarium prom-  
 ptissimum metiens, nunquam putasset fore, vt ille in Meacum eo rerum articulo  
 veniret: cum repente prægressus celeritate famam, cum exercitu non magno, sed

158  
 Insignis de Ve-  
 neficis victoria  
 à cæco Tobia  
 relata.

159  
 Meacensis Im-  
 perij motus  
 bellici.

160  
Ioannis Naito-  
doni religio.

robusto conspicitur. Summa in Vrbe trepidatio, haud paulò maior ex re, quàm nu-  
per fuerat ex rumore. Ioannes Naitodonus ex Regno Tambæ in auxilium Cubofa-  
me venerat cum quadringentis equitibus, peditibus mille sexcentis, Cruces in infi-  
gibus, I E S V nomen latè emicans in clypeo gestans: inque iurandà fide, se vnum  
venerari Deum Cæli, terræque Procreatorem professus, non nisi christiano ritu iusi-  
iurandum conceperat. Venerat dehinc ad Ecclesiam, acceptoque libello noxarum  
monitore Confessionem peregerat. Is, cum adfuit Nobunanga, in primis curarum  
habuit res Ecclesiasticas, missis, qui asportarent in Tambam. P. Aloysius trepidè  
compositis rebus, partim etiam in horto defossis, quia si direptioni Vrbs tradere-  
tur, in odio Bonziorum, in auaricia, & licentia militari summè periclitabatur; ip-  
so die Ascensùs in Cælum Christi, pauculis Christianis, Cosmo in primis, & Anto-  
nio comitantibus, Vrbe excessit. Quo die Nobunanga ad Meaci progressus mœnia,  
edicto proposito capitali, si quis militum suorum in Urbem irrumperet; octo, qui  
id ausi erant, obruncat. Cubosam cum Ioanne Naitodono, ac militari multitudi-  
ne in Arcem se receperat. Cives in circumiecta oppida, ac Villas, impuberes, fi-  
lios, mulieres, pretiosissima queque rerum summouerant, rati hostem haud dubiè  
ferro, igni, rapina in Urbem defæuturum. Federatorum Cubosam nemo ausus  
in conspectum Nobunangæ venire: tantus in nomine eius Viri terror inerat. Qui,  
quò honestiùs sanitiam exerceret; primùm allegasse homines ad Cubum de pace:  
& cum pertinax allatum esset responsum; illacrimasse dicitur, quòd cogetur as-  
periora tentare: ac protinus in omnem circa agrum, ad ternas, quaternasue leu-  
cas septem cum singulis agminibus Duces dimittit, vt populentur, incendant, perua-  
stent omnia, Villas, Cœnobia, Oppida. Strages maxima, præda immensa fit, cum  
res, pueri, fœminæ, quæ ex Vrbe sumpta dixi, vel igni perirent, vel venirent in

161  
Nonaginta  
Oppida vno  
die comburan-  
tur.

hostium manus: inuento ibi exitu, vbi perfugium quaesierant. Nonaginta numero  
Oppida, quadringentarum, quingentarumque familiarum, præter minora innumera  
vno die igni consumpta: nonnulla calamitatem pretio redemerunt. Hic Ciuitas  
haud dolore magis rerum, carorumque in agro pereuntium percussa, quàm impen-  
dentis in horas sibi tempestatis concussa metu, cepit Nobunangæ animum tentare  
pecuniã. Duæ, veluti Vrbes Meacum conflant: quarum alteri inferior Meacus: al-  
teri superior nomen est: & hæc duplo maior inferiore, nobilitate, & opulente pol-  
let. Vtraque separatim Internuncios mittit, cum sponione pecuniæ. Nobunanga  
superiori Meaco siue, vt iactabat, iratus, quòd edes ab se ibi ceptas disturbauerant,  
siue quòd amplior esset præda; pretio nullo placari potuit. Qua in desperatione qui-  
dam è Ciuibus, vtrò igni subiecto, noctu tertiam tectorum partem absumpsere: po-  
stridie reliquum confecit hostis. Ad septem tectorum millia, & magnificentiæ me-  
morandæ Bonziorum Cœnobia viginti conflagrarunt. Meaco inferiori pretio quo-  
que, vt pauperibus, remisso pepercit: Deo sic permittente, quòd ibi plerique ver-  
sabantur Christianorum, ædesque sacra, & Patrum domicilium stabat. Quod si con-  
tra euenisset, vt in partem hanc, saluã altera, incidisset calamitas; iam Diabolo, ac

162  
P. Aloysius  
Froës cælesti  
tutela seruatur.

Bonzijs paratæ erant calumniæ, quasi ab Iaponicis Dijs immissa, christianiæ religio-  
nis odio, strages foret. Inter hæc Aloysium sic Agro, sic Vrbe infesta, per ingen-  
tiã discrimina, cælestis tutela seruauit. Simul Vrbe exijt, ad Pagum suburbanum Cun-  
gium nomine ducitur ad Benedictum Antonij fratrem: inde in aliam nepotis Anto-  
nij, quæ videbatur tutior, domum transfertur: cum repenti recenti irrumpunt mi-  
lites. Tum Christiani fluctuare, nec satis videre quemadmodum Aloysium conser-  
uarent; alij aliò trahentibus, de eo, non de se se sollicitis; tandem ad Virum inter  
Paganos Principem ducunt: qui, quòd parentem christianum habebat; non illiben-  
ter excepit, oculuitque in pusillo paleario à tergo domus. Hic & à plumbeis glo-  
bulis periclitatus est, dum milites altitia sclopetis omnia interimunt: & multò ma-  
gis à fraude Paganorum, qui, ad conciliandam sibi gratiam militum, indicant adesse  
Christianorum Sacerdotem, ac posse occidi, vel si magis placeat spoliari, ac ma-  
gno vendi. Quam, ad vocem globus militum citato ad eum, qui Patrem absconde-  
rat, accurrunt gradu. Is negare apud se esse, sique sit, citius fufurum sanguinem,  
quàm proditurum: suum enim Patrem christianum esse. Quin cauerent ipsi homi-  
nem

163  
Christiani im-  
pavidus aui-  
mus in tuendo  
P. Aloysio.

nem attingere; quoddam notus Nobunangæ, & in gratiâ esset. Ita in præfens periculum excussum. Vbi nox terris incubuit, Christiani metuentes, quod euenit (Nam mox totus Pagus redactus in cineres est) in Oppidum quadringentis familijs frequens ad celebre Tosi Monasterium transferre constituunt: in quo vnus è Christianis Alexander nomine, tres confobrinus habebat. Inclinatâ iam nocte perueniunt: ingressique arte propinquorum Alexandri; dum fossam Oppido interiectam in humeris sublatus Aloysius traicitur; adsunt mulieres duæ christianæ, monentque seridone Patrem vltra inferant certam in mortem. Indicio Ethnici Cugiani Bonzios de Patris aduentu præmonitos, iussisse occidi, cum primùm adueniret, & domum in quam reciperetur euerit. Itaque cum nec regredi, nec progredi tutum esset, & vector laboraret sub onere; incertus quo se verteret; vnus ex Alexandri propinquis, in se periculo recepto, domum suam audenter adduxit, vbi dies octo delituit: neque id Oppidum euersum in deuastatione est, salute pretio ingenti redemptâ. Inter hæc miseranda species agri, & Vrbs, cum auxilium nusquam affulgeret, Cubosamam ad pacem, & ad obsequium inflexit. Protinusque in Regnum Vomi Nobunanga copias reduxit. Ex itinere florentissima nobilitate, & opibus longissima pace collectis Academia Bonziorum Facusansi nomine, vbi multa cœnobia, ac mille inter se singulis Bonzijos domicilia discretæ, cum omni deliciarum apparatu direpta primùm, tum funditus igni consumpta: vt hæc quidam Ethnicorum cernentes in eam venissent opinionem, Nobunangam christianum esse: non enim alioqui tantum in Bonzijos, ac Deos Patrios odium posse gerere. Aloysius octauo postquam Tosi latebat die, inuentus à Christianis, quos Darius Tacaiamadonus Arcis Tacacucui præfectus ad eum conquirendum dimiserat, ac Meacum statim vt ab tempestate tetra diluxit, reuersus, consolandis Christianis institit magno vtrinque sensu, sua quibusque damna, & Dei erga se pignora memorantibus. Ioannes Naitodonus paulò post in Tambam recessit optimè de Cubosama opera, & consilio meritis, quem etiam migrare Meaco turpiter cogitantem repressit. Tosa Naitodonus, qui domum Ioannis omnem administrabat, die sacro Corpori Christi baptismo expiatus, ac Thomas dictus est. Tum septimo Idus Iunii Guembadonus frater ipsius Ioannis maior baptizatus vnâ cum filio: illi Iuliani, huic Benedicti nomine imposito. Dumque in Tambacopiola Christi augefcent patrocinio Ioannis; opportunè Iulianus apud Cubosamam potens successit, qui Meacensem Ecclesiam tueretur. Respirabat interim Brasilia curâ in primis, & virtute Ignatij Tolosæ: qui superiore anno aduectus è Lusitania Prouincialis, rebuſque in Vrbe Sancti Saluatoris, & in Colonia Pernambucensi compositis; ad visendas austrinas Prouinciæ sedes egressus, quarto idus Ianuarij ad Urbem Sancti Sebastiani aduenit, comites ducens, quorum accessu id domicilium absolutiorem Collegij formam indueret. Diuinæ fuit clementiæ, quòd in manus Anthropophagorum non deuenere. Qui cum ostium fluminis, quòd ad Urbem subitur, cum lintribus quinquaginta obsiderent; ad Nauigij, quod Patres veherebat conspectum, tanquam iniecto diuinitus terrore, subsequi Classem suspicati, relictis impedimentis, lintribus contractis, in fugam præcipitem euanere. Statim Ignatius ad Collegium formandum adiecta curâ, studia virtutis inflammavit, & ad domesticam disciplinam, & ad proximorum commoditates. Ante omnia diuinitissimum Christi corpus perpetuò asseruandum in Templo collocavit, ornatissimâ supplicatione prægressâ. Quod nunc primùm in ea Ciuitate asseruari perpetuò ceptum: & inter Ciues Sodalitatem Sanctissimi Sacramenti instituit. Dumque priuatim Domi repetuntur Exercitia Sancti Ignatij; feruet studium corpus afflicti, & humilia tractandi munia: simul in Templo cepta exuseitari Ciuium pietas, præsertim P. Ludouici Granæ concionibus, eò gratioribus, quòd ab excessu Nobrege Euangelico Oratore caruerant. Ipse Prouincialis catechesim ad pueros habebat, cum grandiorum quoque natu profectu. Blasius Laurentius primò Prorektor, mox Rektor Collegio præpositus est. Schola vnica in præfens instituta prima elementarum discerentium, ex quibus præparati, qui latinam quoque Grammaticam anno insequenti docerentur. Inter cetera Fundum quoque ab Rege Collegio attributum, cuius magnam partem alij, atque alij occuparant, Prouincialis non sine aliquo certamine

164

Mille Bonziorum domicilia igni cõsumpta.

165

Aloysius Meacum reuertitur.

166

Tosa Naitodonus, cuiusque frater Baptismo expiantur.

167

Brasiliæ res.

168

Ignatius Tolosa Prouincialis in Vrbe S. Sebastiani Collegium format.

169

Catechesim ad pueros.

170

Schola instituitur.

171

Fundus ab Rege attribuitur Collegio.



tamine recuperavit. In eo Fundo Pagus erat Brasiliorum, Sancti Laurentij appellatione: quos Patres ab se eruditos in fide curabant. Ex his Neophytis primarius lateris dolore graui correptus, sic vt animam nequireret trahere; egit se in sacram ædem, bacillo innixus: postque peccatorum confessionem, dum se solum credit (audiente Fratre Consaluo Oliueria) ante Altare genibus flexis, clarâ voce hunc in modum orauit. Domine, tu nosti, posteaquam Christianus sum, nunquam me vixisse improbè, nec ad meorum maiorum mores rediisse, meque coniugi fidem seruasse. Omnino tibi, Domine, sanandus sum. Credo enim ita fore; quia tu Pater meus es. Quo dicto ad Lustralis aquæ vas progressus, latus dolens abluit, ac statim liberatus dolore, relicto bacillo, domum valens reuertit: ex eoque tempore beneficij memor, multò studiosius Sacellum, resque frequentauit diuinas. Sed paulò post non leuiter in eo Pago Patres periclitati sunt. Nam cum cœpissent quibusdam potentiorum abstrahere pellices; quidam Europæorum præ compendio mortali, nec conscientiam suam, nec bona, seu mala æterna quicquam pensi habentes; vt eos sibi obnoxios redderent, sollicitare instituunt: quidnam sinerent sibi eripi amicas, & vitæ omnem dulcedinem verbis Patrum? Eis neque sagittas, nec telum esse vllum: vterentur igitur sua libertate securi, & defenderent. Diabolica persuasio ita rudes animos concitauit; vt tutum non fuerit, feruente illo motu, Pagum adire. Quin etiam qui in Collegij edificatione laborabant, abstulere furtim se fuga. Sed tandem, Deo iuuante, patienter, ac molliter tractando, feroces animi ad pristinam modestiam reuocati. Rebus noui Collegij constitutis ad Præfecturam Sancti Vincentij Tolosa progreditur. Ibi reperit P. Iosephum Ancietam, quem destinauerat Collegio Sancti Sebastiani Rectorem, meritò apud omnes in opinione sanctitatis, eoque auctoritatis maximæ. Itaque tum propter felicem ibi rerum administrationem, tum quia vt in valetudine claudicante, eam regionem maximè salubrem experiebatur; abstinuit loco mouere. Diuisâ autem Prouincia in partes duas, ceteras sedes Collegijs subiecit. Collegio Fluminis Ianuarij sedem Sancti Vincentij, Piratiningæ, & Spiritus Sancti: Collegio Sancti Saluatoris Illæos, Portum securum, Pernambucum. Piratiningæ quoque iussit perpetuò asseruari Sacrosanctum Christi corpus: vbi valde delectatus est populi pietate. Nam cum Parochum nullum haberent, nisi duos de Societate Sacerdotes cum Laico; sic erant instituti cognitione rerum fidei, & moribus; vt Religiosorum familia Pagus omnis videretur. Non hic diu moratus, quia festinabat ad Urbem Sancti Saluatoris regredi Congregationem Prouincialem habiturus, Procuratori Prouinciæ, qui Romam mitteretur, legendo: quam ob causam, vt nunquam nauigij inopiâ retardaretur; nauigio coëmpto utebatur. Salutatis in reditu Socijs Fluminis Ianuarij, Nono Kalendas Maias Sancti Spiritus Portum ingreditur, quartoque post die repetit cursum. Eo die sub vesperam oborta tempestas dum magis, ac magis inhorrescit, adultaque iam nocte Nauta per tenebras non agnoscunt loca, sed existimant se vento, qui incumbat à puppi, per altum agi compelluntur ad littus. Nauigio vadis infixio, desequente mari, ac procellâ, Nautarum quidam ausi natatu tentare, & explorare loca, fecere animum alijs ad fortunam eandem experiendam. Actum de se se Patres rati consuetis animos munimentis curarunt. Aderant Sacerdotes Ludouicus Grana, Antonius Rocca, Vincentius Rodericius, Ferdinandus Ludouicus: duoque non Sacerdotes Ioannes Sofa, & Benedictus Lima. Monebat Ignatium Nauclerus, vt positis vestibus maturaret desilire in mare, dato negotio Nautis aliquot, qui illi præsto essent. At ille peritum se nandi negans, perseuerabat genu flexo in puppi, auxilium implorans diuinum. Cum ecce tibi vasto abreptus fluctu, qui totum nauigium cooperuit, in mare prouoluitur. Rem conspicati Antonius Rocca, & Ioannes Sofa nonnihil nandi periti, & ipsi opem Patri laturo se se deiciunt. Locus erat maximè periculosus, omnibus infra ipsum lapsis nauigium. Sed Deo opportunè suam porrigente dexteram, Prouincialis, vbi aliquandiu fuit in profundo, & aquæ aliquantum hausit, iterum abreptus ab vnda eiectus in littus est, planè incolumis, vt erat vestitus, cumque Rosario in manu, & reliquiaria theca ab collo pendente. Plus periclitati, qui periculum eius propulsaturi desilierant. Tandem, cum aqua non esset alta, omnes cum vectoribus numero

172

Lustralis aquæ  
contactu eger  
sanatur.

173

In Pago S. Lau-  
rentij pericli-  
tantur Patres.

174

Piratiningani  
Populi pietas.

175

P. Tolosa Pro-  
uincialis ab vr-  
dis ereptus in-  
columis ad lit-  
tus eiecitur.

numero quinque & triginta, imperus fluctuum eluctari, in littus euaserunt. Vnicus restabat in Nauigio Aloysius Grana: quem nonnihil cunctatum, continuò vndarum illis interiora Nautis disiecta interclusere. Tabulata soluta, ac disultantia, capsaque, & lignum Brasiliicum, quo erat oneratum Nauigium, non solum moueri loco prohibebant; sed grauius tundebant, ac vulnerabant, nec ferri auxilium poterat. Tum Prouincialis tam presentem sibi diuinam expertus clementiam, abiectis in littore genibus, precatur caelestem Patrem, vt velit sibi, in Beatæ Virginis gratiam, vitam illius sui famuli condonare. Et ecce Nauigij alueus, qui solus iam supererat, disilit duas in partes, & Aloysius in vado relinquitur. Eâ re sumpto animo, vt in supremâ necessitate conuictus, vbi paululum promouit; tandem auxilio Nautarum ipse quoque euasit. Ita rerum duntaxat damnum est factum. Transectâ in littore tota nocte, plerique nudis, alijs malè tectis, & vuidis; cum diluxit, vbi locorum essent circumspicientes; noua deprehendunt Dei cum misericordia irascentis argumenta. Si paululum ante naufragium progrediebantur; in fluuium dulcem incidebant, qui tanto cum impetu in mare effunditur, vt ex eo nonem ab ostio millibus passuum aquam in mari dulcem nauigantes hauriant. Ergo illuc vsque progressis, haud dubiè inter vortices, & colluctantes maris, ac fluminis gurgites omnibus fuerat pereundum. Si naufragium paulò citius faciebant, loca erant vadosa, cœcisque saxis, & cauitibus ita obsepta, & ita procul ab littore; vt nulla relinqueretur salutis spes. Patres, ac ceteri naufragi ad Oppidum Sancti Spiritus, vnde sexdecim leucis aberant, grauissimè cum fame, sitique, & viarum asperitate conuicti redire: salutata prius, vt in discrimine promiserant, ad Beatæ Virginis, quam vocant à Rupe: sita enim est præcella in rupe secundùm mare latè conspicua, magnumque solamen præter nauigantibus, à quibus religiosè aditur ad exoluenda vota. Fertur edificasse eam Religiosus è Franciscanâ Familia Petrus nomine, rudis literarum, nec Sacerdos: qui Moderatorum suorum permissu in Brasiliam animas Deo lucrandi studio transgressus; in nostrorum Patrum comitatu Pagos Brasiliorum circa Urbem Sancti Saluatoris aliquandiu iuuit. Deinde ad Præfecturam profectus Sancti Spiritus, in Pago, qui dicitur Villa vetus, pietate accolarum iuuante, ædem quam dixi, extruxit, additâ domuncula in Sancti Francisci honorem, in quâ cum sanctitatis argumentis decessit, semper Sacerdotum Societatis opera in Sacramentis suscipiendis, & tota sua vita temperanda obedienter vsus: cum ea tempestate nulli præterea essent in Brasilia Franciscani. Hic ergo Patres Sacrosanctâ Eucharistia Deo rite oblata, ac prope omnibus impertita vectoribus, magnis à domesticis, & vniuersa Colonia Sancti Spiritus excipiuntur officijs. Cuncti initio ex erumnis tentati morbis: mox recreati, coactique quinque menses subsistere Nauigij inopiâ, intellexere quid in ea calamitate indulgentissimus Deus spectasset, Nam cum primò ad pias meditationes menstruo alij spatio, alij quod ferebat valetudo, secessissent; nunquam dies sibi affulsi meliores postea referebant. Deinde conuersâ opera ad iuuandos proximos, vt ipsi calebant, & ad manum diuinam se aptius accommodarant; magno & conatu, & successu tum Lusitanos, tum Brasilios, & mancipia Æthiopica excoluere, Lusitanorum quamplurimi vitam Confessione generali retractatam ita mutant; vt benè exemptâ naufragio tanta conuersio videretur. Inter cetera, quod ante persuaderi nequibant, adducti, vt mancipiorum, quæ habebant planè neglecta, sinebantque vel sine baptismo, vel post baptismum in pellicatu degere, curam Christianis Dominis necessariam susceperent. Ita vel abstractis, vel rite copulatis concubinis, flagitiorum immensa seges remota: & multi post catechesim caelestis aquæ iniectione facti Christi liberti. Ad hæc cum vetus perangustum, ac ruinosum esset Templum, edificatum est nouum admodum capax, & firmum, lapideis fundamentis, parietibus, ob fabricam lapidarium inopiam, terreis, sed ligno ita dicto solidatis, vt ex lapide, cæmentoque confectis non multum cederent. Sancti Iacobi insignitum est nomine. Arcta erat in populo annona, ac prope fames: & tamen è collata vltro stipe, non tantum ad edificij expensam, duodecimque è Societate alendos, ac præterea operas ferme quinquaginta; sed etiam ad multorum pauperum leuandam inopiam facultas præstò fuit. Quam Dei, populique benignitatem in alijs quoque

176

Aloysius Grana  
B. Virginis ope  
ex vadis euadit.

177

Petrus è Franciscana Familia ædem B. Virginis à Rupe edificauit.

178

Hon. rudis in fide multos erudit.

179

Tolosa cum Socijs Lusitanos, & Brasilios excolit.

180

Templum edificat, dicatque S. Iacobo.

181  
Dei providen-  
tia in rerum  
Penuria

182  
Nouus Brasiliae  
Praefectus liter-  
tario apparatus  
excipitur.

183  
Petri Leytonis  
Episcopi victu-  
tes, & obitus.

184  
Sanctissima  
Eucharistia ho-  
minum mores  
immutat.

185  
Misericordiae  
Sodalitas ad  
humandos mor-  
tuos institui-  
tur.

186  
Vir ferox accen-  
sus in Sacrifi-  
cio candelam  
sustinens im-  
mutatur.

quoque sedibus eodem tempore Patres experti sunt. Nam cum statuisset Prouincialis, ut vbiq; , praeterquam in Collegijs, emendicato visitarent; ostendit Deus quam ipse melior sit oeconomicus, quam mortales: cum quos ante magnis curis ex agro maligne legebant fructus, affluenter, ac sine cura ex piorum liberalitate ipse domum mitteret. Inter haec ad Urbem Sancti Saluatoris nouus Brasiliae Praefectus Ludovicus Britius e Lusitania appulit: quem apparatu magno, elegantique dramate, ac cetero Musarum ornatu Collegium excepit. Ille autem primo quoque tempore in colloquium venire cum Prouinciali cupiens, ratus quod erat, eum Nauigij inopiã intercludi, ad conquirendum mittit, ac deducendum: & id Numinis haud obscuro impulsu. Nam cum Pater inclinato tandem Septembri vela fecisset, dieque Sancto Michaëli sacro, ter caecis faxis Nauigio illiso sic, ut videretur diuinitus ab exitio defensum, praesertim cum vetustate laboraret, nec crederetur vlllo modo illisus nouos toleraturum, & tamen multum vadosi freti superesset; in tempore missos à Praetore cum leuiore Nauigio obuios habuit, in quod transgressus ad portum securum applicuit. Est in eo tractu aedes Beatissimae Mariae Adiutricis, prima ibi Sociorum sedes, nobilis fonte diuinitus concessa, & salubritate aquae, propter quam aditur e longinquo, veleadem asportatur. Hic Prouincialis iussit domum aedificari, eoque singulis Sabbatis Sacerdotem ad solatium accolarum, tametsi pauci sunt, sacrificatum accedere. Nocte proxima in priore Nauigio relictis homines, dum recta ad Sancti Saluatoris pertendunt, grauius à tempestate periclitabantur: & plerique animum desponderant, cum vir inter eos primarius ad bonam spem omnes erexit, clamitans: Confidite Socij, ac bene sperate: Patres pro nobis Beatam Virginem Adiutricem precantur. Et ita profecto erat: nam ad strepitum procellae Prouincialis, eorum recordatus, magno studio clementissimae Reginae institit commendare: nec ij postea dubitabant salutem suam precibus Patrum acceptam referre. Sospes tandem etiam Prouincialis septimo Idus Septembris ad Urbem venit, latus noui Praetoris aduentu, sed multo magis merens Episcopi Petri Leytonis desiderio: quem paucis ante diebus vita perfunctum reperit: erat enim plane, qualem Brasilia requirebat, Pastor laboriosus, vigil, amans sui gregis, ad pacendum indulgens, ad defendendum fortis. Torum Brasiliae tractum à Pernambuco Piratingam vsque, amplius quadringentorum leucarum spatio, per aestus, pluuiasque inuisit, comitantibus semper aliquot de Societate: quam benigne vbiq; adiuuans, cunctis in rebus adiutricem volebat. Patri Quirito de erratis confitebatur, quamdiu agebat in Vrbe: idque pietatis, & exempli causa publice faciebat in Templo. Cuncta vita generali confessione repurgata, summaque cum religione lacrimis totus madens, diuinissimo Sacramento munitus, non ut optabat in Collegio, sed in suis aedibus, Sociorum tamen coronam precibus iuuante, tanquam seruus fidelis, ac bonus in Domini sui gloriam intrauit, bibliotheca sua Collegio, supremo paterni animi monumento legata. Populus non secus ac Parenti communi lacrimas dedit. Ex multis, quos olim constarant Patres Brasiliorum Pagos, quatuor circa Bayam supererant hac tempestate Sancti Spiritus, Sancti Iacobi, Sancti Ioannis, & Sancti Antonij. In his hoc anno ad pietatem gentis promouendam duo momenti summi inducta, Primum Sacrosancta Eucharistia cepta idoneis praebere. Spectabatur autem idonea preparatio non solum ex mysterij captu, & cognitione; sed etiam ex vitae genere. Non facile explicatu est quantopere diuinus ille cibis mores hominum immutavit: ut sane iam Angelice vite elucerent vestigia in ijs, qui pane Angelorum vescabantur: & sancta aemulatio coorta, dum certat pro se quisque, quam se maxime idoneum reddere. Ita pietas multis modis angebatur, dum hi ad tanti mysterij susceptionem se comparant; illi iam suscepto praestare se dignos conantur. Deinde instituta Sodalitas misericordiae praecipue est ad mortuos humandos, eorumque animas precibus adiuuandas. Hisque Sodalibus id datum quoque honoris, ut accensos sustinerent cereos, dum corpus Domini in Sacrificio eleuatur. Fuitque vir ante ferox, & iniquus, qui totus in virum alterum conuersus est ex eo, quod iam, ut ipse aiebat, candelam Dei soleret manibus sustinere. Impetrarunt alicubi boni Neophyti, ut singulis mensibus Sanctorum nomina ipsis quoque di-

tribue-

stribuerentur: polliciti eo die se diuina mysteria usurpaturos. Iucundumque erat accedentes ad capiendam schedulam spectare, quàm pie prouoluti in genua aliquantum precarentur. Verùm, quia Sacrosanctam Communionem vulgari non oportebat; eius loco, vel ieiunium, vel flagellatio, vel quid simile concessum in diem Patroni. Omnino Azebedij, & Sociorum precibus tribuebatur, vt quibus in regione humanis corporibus epula in delitijs erant; tam floreret pietas, tantoque celestis gustu dulcedinis diuina mensa frequentaretur. Sancti Antonij accolis etiam christiane pietatis exercenda materiam nobile naufragium attulit. Procurabat eum Pagum P. Gaspar Laurentius, vir pusillus corpore, sed animo, & virtute par maximis: qui Iulio Mense cum ad Pagum Sancti Ioannis transisset celebri baptismo multorum Brasiliorum interfuturus; en trepidus nuncijs, Nauem Lusitanam immanis molis, ex ijs, quæ per Oceani vastitatem ad Indiam aguntur, ad Sancti Antonij litus fractam, cum rerum, & hominum summo damno. Quod seruis navigationem instituerat, tempestate compulsa ad Brasiliam oram, supra Urbem Sancti Saluatoris ad triginta passuum millia, post tres amissas ancoras, latentis sub vndis scopulo illisa perierat, è victoribus quadringentis, paulò plus centum viginti elapsis. Ad calamitatis nuncium Gaspar, & frater Stephanus Ferdinandus, quamquam præcipiti in occasum die, iter raptim corripiunt. Tetra nocte incertam, asperam, & salebrosam viam, incitante, ac duce caritate emensi; aliquot tranatis lacunis, curibus ad vepreta laceratis, hora vna antequam Cælum exalbelceret, ad litus funestum venere. Luce subinde orta miserandum spectaculum aperitur: constrata arena cadaueribus: hæc tumida haustu aquarum, illa cauitibus lacerata, alia lignis ac tabulis Oneraria oppressa, & quedam eiusdem clauis transfixa: inter quæ non pauci pueri cernebantur, & adolescentes. Non minùs miseranda erat superstitem species, nudi, frigore confecti, tristitia, & desperatione obruti, aliqui etiam sæuis vulneribus faucij iacebant, omnes mortuis, quàm spirantibus propiores. Ergo, quod res postulabat, Gaspar, & Stephanus represso dolore, & cohibitis lacrimis, iniecta humo raptim defunctis; superstites in Pagum deducunt, faucios Brasilijs gestantibus: certatumque in Pago Antoniani digna primo feruore caritate adesse omni officio miseris, pedes calida abluerè, cibos proferre & quicquid è sua paupertate suppetebat. Indè naufragi ad Urbem deducti. Qui si quos in itinere intuebantur de Societate; ruebant vltro in amplexus, cum lacrimis beatos se prædicantes, quod eo loco naufragium fecissent, vbi eorum inuenissent solamen: ac Regem Lusitanum multò plus huic Ordini debere prædicantes, quàm in Lusitania notum esset. Quæ in Vrbe confirmata, & aucta est admiratio, dum Collegij Patres, Fratresque, siue in curandis in Noscomio fancijs, siue in leuandis ceterorum calamitatibus, vestim conquisito, cibatuque, & recuperandis naufragij reliquijs constanter insudant. Non abhorret ab hac narratione, quæ extremo anno fratres duo Emmanuel Castrius, & Pantaleon Consaluis obedientiæ causa, & religionis tulere. Pernambuco missi diebus quadraginta cum aduersis luctati ventis, cum soleat quinque dierum navigatio esse, eo redacti inopia sunt; vt aque, & quidem ita vitata, vt necessitas modò tolerabilem faceret, vix tantum singulis in diem diuideretur ad potum; quantum oui gallinacæ crusta caperet. Cibos marina preparabant: sed & hi tandem consumpti coegerunt descendere. Quadraginta leucis procul à Pernambuco in litus egressi adigente fame, cum quicquid se offerebat vorarent, agrèstium quorundam fructuum fabis similibus esu perniciabili grauissimè vexati, ac prope extincti sunt. Dum deinde terrestri pergunt itinere, ad sexaginta traiecere flumina, & multa natatu, sarcinula ceruicibus imposita, cum in traiectu & Cocodrillo prope se cernerent, & pisces, quos Lusitani Tubarones vocant, ita feros, vt vnico morfu coxam homini, aut tibiam auferant. Non minùs à Pantheris, Tygribusque periclitati, & à fera Barbarorum ingluvie: cuius passim cernebant vestigia, solo ossibus, & caluarijs sparsò eorum, quos Barbari deuorant. Cum per cæstus immanes iter facerent, & tam crebrò siue tranandis fluminibus, siue rore matutino madescerent; non solum pars inferior pe-

Hist. Soc. Iesu Tom. 4.

E

dum,

187

Neophytis singulis mensibus Sanctorum nomina distribuuntur.

188

Azebedij precibus instituitur. Neophytorum pietas.

189

P. Gasparis Laurentij, & Stephani Ferdinandij labores & præsidium in naufragos.

190

Emmanuel Castrius, & Pantaleon Consaluis Religionis & obedientiæ causa extrema sustinent.

dum, sed etiam superior vnica erat plaga. Quin & ab umbilico ad verticem, deformem, & acerbum in modum vstulatis membris, exciderat cutis. Hæ sunt verè viuentes Hostiæ per obedientiam, & studium diuinæ laudis, & proximorum salutis matata. Interim famulis Christi ita per ipsum abundabat cælestis consolatio, vt possent comitibus, qui ad tres & triginta simul ibant, solatio esse. Quorum non pauci se se desperantes exanimati substitissent in via, nisi ipsi alloquio, & opera sustentassent. In Regnis Philippo Regi nouo in Orbe subiectis Societas duas hac tempestate inchoatas habebat Prouincias: alteram in Peruuia, quæ adultior anno millesimo quingentesimo sexagesimodécimo cæpta: alteram in Hispania noua cæptam superiore anno: nec dum nisi Mexici, quæ prima Regni Ciuitas est, ac Regno nomen dedit, certo domicilio constitutam. Supererant è Socijs in Floridam missis, quæ fuit prima nouum in Orbem, præter Brasiliam, Societatis expeditio anno millesimo quingentesimo sexagesimosexto suscepta, bini Patres, Fratresque, quos, cognita Floridæ desperata spe, Petrus Sancius Prouincialis Mexicanus, tantisper iussit Habanæ subsistere, dum Regis, Patrisque Generalis voluntas exploraretur. Degebant Mexici in ædibus ab opulento viro, pioque Alphonso Villafecca donatis: prope quam cum sacram ædem ex tempore ædificassent; in eam octauo die Paschæ ceremonia maxima, ac supplicatione, qua solet die suo solenni, diuinissimum Sacramentum ab Templo principe illatum est. Porrò dum Prouincialis, quid maximè pro rerum statu promouere, pietatem posset, circumspicit; nihil reperit magis necessarium, quàm idoneos Ecclesiæ ministros, ac bonam educationem iuniorum. Iam enim cunctus indigenarum populus baptismum suscepit: Sed primis Magistris morte absumptis, paulatimque sequentium laxatis moribus, apparebat horum incuria, & interdum non rectis exemplis, pietatem non altas in gente radices immittere: potiùs partem magnam non nisi externam Christiani professionem habere. Nec verò deerat ijs indoles, aut voluntas, si rectè instituerentur, ad virtutem. Ad hæc Hispana iuuentus nullo cultu educata primam naturæ facilitatem ad virtutis disciplinam à Deo concessam, vitij imbuebat. Ergo vtrique huic incommodo eadem opera posse obuiam iri Sancius intelligens, rectè formanda literis, ac moribus tenera ætate, de Scholasticorum Collegijs Complutensium, ac Salmanticensium instar excitandis pro concione disferuit; ratione proposita, qua certa collata pecunia ad perpetuum parandum vetigal, qui aut liberos, aut cognatos, aut quosuis ex pietate vellent alere, ius perpetuum ad heredes transiturum Patroni acquirerent. Volentibus excepta animis cohortatio. Inchoatur Collegium Apostolorum Petri, & Pauli nomine, apposito Rectore prudenti, ac pio: & additi aliquot Collegis conuictores: & alia subinde Collegia eiusdem Sancij hortatu, & magno labore conuicta: quod primum ornamentum, & adiumentum ab Societate Ciuitas, & vniuersitas Mexicana accepere. Cum verò tantum inter Hispanos celebraretur Societatis nomen, eorumque tanta esset ad Patrum domicilium, Templumque frequentia; Mexicani indigenæ vltro se se obtulere: quasi exoptulantes, quod ipsi operæ suæ nihil impertirent. Quibus Sancius cum per Interpretem respondisset id fieri, quod non dum quispiam Sociorum linguam eorum maternam nosset: illique nullo verbo addito, sed tamen non contenti abiissent; Deus ad eos quoque consolandos, iuandosque opportunè Socios misit. Aggregati ad Societatem nouem sunt, in quibus nonnulli lingue gentis periti, vnus in primis Sacerdos iam notus Mexicanis, ac venerandus. Quo auxilio, post breuem Tyrocini secessum, visum est Prouinciali nouellæ eius Vineæ culturam aggredi. Primo igitur sacri Aduentus die, cum pro concione Sacerdos Nouitius denunciasset, vt vesperi supplicationi per vias Vrbs ducendæ interessent; vbi tempestiuum fuit, Crucem præferente ipso Prouinciali; quibusdam è Nouitijs Mexicana lingua catechismum canentibus, aggregati sunt ad quinque millia Neophytorum. Itum est ad eorum Parœciam, & appropinquantibus Parochus obuiam processit cum sua multitudine prælato Crucifixo, Pater Nouitius verba iterum fecit in Parœcia, pro plausu vberem audientium stertum reportans. Indè ad Collegium per plateam maiorem cum agmine vniuerso reditum: statutumque, vt in posterum

191  
Peruuia, Noua  
que Hispania  
res.

192  
Mexicana ex-  
peditio. I

193  
Collegium  
Apostolorum  
Petri, & Pauli  
inchoatur.

194  
Supplicationes  
& Conciones  
vberi cum fru-  
ctu multi-  
tuuntur.

posteriorum ad Patrum Domicilium conuenirent Dominicis diebus erudiendi, ut saltem ea ratione duobus vicis præcipuis Indigenarum, qui Mexici sunt, pro virili consuleretur. Ea res inde perpetuo continuata, ac per hebdomadam paruuli catechismum doceri cepti, assuetique inter se interrogantunculis concertare sanè maxime nota spe maximi commodi. Illud maximam faciebat spem, quòd insigni quadam, ac notabili propensione amabant Societatem, eique se totos formandos, docendosque præbebant: quod non ex nouitate modò, ac fama secunda, sed inde reor maxime ortum, quòd cum humili admodum ingenio, ac seruli sint, nec solum, vti ea postulat indoles, sed etiam sæpè duriùs tractarentur, vbi Patrum benignitatem, ac mansuetudinem degustabant; ad eos tanquam pueri in Matris sinum confugiebant. Cæpit hoc anno Societas breues per excursionones latè per Prouinciam conficere. Nam in Mechuacanam Prouinciam per occasionem suscipiendi sacros Ordines aliquot profecti; alij in nouam Galliciam, alij ad Iasquenses argenti fodinas, Missionum Societatis specimen præclarum dedere. In Peruuia duo erant Collegia, Lima vnum, alterum Cusqui, quæ sunt principes Regni totius Vrbes. In Vrbe Pacis, vbi Collegium Ioannes Ribius meditabatur, cum duobus socijs, tanquam in statione, agebat P. Ioannes Zuniga, singulari profectu, præcipuè continendis in pace, ac Regis obsequio Ciuibus. Quæ dum maximè vrget, Satan moram, vnde minùs consentaneum erat, obiecit. Præcesserat quædam seditio: cuius in auctores, & conscios dum Proregis iussu acris exercetur quæstio; inuentus est, vt non rarò euenit, iniquus delator, qui quoscunquè libitum esset, in discrimen summum vocaret. Quem cum Pater pro caritate Christianâ monuisset, vt conscientia suæ, innoxiorumque vitæ rationem haberet; neue creare animæ suæ multò perniciosius, quàm aliorum rebus, & capitibus exitium velleret; homo perditus ipsum Patrem arripuit, detulitque, tanquam conatum prohibere quæstiones, & noxios tegere. Prorex Cuiusquam tum versabatur: auditâ calumnia, vt nimis importuno versabatur in crimine; iubet Patrem comprehendere, cumque fida custodia primo quoque tempore in Hispaniam asportari. Quam sententiam tametsi, rebus breuè illustratis, recusauit; tamen exire illa è Prouincia Zunigam iussit: qui cum singularem modestiam, & humilitatem tota in ea re præfeturisset; Cusquam secessit. Subinde Cusquam venit Iosephus Acofta Portuicæ Prouincialis loco id Collegium inspecturus. Ea prima fuit inspectio. Inuenit apud Hispanos, & Indigenas laborantes vtiliter Barzanam in primis, qui communem linguam ita cælebat; vt alter in eo idiomate Demosthenes haberetur. Scripseratque magno labore opus Hispanoperuicum, non adiuuandos modò populos, sed etiam Pastores complexus: Catechismi vniuersi expositionem in sermones, seu homilias digestam. Domestica non nihil disciplina claudicabat. Nam Iacobus Lopius, qui præerat, alijs fortasse plus equo rebus intentus; ad continendam in officio rem minor erat. Eius loco Zunigam Acofta præfecit: domique ac foris studia pietatis hortatibus, & exemplis incendit. Non sacris modò diebus in Templo, sed etiam die Iouis in foro verba faciebat ad concionem frequentissimam, approbationem conuersione morum prodente. Multi etiam commoti ad Societatem capeffendam: ex quibus cum septem legisset, experientia affirmavit, quod iam ante quoque cæperat apparere: natis in ea regione, bonis in incæptis deesse constantiam; quatuor eorum spatio semestri dilapsis. Rebus Collegij compositis, secum Aloysium Lopium ducens, & Consaluum Ruitium Peruuicè doctum, Arequipam septuaginta circiter ab Cusquo leuicis discessit. Ea est colonia non magna: sed loco sita peramano, ac salubri, non procul à mari, ad montis radices, tantum tremoribus terræ interdum obnoxia. Fæcundus est ager, vitibus abundans, & arboribus pomiferis, lætissimisque prospectibus patens. Inuenit magnam de Societate expectationem, quæ fuit ad benè gerendam rem preparatio vtilis. Continuò solennia Missionum munia aggrediuntur. Acofta ter, quaterque per hebdomadam in Templis ac foro verba facere: tertio quoque die post Sacrum in Xenodochij Templo, vbi diuersabantur, Christianæ doctrinæ capita explicare. Consaluum Peruuos edocere, singulis Dominicis in primaria Æde: inuare Lopium vtrumque, & Ioannes Cafafola ab Vrbe Pacis accitus. Pulchrum erat cernere agmina Peruuorum,

195  
Catechismi  
exercitationes.

196  
Variæ per Prouinciam  
excursionones.

197  
P. Ioanni Zuniga  
falsò imposita.

198  
P. Barzanæ vtilis  
labores.

199  
P. Ioannes Zuniga in Templo, & in foro ad Concionem frequentissimam verba facit.

200  
Mexicani in bonis incæptis, inconstantes.

201  
Missio Arequipana.

202 Animarum fructus.

robortum, mancipiorum, Æthiopum, ac puerorum, qui per Urbem ad Xenodochium canentes fidei summam deducebantur. Itaque facile cuncta commota est Civitas, ac restituta, præsertim confessionibus, quas plerique opulentiorum Civium ab multis retro annis replicaverunt. Ex his vehementi oborta Collegij habendi cupiditate, præconscienda Urbis Præfectus, Patre prorsus ignaro, hanc viam iniit. Insuper post eius concionem fores Templi occludi. Tum ipse, ac Primores, que visum est, præfari, hortari uniuersam multitudinem cœpere, vt ad Domicilium Arequipæ Societati ponendum pro se quisque conferret: eoque die, ac proximo ad septendecim castellanorum nummum confecta: cuius summæ oblationem, cum Senatus literis Provinciali misere, vehementer instantes, vt Domus quamprimum statueretur. Extremo hæc anno gesta. Ex quo in nouum transgressi annum, sermonem Romam ad Societatis caput referamus.

203 Collegij fundatio.

207

208

209

210

211

212



HISTO-

# HISTORIÆ SOCIETATIS IESV PARTIS QVARTÆ

Liber Secundus.

Soc. 35.

A.D. 1574.



**P**ROSPERE Euerardus in omnes vigilans commissa sibi familiae partes, recognoscendisque singulorum officiorum; ac ministeriorum regulis interim elaborans; in illud præcipue dabat operam, ut regiminis formam ubique simplicem, atque suauem statueret. Romanæ Prouinciæ Ioannem Nicolaum de Notarijs Collegij Perusini Rectorem præfecit: & quia quantum momenti in recta Collegij Romani institutione; pro Alumnorum numero, ac ceterorum exemplo Collegiorum foret; intelligebat; quadraginta dierum spatium in eius cognoscendo, componendoque statu posuit. Quo tempore cum singulos humaniter, ac patienter audisset; priuatimque ad virtutem perfectam, ac nominatim ad caritatem fraternam incitasset; ad extremum discessurus vniuersos publice inflammavit. Gratulatus initio quod multa in eo interiore cum Socijs vsu præclara reperisset; quinque capitibus, quæ ad incedendum rectè per Institutum Societatis viam necessaria duceret, explicauit, allegoria à re bellica ducta. Nam, cogitate, inquit, eximium virtute, ac robore exercitum, qui ad excellentem expeditionem, nempe ad afferendam in libertatem præfam tyrannide, iustoque reddendam Domino nobilem Prouinciæ ducatur. His egregijs bellatoribus, si fortè grandæuus vir, idemque perbeneuolus; ac militiae non imperitus obuius fieret; in hanc opinor sententiam eos alloqueretur: Quam suscepistis, expeditio, digna est vestra virtute, Milites: quam ingredimini viam, comoda, & plana est. Sed quia in itinere longo euenire multa possunt; accipite monita, quæ vobis vsui in tempore sint. Ante omnia vnicuique vestrum necesse est deliberatum sit, ac fixum persequi, atque exequi cepta. Qui non ita obfirmato antepectore hanc viam capessit; is non durabit inter ærumnas: & leuia quoque omnia intoleranda ducet. Deinde necesse est constituatis vestra omnia, rem, vires, vitam, & quicquid opus poscet, huc impendere. Sic decet Viros tantæ generositatis. Itaque si ad hæc quispiam, cum domo proficisceretur, minus animum confirmarat; nunc planè hoc loco confirmet. Sed necesse præterea est, illud serid in animum inducat, nunc, ac ductum vestri imperatoris cura intenta sequi. Indè vestræ spes victoriæ pendet. Nam, quæ Ducis ad nutum multitudo non paret; non exercitus, sed turba est. Contumax miles non refert ex victoria palmam, sed vitam relinquit in pugna. Ac nostis capitalem contumaciam esse. Quod sanè merito fit: nam obsequium tanti est, quanti victoriæ, & vita: quia ubi obsequium labat; neque victoriæ acquiritur, nec vita seruatur. Non igitur solum iussis contraria committere non debetis; sed insuper cauere, ne iussa prætermittatis. Ut autem ad vestri Ducis imperium, ac nutum prompti, expeditique sitis; impedimenta, & sarcinas necesse est deponatis: quo vestris duntaxat fortibus armis, & pectorum ac propositi firmitudine instructi; cetera, contubernium, commeatus, stipendia Ducis arbitrio permittatis. Postremò illud iterum, atque iterum monendi estis, ut coniuncti, consentientesque non modò cum Duce, sed etiam inter vos sitis. Nihil conspiratione hac vtilius, quæ infirma fortibus, vnum catui equat vniuerso: cum vnusquisque omnium viribus, tanquam suis, vtens, suas ea re in immensum multiplicet. Hunc reor in modum milites ille senex alloqueretur. Sed credite, Fratres, hæc quinque monita: Propositum certum ad extremum vsque perseverandi: Voluntatem

P. Io. Nicolaus de Notarijs Prouinciæ Romanæ præfecitur.

2 Euerardi cura in recta Romani Collegij institutione.

3 Euerardi adhortatio.



4  
Quinque salu-  
taria monita.

5  
De obedientia  
sententia.

6  
Concordiæ ex-  
emplum.

7  
Iō. Baptista Ar-  
chintus can-  
denti ferro le-  
su, & Mariæ  
nomina sibi in  
pectore inurit.

8  
Sebastiani Ro-  
mæ virtutes.

9  
Nobiles è So-  
dalitate B. Vir-  
ginis adoles-  
centes rudes  
catechesim e-  
docent.

10  
Cardinalem  
Alciatum Aca-  
demici Patro-  
num asciscunt.

11  
Is, & Cardina-  
lis Paleottus  
magnifico ap-  
paratu ab Aca-  
demiciis exci-  
piuntur.

tatem deliberatam ardua, quæ se cunque obijciant, pervincendi, eamque in rem se, suaque cuncta impendendi: Obedientiam insignem: perfectam abiectionem exter-  
narum, internarumque sarcinarum: Confessionem denique inter vos, atque con-  
cordiam, multò magis necessaria vobis in hac spirituali, atque cælesti, quam in ter-  
renâ, mortaliq; militia esse. Hinc singula per se capita enucleatius pertractare  
exorsus; cum obedientiæ necessitatem exponeret; vocationis Religiosæ gratiam bi-  
partitam sibi dixit videri: & alteram quidem partem, id est lumen ad vitæ religiosæ  
genus cognoscendum, ac deligendum impertire Deum statim homini, quem vocat:  
alteram partem reservare, ac deinde per Moderatores, vt sese offert vitæ vsus quo-  
tidianæ, conferre. De concordia verò extrema oratione agens, cum in primis So-  
cietatis, sanctisque Parentibus inenarrabilem viguisse dixisset; addit in præcipua Vr-  
be Germaniæ, in qua vehementer Societas vexabatur; adversarios, concordia So-  
ciorum animaduersa, animum despondisse: atque publicum Doctorem palam pro-  
fessum, præ tanta coniunctione animorum huic hominum generi obfisti non posse,  
Hicse monitis edoctos, inflammatosque cunctos relinquens, ac Ludovico Massel-  
lio, quem ex Lauretani Collegij administratione acciuit, Rectore imposito, recessit.  
Duorum ubi, alterius prope tyronis, alterius planè emeriti memoranda oblige-  
re funera. Ioannes Baptista Archintus Mediolanensis genere, quatuor & viginti an-  
norum iuuenis, obedientia in primis, odio sui, orandi vsu quadriennium in Societa-  
te, raro omnibus exemplo, ac potius miraculo vixerat: qui etiam in sæculo degens,  
Sanctissima IESV, & MARIÆ nomina, quo se mancipium eorum stigmaticum pro-  
fiteretur, & assidue cogitaret, sibi in pectore candenti ferro inusserat: ea sine vlla  
intermissione iterans diuina nomina, & quâdam diuini amoris ardentissima collique-  
scens flamma, ad amplissimum, vt omnes augurabantur, Cælestis gloriæ fastigium  
in Natalis Deiparæ peruiugio euolauit. Subinde tertio Idus Octobris Sebastianus  
Romæus, Patria Aretinus, eum sequutus est. Is opinione omnium excellentis vir  
sanctimoniam habebatur, omnibus ex eo carus, & venerationi: quem & Sanctus Igna-  
tius magnificabat: etiam postquam Romano Collegio præfecerat, grauius inter-  
dum, & in speciem absurdis exercens laboribus, ac penis ad eius lucrum, & cetero-  
rum exemplum. Modicus erat sermone, consideratus, sincerus, in consuetudine  
mixta comitate grauis. Si quem obiurgare opus foret: id ita exequabatur, vt qui  
deliquerat, simul fœditatem noxæ, simul emendationis viam disceret; ac postea  
nullam animo offensionem, nullam commissi memoriam, præ se ferebat. Per diu  
graui vlcere, quod Medici fistulam vocant, sub lauiâ axilla, tanquam occulto marty-  
rio cruciatus est: ex quo identidem punctationibus torquebatur acerrimis: tanta ani-  
mi constantia; vt nullum panè ederet vultu doloris indicium, neque idcirco de la-  
borum assiduitate quicquam detraheret. Ad vltimum cum annos complures in Col-  
legij Romani, deinde Germanici administratione insigni cum laude posuisset; lenta  
febri correptus, menses aliquot spectanda cum animi demissione, patientiaque de-  
cubuit: quòque propius ad extremum vitæ accedebat; hoc lætitiæ clariora prome-  
bat signa: nullum vel faciens verbum, vel sustinens audire; nisi de cælesti Beatorum  
Domicilio, quo se propediem euolaturum sperabat. Iam Beatæ Virginis Sodalitates,  
lectique ex ijs Academici pietate florebant, ac literis. Certam vltro pecuniæ sum-  
mam in ferijs Maioris Hebdomadæ contulerunt, quâ Rosaria pauperibus, & rusticis  
distribuenda magno numero compararunt. Atque ipsimet nobiles adolescententes per  
fora, & compita conquisitos rudes, atque agrestes homines fidei summam saluti ne-  
cessariam edocebant, pellectosque ad Confessionem partim ad Professorum Domum,  
partim ad Collegium ducebant expiandos. Post Cardinalem Augustanum Academi-  
ci Cardinalem Alciatum sibi cooptarunt Patronum. Hunc, & Cardinalem Paleot-  
tum, qui cum ad Romanæ Sodalitatis, & Academiæ exemplum, iisdem planè legibus  
cœtum Bononiæ instituisset, in Urbem profectus, Academicos salutare coram vo-  
luit; apparatus magnifico ex ingeniosis Musarum operibus ijdem Academicis excepe-  
re. In Collegio Germanico iam centum triginta quinque Germani iuuenes educa-  
bantur. Tres ibi quoque institutæ Beatæ Virginis Sodalitates ex disciplinarum gra-  
dibus distinctæ: plurimique Alumnorum vel in Collegio ipso Germanico, aut Ro-  
mano,

mano, ac in Domo Sancti Andreæ magno cum fructu spiritalibus exercitiis excolti. In Seminario Tragædia, Christus Iudex, Stephani Tuccij opus, apparatus, frequentia spectantium, & pietatis bono memorabili data. Adeo cunctos supremi illius Iudicij, quanquam simulatè, propè admotus terror impleuerat. Per Italiæ Pro-  
 uincias, atque adeo alias omnes, plurimæ hoc anno in agros, & oppida, vbi Socie-  
 tas domicilia non habet, susceptæ conatu magno, fructuque expeditiones: eoquæ  
 libentius in oras Maritimas, quod imminente Italiæ Turcâ, vti alij firmandis Arci-  
 bus; ita Patres expiandis populorum animis, ad propitiandum Numen erant inten-  
 ti. Aletinos in Primis P. Marius Fabritius concionator, & vieregrius, annua operâ  
 inflammavit. Vrbs est Aletium in Salentinis, vbi vetus Calabria describitur; Brun-  
 dusium inter atque Hydruntum, octauo à mari lapide, opulenta, & nobilis; ciuibus  
 ad omnem humanitatem, atque virtutem factis. Sed non carebat factionibus, in  
 quas facillimè ingenia excelsa degenerant. Indè cum partium altera paulò ante men-  
 tionem Societatis aduocandæ intulisset; altera, quæ tum gubernacula tractabat Vr-  
 bis, per studium aduersandi, Decretum edidit, ne quando Iesuitis Domicilium præ-  
 beretur. Quod tristissimum accidit vulgo. Simul verò sancto Marij ardore, assiduis-  
 que laboribus incensi sunt; commune Concilium cogunt, Decretumque illud Dia-  
 bolicum, & hominum peruersitate inuentum appellantes, antiquandum, abolen-  
 dum, penitus obruendum decernunt consensu maximo. Contraque Patri Generali  
 publicè supplicandum (quod item humanissimis fecere literis) vt errato paucorum  
 Christiana caritate condonato, publicis omnium precibus Collegium, aut certè  
 Professorum Domum concederet. Nec mora: bona animo præceptâ spe, ipsi inter  
 se auctores, & hortatores, triduo plus tria nummum aureorum millia ad coëmen-  
 dam sedem conferunt. Qua permotus humanitate Euerardus, Patrem Bernardinum  
 Realinum insignem virtute, & rebus agendis Virum, exeunte anno, qui rem spe-  
 ctaret, interimque velut instatione operam Ciuitati nauaret, misit. Cui decimo-  
 quarto Kalendas Ianuarij, quo die peruēnit; extra Urbem ad mille passus obuiam  
 prodire Gubernator Urbis, Syndicus, Electi, Auditor, cum Primoribus è Nobilitate  
 vniuersis: atque exceptum, licet tergiuersantem, perhonorificè deduxerunt in  
 præparatum domicilium publico ære: ac cœna, quam adornarant, tanquam faustissi-  
 mum Vrbi diem agentes, se præbuere conuiuas. Nec sanè facillè explicarim, quæ  
 inter omnes gratulatio extiterit, quæ passim Bernardino, & Iacobo Abbati, qui  
 paucis post diebus accessit, priuatim, ac publicè exhibita officia. Vt tandem constabi-  
 litum Collegium sit, longamque ibi ætatem cum singulari opinione sanctitatis ege-  
 rit Bernardinus memorabitur in tempore. Nascente Collegio Aletino, Neapolita-  
 num iam æuo, frugibusque maturum, senio propulsando, & conseruandæ æternæ vi-  
 riditati præclaram adhibuit religiosæ disciplinæ culturam. Cœperant ex loci deli-  
 cijs, & liberali beneuolentia Ciuium quædam à priuatis haberi paulò curiosiora.  
 Oberat in commune Antonij Soldouillæ exemplum, vetusti in Societate, & mag-  
 næ foris auctoritatis; qui cum ad annos viginti Neapoli vixisset, eiusmodi rerum  
 paulatim non nullam copiam contraxerat: vnde in hospites offensio, in domesticos;  
 præsertim iuniores licentia oriebatur. Ea re cognita, Euerardus grauius Salmero-  
 nem admonuit, maturè vt nascenti malo consuleret; nec sineret paupertatis muro  
 labem afferri. Salmeron eas publicè literas recitat. Ceteris vehementer commo-  
 tis, Soldouilla, qui se designari intellexerat, palàm profitetur ducem cunctis in  
 præclaro opere præiturum: iret suum ad conclaue Præses, & quicquid libèret au-  
 ferret. Indè orta pulchra æmulatio graphiarias thecas, libellos inauratos, icuncu-  
 las paulò lepidiores, idque genus alia ad Rectorem deferentiam: vt Salmeron il-  
 lud tempus renouatum diceret sibi videri, cum Fideles sua omnia ad pedes Apo-  
 stolotum adiciebant. Cum Classe ad Tuneti defensionem aliquot hinc, alij è Si-  
 cilia missi: qui quanquam irritò Classis conatu; suæ obedientiæ, impensæque  
 Classarijs operæ mercedem non amisere. E Prouincia Longobardia Catarum oræ  
 Illyricæ Urbem, Ascruium ipsi latinè appellant, Episcopo flagitante, duo Sacer-  
 dotes Thomas RADIUS, & Saluator Armius cum Iacobo Belardo Laico missi: qui  
 per bella inter Christianos, & Turcas iam diu fauientia afflictum populum, atque  
 idoneis

12

Sodalitates in Collegio Græmano instituantur.

13

Tragædia in Romano Seminario data.

14

Frugolæ per Italiam expeditiones.

15

Aletio Collegij primordia.

16

P. Bernardinus Realinus ad fundandum missus honorificè excipitur.

17

In Neapolitano Collegio Euerardus detrimeto paupertatis muro occurrit.

18

Cum Classe ad Tuneti defensionem Nostri mittuntur.

19

Catarum oræ Illyricæ urbem Thomas RADIUS, &amp; Saluator Armius excolunt.

- 20 idoneis planè orbatum Magistris consolarentur, & recrearent. Die Sancto Ioanni Baptistæ Natali Urbem ingressi, plus anno, cum omnium priuatim ac publicè letitia, atque utilitate in conuictis Societatis laboribus perstiterunt. Iacobus Gufmanus, qui iam diu prima doctrinæ Christianæ spargens semina, Italia incultiora lustrabat loca; Socijs venerationi, populis quos adiret saluti, omnibus mirè gratus, pro solidarum vsu virtutum, in Corsicam cum Gaspare Loarte subsidio Socijs tertium ibi annum saluberrimè versantibus transijt. Quos, itemque Sardinia Collegia Iulius Fatus, qui Genuensè Collegium iamdiu regebat, iussus est inuisere: vt quantò à Barbaris pericula impendebant maiora; tanto Domi, forisque solertiùs diuina munimenta excitarentur. Per id tempus Mediolani in Vrbe, totaque Diocesi Sanctissimi Antistitis Borromæi sedulà custodia, saluberrimis institutis, atque efficacibus exemplis florebat pulcherrimè religio, frugesque fundebat vberissimas. Ex eo multa Societati laborum, ac messis copia: cum amplum ijs campum simul ad exercendam industriam Sanctus Præsul præberet; & impetum, ac vires ardore suo, studio, ac patrocinio adderet. Itaque præter operam multiplicem multis locis Vrbi impensam, in suburbanos Vicos, & Oppida ampliùs viginti quatuor subinde ad catecheses, adhortationes, expiationesque populorum egressi. Nobilium quoque Conuictorum per hæc tempora institutum Collegium enixè contendit Antistes, vt Societas regendum susciperet: cumque tandem persuaderi sibi passus esset, quòd iam bonus Sociorum numerus in regendo Seminario occuparetur: pertinere ad rem publicam haud plures eiusmodi curis illigari; satis habuit, si primis quatuor mensibus duo saltem Sacerdotes, ad formam deinceps præfutorum, moderarentur; deinde interdum viferent, & consilia Administratoribus darent, & Conuictorum confessiones exciperent, ijdemque in Brerano Collegio literas docerent. Nonellaria Tyronum ampliùs, quàm pro numero, vix enim viginti numerabantur, Nouellariensibus, circumiacentibusque populis consuetis militiae suæ rudimentis proderant. Eorum opera in Oppidis Rhegio, & Conrhegio doctrinæ Christianæ Scholæ aperta: quarum inter Procuratores, Rectoresque Rhegij, Antistes ipse, & Urbis Præfectus: Conrhegij verò ipsi Illustrissimi Comites adscribi voluere. Itaque iucundissima erat species cernere Illustrissimos viros inter puerorum, ac rudium cætus inuitare munusculis, addere hortatibus animos, præsertim idiotis, quos vel propter ætatem, vel professionem pudebat ediscere, Ac breui sancto operi ex honestissimarum personarum præsentia dignatio addita, vt iam cuncti promiscuè non modò sine verecundia, sed potiùs cum quadam ostentatione, ordine ceu pueri procedentes, passim Oppida solenni catecheseos carmine personarent. E numero Tyronum Nicolaus Coccij Nouocomensis ad emeritos beato compendio transcendit: adolescens, in quo nec Sociorum quisquam, nec Antonius Valentinus eorum Magister, quod reprehenderent, poterant reperire. Vt profiteretur Antonius, si quando vellet eum ad patientiam, atque humilitatem exercere; noxarum, quas exprobraret, inopia, quæ laudabilia erant, fuisse sibi per calumniam, & simulationem carpenda. Qui ad Euerardum de eo scribens: Crediderim, inquit, semestri spatio (nam tamdiu in Societate vixit) id consequutum, quod alius vix consequi longo vitæ cursu poterit. Adeo erat simplex, humilis, caritate feruens, obediens, atque in omni virtutum forma insignis. Nobis sanè omnibus miraculi instar erat. Vita, & conuersatio eius irreprehensa: norma non Tyronum modò, sed etiam Veteranorum. Paulò ante exitum vitæ, adhortante Prouinciali, vt agnosceret beneficium ad se vocantis Dei: Quin adeo duplex est beneficium, inquit, quod ab vna domo Dei in alteram vocor. Vndecimo Kalendas Octobris placidè expirauit. Neque fas est tacitos præterire Andream Lypomanum, atque Aleramum Becutum magnarum viros laudum. Illum Patavini Collegij, ac Veneræ domus, hunc Taurinensis Collegij fundatorem sub huius anni exordium vita functos. Sed Lypomanus proprio dignus Elogio est: qui primam Societatis orientis infantiam suscepit, omniumque primus reditus ei certos ad Collegia obtulit. Vir planè misericordiæ, concessis sibi facultatibus in omnibus cuiusvis generis indigentium leuandis necessitatibus liberaliùs, quàm in suis vsus. Namque eius mensa, cultus corporis, familia, suppellex domestica erant mendicorum

Iacobus Gufmanus, & Gaspar Loartes in Corsicam transierunt.

Iulius Fatus Corsicam, & Sardiniam visitat.

S. Carolus Borromeus Mediolani laborum, ac messis copiam Societati præbet.

Collegium Nobilium instituitur.

Tyronum fructus in Nouellariensibus.

Rhegij illustrissimi viri doctrinæ Christianæ Scholam frequentant.

Nicolaus Coccij Tyronis innocentia.

Andreas Lypomani Patavini, & Alerami Becuti Taurinensis Collegij fundatorum laudes.

rum simillima: quod cuncta solidius, in peregrinorum, præsertim Religioforum, ac Sacerdotum hospitia, in periclitantium Virginum matrimonia, in egrotantium cibos, ac medicamenta, in adolescentium ad Religionem idoneorum disciplinam conferret. Quod quàm occultissimè faciebat: vt alienas calamitates, suamque pietatem obtegens; neque illis erubescendi, neque sibi gloriandi causa offerretur: studiosissimus quippe erat humilitatis: cuius parentem dicebat paupertatem, quo magis nil sibi reliquum facere gaudebat. Præ humilitatis studio abstinuisse Sacerdotio dicunt: sed ter in hebdomadâ diuino Sacramento communicabat, orando Deo plurimum deditus: eamque ob rem plurimos annos haud egressus domo, cum ad Templum Societatis proximum diuinæ rei causâ aditu occulto transfret. Ad hæc insignis eius prudentia, ac prope diuina in pernoscentis hominum ingenijs proditur. Posnaniense quoque Collegium in Polonia Regno suum Fundatorem amisit Andream Conarscium Præsulem, ac virum præstantem. Magna gratulatione à Posnaniensibus Ianuario extremo exceptus Henricus Rex, & ab Collegij Discipulis oratione, ac varijs carminibus salutatus. Ea fuit Collegia Polonica maturius abiungendi ab Austriacis, & constituendæ Prouinciæ causa nouissima, præter opportunitatem inuisendi; ne literarum commercijs eo rerum Polonicarum publico statu struendarum causa calumniarum atidis sermonum daretur. Tametsi breui euasit ea causa, Henrico ob Caroli Fratris Gallorum Regis obitum reuerso in Gallias. Nouæ ergo Prouinciæ Franciscus Sunyrus, qui adhuc fuerat Vicarius, cum ordinaria potestate, præpositus. Is cum Iaroslauiam per æstatem venisset; extruendum ibi Collegium, quod Sophia Voinicensis Castellana, pietate haud minùs, quàm stirpe eminens femina, dudum offerebat, receptumque testabatur à Borgiâ, Euerardi consensu rite admisit. Oppidum est Iaroslauia non admodum amplum, sed in Russiâ ingeniorum præstantium, & ad pietatem pronorum feraci Prouinciâ, inquam vniuersam è Collegio, quod primum in ea ponebatur, manaturam vtilitatem spes erat. Simon Fridelius ibi relictus cum quatuor Socijs, qui quod feliciter inchoarat, dum familiæ pleniori sedes comparatur, vineam nouellam excoleret. Iam Vilnæ noua planè videbatur rerum facies. Qua in Vrbe nuper, vix apparebat species Religionis catholicæ; iam rara vidisses errorum vestigia. Nicolaus Christophorus Radiuillius Lithuaniae Marescalcus, post euorsam pestilentia cathedram, quam pater in suis ædibus statuerat, dedit operam, vt fratres natu minores hæreticos innutritos ad Catholicos verteret conatu secundo. Namque anni insequentis initio apud P. Stanislauum Varsueuicum & Petrum Scargam eiurarunt errores magna cum voluptate Catholicorum gratulantium, ita cecidisse irritos conatus impios Palatini demortui eorum Parentis; vt qui totum Orbem terrarum, si potuisset, voluisset peruertere; eius tota domus breui spatio ad verum Religionis cultum rediisset. Præcipua rerum benè gerendarum pars erant Pater Stanislauus Varsueuicus Rector, & Petrus Scarga. Ille per æstatem in Suediam nauigauit: Petrus, qui pro Rectore mansit, insigne dedit religiosæ modestiæ documentum. Nam fortè ab pio officio redeuntem domum, non multo ante tenebras, homo hæreticus, & insuper ebrius Albertus Sleponronscius vocabulo, cæpit maledictis incessere, atque equo, cui insidebat, proximè admoto ad parietem premere, forè diem iactans, quo capita Iesuitarum omnia cum pileis quadratis ab ceruicibus velleret. Dein Patre nil nisi quàm modestissimè precante, vt suum prosequeretur iter cum pace; illudens, & faciem ei manu mulcens, non cessabat nunc contumelias, nunc ludibria ingerere, quasi iam, iam caput secturus. Tandem inflicto graui colapho, atque equo concitato discessit. Pauci interfuere è plebe, sed pro celebritate in eâ Vrbe, atque adeo toto Regno Petri Scargæ, continuò diuulgatur indignitas rei: vt quamuis ipse latissimus hoc sibi è Iesuite, & Catholici nomine prouenisse, noxam impunitam vellet; haud planè potuerit prohibere. Exarsit in primis Episcopus. Ipsi Hæreticorum duces sese purgarunt, veriti ne consilio suo editum facinus crederetur. Serid & Palatinus Vilnenus, ex cuius familia Albertus erat, vindicem se pollicebatur: adeo vt sacrilegus percussor, cum totâ Palatina Aula, & aliquot Catholicis veniam supplex rogatum ad Collegium venerit, ebrietatem accusans. Cui Petrus

28

Henricus Rex à Posnaniensi Collegio excipitur.

29

Franciscus Sunyrus primus Poloniae Prouincialis.

30

Iaroslauense Collegium admittitur.

31

Lithuanie Marescalcus fratres ad Catholicos vertit, &amp; hi apud nostros errores eiurant.

32

Petri Scargæ insignis modestia.

33  
Varseuicius à  
Gregorio Pontifice ad Ioan-  
nem Sueciæ  
Regem mitti-  
tur.

34  
A Regina in  
Arçem admitti-  
tur.

35  
Cum Rege de  
Religione agit.

36  
Suecorum dif-  
ficultates ad  
Romanam Ec-  
clesiam redeun-  
di.

37  
Reliquiæ ex  
Suecia ad Vil-  
nense Colle-  
gium transfatæ.

cum ostendisset facinoris grauitatem, subiecit: quantum ad se pertineret; dolere peccato eius, & populi offensione: cetero gratias potius agere ei, quod coram Deo summo se honore affecisset, quam condonare quicquam debere. Duplex inde captum emolumentum. Primum cautiùs ex eo tempore sub vesperam domo Socij, nisi grati causa, egressi. Dein editum in tam insigni personâ facinus, dum tanto tumultu perstreperet, ceterorum incolumitati seruiuit. Varseuicius in Sueciam Gregorius Pontifex misit, tentaturus num posset ad catholica reuocari sacra Ioannes Rex, quem haud pessimè affectum cognorat. Ergo Varseuicius septimo Idus Iunias Vilnâ profectus per Liuoniâ, Reualiam versùs iter fecit, atque inde post finem maris transfmissum, impedito inter scopulos errore, quibus veluti canalibus ora Sueciæ maritima abruptitur; quadragesimo die Stoccolmiâ regiam sedem tenuit magnis perfunctus periculis; primum Moschorum, qui sub ipsos Reualiz muros cuncta ferro, & igni vastabant, deinde Pyratarum: in quorum conspectum cum venisset, repente ventus quasi diuinitus conuenit, vt spatium ipsi in scopulos reuigio elabendi fuerit, dum sine ventorum præsidio Pyraticum nauigium agi nequit. Quanquam expeditius comperit fuisse iter futurum, si quod in reditus fecit, Vilnâ Gedanum profectus in Prussiam, inde Stoccolmiâ soluisset. Catholica erat Regina, nempe Sigismundi Polonia Regis filia. Eius operâ in Arce dinerforium assignatum Patri est, quo faciliorem aditum ad ipsam, atque ad Regem haberet. Visus initio Rex a griùs ferre hominem Iesuitam ad se venisse, ne Regnum eo nomine turbaretur. Magnis quippe in periculis versabatur, viuo adhuc in vinculis eius Fratris Erico, qui ante ipsum regnauerat, & desiderabatur à multis. Multa de Societate, secundum consuetas salutationes, quæsiuit, ex qua hunc se primum vidisse hominem aiebat: quem mirabatur quod cum audisset in Aulâ ante versatum, gratiaque florentem; id vitæ genus amplexus esset. Cumque respondisset Varseuicius, haud nouum, rarumue id in Societate esse; multo admirabatur magis, ac super eorâ Aulicorum quosdam per iocum interrogauit, an ipsi quoque vellent esse Iesuite. Varseuicius duo habebat in mandatis à Summo Pontifice: alterum ad Hispaniarum Regem: ad Religionem alterum pertinebat. De illo nil comperi. De hoc agere aggressus exposuit, se à Pontifice missum, cui spes foret Regem ad Sanctæ Ecclesiæ gremium cum suis popularibus rediturum. Nihil Deo gratius, nihil sibi, ac Regno magis salutare, ac honorificum facere posse: nec aliâ ratione Regnum sibi, ac posteris stabilire. Per multa vocantis Numinis habere documenta per prospera, & per aduersa: nam de veritate Religionis nihil esse quod ambigeret. Deque ea deinceps multis diebus sine arbitris, ternis ferè, aut quaternis horis est actum. Quippe cum ingenio, ac eloquentia multâ esset Rex; volebat docere magis, quam doceri. Non negabat vnus in Ecclesia primatum, eumque à Sanctis Patris Romano Episcopo deferri confitebatur: eius tamen volebat certis limitibus potestatem includi. Auctoritatem Sanctorum Patrum permagni faciebat: perabsurdum asserens; vt Hæretici horum temporum cum illis conferantur. Eo etiam venit, vt Sanctorum, eorumque Reliquiarum diceret cultum posse concedi. Ad vltimum recepit, se lentè ac secretò conaturum, vt ritus prisicos instauraret. Nullâ tamen ratione apparere spem ad Romanam Ecclesiam reditus Suecorum, nisi Pontifex Communionem sub vtraque specie, & Sacerdotum daret coniugia. Ab hoc responso Varseuicius animaduertens moram suam non vsquequaque gratam Regi esse; ne quid populo suboleret; Regiam, aliosque Catholicos consolatus, & quibusdam Aulicorum ad meliora preparatis, discessit, insignes Reliquias ex Templo Sanctæ Birgittæ Vvâstnenfi ab Regina Sacerdote dono datas ad Vilnense Collegium ferens: Deo tranferente amicorum suorum ossa in ea loca, ybi merita cum veneratione habentur. Exeunte Augusto Gedanum, inde Bransbergam sub Natalitia Beatæ Virginis venit: eo prorsus tempore, quo octo ante annis in eodem Collegio per exercitia spiritualia à sæculi fluctibus emerferat. Quæ Dei dona magno cum sensu animi reputans, quasi de integro repetito ad religiosum curriculum impetu, Varsauiam ad Reginulam (sic appellabant Sigismundi Regis Filiam Suecæ Regina Sororem) postremo ad suum Vilnense Collegium reuertit.

Initio

Initio anni Viennæ Seminarium Pontificium inchoatum est Conuictorum, domicilio partim Pontificis, partim Cæsaris impensâ ad eam rem amplificato, insigni curâ Ioannis Delphini Apostolici Nuncij. Quatuordecim initio numerati Alumni: quibus accessit & vetus quidam zizaniorum sator, cum multis filijs ab infantiâ euolutus, omnibus Pontificis liberalitatem celebrantibus. Ingens erat Collegij Scholas frequentantium numerus: inde auctus, quod Vitembergæ, ob enascentes quotidie Religionis causâ perturbationes, Magistrorum plerisque Lutheranorum Calvinizantibus, gymnasium clausuerant. Nimirum pessima erant tempora, atque Viennensi Collegio, post inflicta ante vulnera, additum ne dramata ederet, aut publicas de Theologia disputationes: quæ coram Vicecancellariis vetuit, dramata inuidiosâ prætendens, disputationes verò supernacaneas, post sancita in Concilio Tridentino fidei dogmata. Quasi verò id loci, ac temporis Tridentino Concilio multum tribueretur. Ceterum summa, ac præpotens est Dei clementia. Quoplus fovebatur impietas à potentibus paucis; eo procliuus vulgò deserebatur. Nec ad cætera leue factum est lucrum in vicino Vrbi Nosocomio: in quo Socij, per caritatis officia, multos variarum nationum varijs exemerunt erroribus. Olomucienſe Collegium, ac Probationis domus inchoata Brunæ proximè ab interitu abſuere, Ioanne Grodecio Episcopo Olomucienſi, neque Collegij, neque domus sat firmatis rebus, immaturè defuncto. Sed Collegium nouus Antistes Thomas Albinus, & Vratislavi Perneſtani ſupremi Boëmia Cancellarij fauor breuè conſtabiliuit. Diutius, grauiusque nutauit Brunenſis domus. Quædam ei fundandæ tradita bona Cononici inuaserant, negantes in Episcopi potestate fuiſſe ea abalienare. Super alijs intentauere litem: neque Albini, cui Nuncius Apoſtolicus causæ cognitionem permiferat, stare voluerunt arbitrio: sed perſugerunt ad Cæsarem. Vndè relatione haud ſincerâ pluſquam vellent retulere, vt Ieſuitæ Brunæ eiſcerentur. Quod mandatum Morauia Subcamerarius Ioannes Haugbitius, tanquam iniquitate plenum, & furtim ereptum Cæsari, remiſit ad Curiam, indignans locum Ieſuitis, qui Iudæis, omnibuſque promiſcè Sectarijs in Imperio permitteretur, negari: citiuſque conſeſſurum ſe in alias terras affirmans; quàm vt iniuriæ eſſet adminiſter: potiùs de ſuo Domui Brunenſi, ſi opus foret, alimenta præbiturum. Ad vltimum biennij induciæ conſeſſe: Cononicis interim, quæ occupauerant, obtinentibus. Domus autem cauſam, tanquam ſuam, demortui Episcopi frater Venceslaus Grodecius, cum egregio erga Societatem ſtudio, ſuſcepit. Inter hæc ab Stephano Batorio Tranſyluania Principe tres ad P. Magium Legati venère, deducturi aliquot in Vngariam è Societate, qui egregios Vaiuodæ conatus, in Religionem ab hæreſi vindicanda iuarent. Sed, vt manſurum inſtitueretur opus; nondum maturum viſum eſt Prouinciali mittere. At è Superiore Germania, mandato Summi Pontificis, & poſtulatâ Lucernenſis Senatus, duo Sacerdotes Martinus Leubenſteinus, ac Vitus Linerus cum adiutore laico Lucernam miſſi. Heluetiorum id Oppidum eſt, non amplum mœnibus, ſed frequens Incolis, trium ferè dierum itinere ab Vrbe Conſtantiâ, ad lacum maximum, loco prope paluſtri. Populus minus multò, quàm in cetera Germania deprauatus, religioni natus, & militiæ; duos Patres vbi audiuit, ac tractare familiariter cœpit, perſpecta eorum virtute, & doctrinam admirans, ſanctos appellabat. Illi ad cetera religioſa munera, etiam aliquot puerorum ſuſcepere diſciplinam, quæ potiſſima fuerat Lucernenſibus cauſa eos aduocandi, ſpe Collegij, cuius inſtituendi nondum ratio apparebat. Hæc æſtate P. Natalis Româ Halam venit. Quippe ætate iam, & ſaluberrimis peregrinationibus pro Societate, & communi bono ſuſceptis, feſſus ab rerum adminiſtratione publicorum, quietem ſpectans, Germaniam, quam ſemper præcipuâ quadam propenſione animi adamarat, delègit. Rem feriò illic agi dicebat, ac deſudari pro pretio. Grauiſſimus Regina Magdalena (nam Helena paulò ante vitam exuerat) cunctiſque è Societate peruènit. Ibi perſciendo, quod pridem meditabatur, operi, in quo Euangelij hitoriâ imaginibus, & pijs commentationibus explicatam illigauit, præcipuas curas impendit. Aliquot iam annos Patres agitabant inter alias catholicæ Religionis defendendæ vias, vt certi homines è Societate libris conſcribendis ad-

38

Viennense Seminarium inchoatur.

39

Viennense Collegium exagitur.

40

Olomucienſe Collegium, ac Probationis domus inchoatur Brunæ.

41

Morauia Subcamerarius Brunæ Societatem conſeruat.

42

Venceslaus Grodecius Societatis cauſam ſuſcipit.

43

A Stephano Batorio Tranſyluania Principe Societas expetiitur.

44

Martinus Leubenſteinus &amp; Vitus Linerus Lucernam miſſi.

45

Pater Natalis Româ Halam petit.

44

dicerentur. Et quidem Natalis censebat multos eiusmodi idoneos homines in vnam congregandos domum, vt consilio sibi, atque operâ vicissim præsto essent. Quamquam Hoffæus eò potius ibat, vt exemplo vitæ innocenti, ac voce viua, & tanquam conferendis in acie manibus certaretur. Vtrumque erat optimum factu, si hominum affuisset copia. Verum quia non suppetebant, qui transferendis ad stylium succederent in cathedrâ; præclara illa, quæ mente figurabatur, Scriptorum Academia, data in conspectum non est. Cùm tamen ex eadem Prouincia, qui tum florebant

46  
Scriptorum A  
cademiam in-  
stituendam  
censet Natalis.

47

Scripta à No-  
stris præclarè  
in Germania.

Viri, Petrus Canisus, Hieronymus Turrianus, Theodorus Peltanus, Alphonsus Pifa præclara ediderint monumenta. Iamque Gregorius Valentia superiore anno ex Hispaniâ accitus Romam, inde in Germaniam missus, Dilingæque Theologiam auspiciatus, Ingolstadtium mox transfatus, virtutis, ac scientiæ clarissimum specimen dabat. Rhenana Prouincia nihil hoc anno memorabilius habuit, quàm funestam planè, ac miserandam stragem Colonia editam à furioso. Gerardus Pef-

48  
Gerardus Pef-  
chius furiosus.  
tres occidit.

chius ex oppido Kempî Diœceseos Colonienfis, ante quatuordecim annos in Societatem admissus, multiplici pollens doctrinâ, tandem intempestiuus, vt aiunt, lucubrationibus, studiorumque contra moderatorum iussa tractatione immodica, offenso cerebro, quarto antè hinc anno mentis impos effectus, ipso Simonis & Iudæ Apostolis sacro die, ne quid per insaniam committeret, in cubiculum ad id idoneum inclusus fuerat. Post aliquot menses, quod mitior, & constantior videretur, in adornando Triclinio occupatur, quod maior ex labore corporis quies mentis esset. Tribus annis in eo ministerio exactis, fortè hoc anno sub idem tempus, quo olim fuerat inclusus, cubiculum idem instaurabatur. Ergo siue indè vinculo- rum renouato metu, tanquam ad se coercendum pararetur carcer; siue aliâ dira specie ab Dæmone menti hominis iniecta; tria non Collegij modo, sed totius Ciuitatis præstantissima lumina momentò extinxit. Leonardus Kesselius Collegij Rector, & Ioannes Rhetius simul inambulabant in horto, & literas quasdam legebant. Ad hos Gerardus ab opificibus, qui instaurabant cubiculum, rectâ accedens, cum quiddam quæsisset, ac pauca respondisset Kesselius (quod quid fuerit rescitum non est) cultrum escarium, quem secum tulerat, magnâ vi in latus eius infigit, vt intestina diffuerent: nec planè sensit Rhetius, nisi cum vnum, aut alterum gradum progressus Pater, sublati in Cælum oculis, collapsis è manibus literis, in terram exanimis concidit. Nicolaus Faber domus Minister, rem è proximo speculatus, morienti Patri, si quam posset opem laturus, accurrit: in quem subito furiosus cum impetu verius; cultrum per costas in cor adegit, atque è vestigio mortuum humi prostrauit. Vix spiritum præ stupore trahens Rhetius, quoque se verteret ignorans; delinire hominem, & mulcere comiter nitebatur: cui repente pari euentu, regente nimirum dexteram Diabolo, pectus confodit: ita tamen, vt aliquid spiritus, & confessionis spatium superesset, quamquam omnes eodem die sacrificarant. At furiosus etiam Dominicum Leodiensem domesticum coquum, à quo comprehensus est, graui plaga perculit. Hæc septimo Kalendas Nouembris sub horam pomeridianam quartam gesta. Funditur ex templo per Vrbem tristis fama: concursus ingens omnium Ordinum fit ad Collegium: qui cum tria illa congesta talium Virorum ita miserabiliter sublatorum spectarent cadauera: nec lacrimis, nec gemitibus abstinens, dirum prodigium, atque irati Coloniensibus Numinis ostentum interpretabantur. Nempe erat Kesselius vir longè, ac latè sanctimoniam inclutus, assiduus vsu orandi, excellenti erga Deum, ac proximos caritate, singulari modestia, ac summissione: ad hæc etiam occulta, vel futura prænoscenti dono ornatus. Accurrebant sanctitatis opinione commoti iuuenes quamplurimi ex omnibus Gymnasijs, totaque Ciuitate, vt apud eum peccata deponerent: ac semel illi confessi; vix ab eo vnquam diuellebantur. Adeo Sancti Spiritus flamma à Sacerdotis ore, ac pectore intimo emanans ad illum accedentium incendebat mentes. Aliquando intra semestre supra ducentas generales totius vitæ confessiones audiuit, easque potissimum dissolutorum, atque in fide vacillantium, qui antea nunquam rectè erant confessi. At nuper, cum inter Collegij nostri Auditores periculosa irrepisset licentia; illud remedio fuit, omnium confessiones (erant plus

49  
Leonardi Kesse-  
lij sanctimo-  
nia.

50

In confessioni-  
bus audiendis  
assiduus.

sexcen-

sexcenti) vt Kesselius audiret. Mira indè in omnibus morum consecuta mutatio, mira modestia. Neque tam insigni Magistro vñ consistebant in medijs virtutibus; sed permulti iter arripiebant ad summa. Certè ad Societatem ex eius disciplina tam multi, insignesque Viri accessere; vt Patres Romani ferrent, Romano excepto Collegio; nullum æquè, atque Colonienſe de alienis Prouincijs bene meritum, ob collata eximiarum auxilia operarum. Quibus nimirum Kesselius non suam modò Prouinciã, sed & alias quoque complebat. Et Colonienſe Collegium à primis exordijs suã ipſe pietate, industriaque sustinuit. Cuius in diuino patrociniõ fiduciam dicebat Rhetius longè se pluris æstimare, quàm pecuniã magnæ certum vectigal. Illã vtebatur singulari diligentia, quò absolutiùs tota Instituti ratio, ac vitæ forma conferuaretur. Alternis diebus ipſemet, aduocato Ministro, vnà cum eo officiorum monita (nam tum absolutæ leges non erant) legebat, plurimùm ei commendans, vt obseruanda curaret: ac sicuti oporteret, propria tradebat monita. Denique anno quinquagesimoſexto ætatis, trigésimo ab Societatis ingressu, vigésimo ab quatuor Votorum Professione, vitam, quo diximus, ipsi optando, ceteris miserando sine, concludit. Ioannes Rhetius Consulari ortus familiã Colonie, & cui regimen Collegij demandauerat Senatus, in ordinandã Historia temporum, contra Hæreticos concionibus, ad hæc etiam exhortandis per literas viris insignibus, & aduersùs Hæreticos incitandis occupabatur. Præstantis & ipſe virtutis, ac suam apud domesticos pariter, atque externos industriam, cum religiosã simplicitate, modestiaque coniunctam satis probabat. Nicolaus, duodetriginta annorum iuuenis, Leodiensis natione, in Ministri, ac Procuratoris munere, quod iam dudum obibat. Collegij orbitas etiam parùm ante beneuolos ad commiserationem inflexit, suamque prolixè opem pollicebantur. Quanquam non defuere, vt in magnis Urbibus vsu venit, qui id factum pessimè interpretati, ad Societatis infamiam vertere conarentur. Verùm Senatus sapienter, ac piè, cum Typographos accersisset omnes, vetuit suo iniussu rei gestæ historiam euulgare: se enim datum operam, vt cum fide narratio in manus hominum perueniret: quod fecit euulgans, vt res erat, ab homine furioso, qui longam indè vitam inclusus egit, facinus adeo atrox admissum. Die Simoni, ac Iudæ Apostolis sacro ingenti hominum multitudine, qui vias, domos, ac tecta complebant, humati sunt. Kesselius & Faber in Diui Maximini, cum eã tempestate non dum Colonie proprium Templum Societas, sed tantùm Sacellum haberet: Rhetius in Diui Pauli maiorum suorum sepulchro: atque in exequijs concionem funebrem aptè, & sapienter habuit eximius Doctõr Nicolaus Elgardus. Patres quoque Carthusiani, qui Colonie in primis florent, pro singulari suo erga Societatem amore, solenni sacro iusta iisdem solennia celebrarunt. Porrò ad Collegij administrationem Franciscus Costerus, quòd is & sustinere rem auctoritate poterat, atque è tribus erat, quibus initidò Collegium Senatus attribuerat, in sequenti anno reuocatus est. Atque obseruatum deinceps Collegium, quod penitus, Kesselio ac Rhetio subductis euersum videbatur; iisdem haud dubiè è cælo patrocinantibus, maiora accepisse incrementa. Illud postremò adijciam, totam hanc stragem nocte, quæ eam præcessit, Petro Michaëli Reſtori Collegij Spirensis per somnium obiectam: quam cum per iocum mane domesticis exposuisset; paulò post nuncijs Spiram allatus, fidem somnio acquisiuit. Statio Eislefeldienſis hoc anno cœpta. Regio est Eislefeldia Moguntini Archiepiscopatus propè Erfordiam, inter Saxoniam, & Hassiam iacens: quam cum Antistitum nullus diu coram inspexisset, inuisurus hoc anno Daniel, tum vt haberet in rebus ad Religionem spectantibus monitorem, adiutoremque; tum vt per eam occasionem notior Societas Principibus hæreticis fieret; Hermannum Thyraum Prouinciãlem secum duxit, præter Ludonicum Berchehlium, cuius iam diu Princeps opera assidue vtebatur: expertus in grauissima valetudine adeo sedulum; vt ei secundum Deum conferuatam salutem se debere profiteretur. Fructus ex peregrinatione vberimus extitit. Eilingelstadio, quod est è præcipuis Oppidum, duos Concionatores hæreticos Princeps amouit, octauum iam annum cathedram nequitie insidentes, catholicis substitutis. Eidem Oppido

51  
Contellionum  
fructus.

52  
Singularis dili-  
gentia vt suas  
quisque Regu-  
las seruaret.

53  
Ioannis Rhetij  
præstantia.

54  
Nicolaus El-  
gardus in No-  
strorum funere  
concionatur.

55  
Petro Michaë-  
li peracta à fu-  
rioso strages  
per somnium  
obijcitur.

56  
Statio Eislefel-  
dienſis hoc an-  
no cœpta.

57  
Hæretici Con-  
cionatores a-  
mouentur.

ppido



58  
Energumena  
mito modo li-  
beratur.

59  
Io. Michaël, &  
Euerardus Co-  
loniensis Dud-  
mestadium  
fructuosè lu-  
strant.

60  
Prouincia Bel-  
gica tribus  
Collegijs lo-  
cupletatur.

vido nobilem Virum præfecit genere Saxonem, quem bonus Pater Lambertus in itinere cum Cardinali Commendano olim obito ad catholicam fidem conuerterat, & familiarem Moguntino fecerat. In rebus quoque Ecclesiasticis admodum acrem, ac strenuum Virum præposuit: aliquot inde adolescentibus Fuldam, quæ minimè distat, missis, sumptu suo in Sacerdotum idoneorum sobolem instituendis. Exarsit multò magis commissum sibi gregem iuuandi studio, vbi oculis hausit miserum gentis statum, Pastorumque inopiam summam. Quare & Collegij, quod dein paulatim fecit, Heilingenstadij erigendi, curam suscepit. Auxit in Eisfeldia Societatis famam res non valde nostris hominibus quærita. Rustici vxor duodevigesimum annum ab Dæmone obsessa, diuque circumducta hæreticos Ministros in diuersis Saxonix, Hassix, Turingix, Francix Orientalis, Bohemix, atque Eisfeldix locis curationem aggressos fatigauerat. Hanc per ludibrium irrisores ad Archiepiscopi aulam mittunt, iactantes habere secum Principem Sanctos Iesuitas, per quos liberaretur. Serio mulier Principibus Apostolorum festo die ad Templum venit, exeuntemque Archiepiscopum conspicata furens, & clamans accessum quærebat. Pater Ludouicus, vt erat Archiepiscopo proximus, cepit abigere (solebat enim in Sacerdotes maximè furibunda irruere, si posset, illatura perniciem) Tum illa, omisso Archiepiscopo, Ludouicum, à quo abigebatur, ignem, ac rabiem spirans inuadit. Sed valentes viri, obluentem licet, comprehendere. Ac Ludouicus ira in Dæmonem, miseratione in mulierem tactus, iubet vexatorem iniquum ab eo corpore facessere: qui protinus, miserà violenter ad terram afflicta, cum furore abcessit. Ita planè liberata post biduum de omnibus antea vitæ peccatis cum Patre Prouinciali, qui hæc scripsit, confessa est. Rei fama eò celebrior fuit, quo temporis spatio longiore, pluribusque peregrinationibus cognita vulgò Energumena erat: resque cunctà aula spectante Principis, & conferto multitudine Templo, gesta est. In Eisfeldia item est Dudmestadium Oppidum: vbi post hæreticos Concionatores eiectos, Princeps, quia non reperit quos catholicos sufficeret Sacerdotes, duos è Societate postulauit: concessique sunt Ioannes Michaël, atque Euerardus Colonienfis, qui hoc & infrequenti anno, suffectis iam Pastoribus, fructuosè lustrationem cum Stephano Episcopo Misienfi profecuti. Neque solum optimus Præsul pietatis, sed armorum quoque, vbi fuit vsus, vires adhibuit: magnumque cuncto populo terrorem intulit, Bertoldo quodam Dynasta Lutherano præferoci cædibus, ac latrocinijs infami, & obsequium Principis abnuente per vim capto. Vtrumque Lantgrauium in hac excursionem conuenit: Guilieum, qui morabatur in Cassel, & Ludouicum, qui sedem habebat Marpurgi: Ducem præterea Saxonix, cui Societatem, & maximè Collegium Fuldenfem commendauit. Is multa conquestus est de suorum Concinatorum, ab Augustana confessione ad Calvinismum transitu: nunquam enim sibi constat impietas. Iamque videbantur illuc cuncta tendere in Hassia: ac metus erat, ne eodem, quo in Gallia Vgonotti, in Belgio Geusij, vt est sanguinaria secta, debacchari furore inciperent. Interim Fuldæ, Spiræque Collegia pacatiùs haud sine fructu procedebant. Herbipoli, quod demortuus Antistes flagitare cæperat, Successore urgente, vna Philosophiæ schola instituta. At Prouincia Belgica tribus locupletata Collegijs, vnum Brugis, alterum Traiecti, tertium Antuerpiæ inchoatum. Brugæ Vrbs est post Gandanum comitatus Flandriæ princeps, inter alia Emporio nobilis. Francisci Costeri sedulitate perspecta Remigius Diuitius Præsul, & cuncta Ciuitas iamdiu Collegium expetebant, præsertim quòd & olim Cassander quidam Ludimagister, atque in præsens alij, simulatione humanitatis, puerorum mentes impietatis insciebant veneno. Empta domus est prope Episcopi Templum loco sita optimo. Vicinum domui Sacellum Clerus Sancti Donatiani ad vsum concessit. Fundatio ex variâ Ciuium liberalitate expedita, magnoque studio, vbi spes affulsit Collegij, ne quid mox interpellaret, omnia properarunt. Iacobus Pamelius vir pereruditus, ac nobilis, qui in Tertullianum scripsit, studio ac sedulitate in primis enituit. Interim prima Collegij exordia Franciscus Costerus ordinabat. Traiectenses, ex quo tempore Henrici Dionysij operâ supremum prope exitium euaserant,

euaserant, ad Collegium flagrantibus studijs inhiabant. Denique iam prompto non nullo censu, ac domicilio, Ioannes Astenfis, & Arnoldus Hessus cum Socio primi incolæ dati. Antuerpiæ cum adhuc in conducto ad Hispanorum maximè culturam mercatorum, aliquot è Societate vixissent; domus hoc anno per ampla in medio Nationum sita, Aquisgranensis nomen, vbi Carolus Casar fertur solitus diuersari, ex piorum liberalitate coempta, Ludouicoque Requesensi Commendatore maiore, qui Belgio præerat, apud Senatium iuante, ad manum, vt aiunt, emortuam transijt. Inde cum ambigeretur, Domum Professam, an Collegium institui oporteret; respondit Enerardus, vt ad Collegij initia tres liceret primarum literarum aperire Classes. In hanc domum sub Petri, & Pauli solennia migratum est. Grauisimam per id tempus inferior Germania iactabatur procella bellorum. Ac Principi Auriaco multa nimium secunda veniebant. Itaque multiplex religiosi quoque erat labor, non in Hæreticis modò refutandis; sed in continendis etiam in officio populis, in incitandis, inter seque pacandis militibus, in propitiando denique Numine. Atque Antuerpiæ seditionem ceptantibus militibus, Patrum opera presentissima fuit. Inter quos præcipuo momento pollens apud Deum & homines gratiâ Christophorus Rodericius ex Italiâ missus in Urbibus, ac regijs Castris Sacerdotalia, & Societatis propria obibat munia. Nec pacatè agebant in Galliâ Hugonotti, à quibus capto in Aruerniâ Mauriaco; eius Oppidi Collegium circa medium ver dissipatum est: ac mox reddito Regi Oppido restitutum, contentione Mauriacensium: cum Claramontani ad sele conarentur traducere. Ad Prouinciam Francia Claudius Matthæus translatus ab Aquitaniâ Prouincialis, & Aquitaniæ Annibal Codrextus, qui Collegium Tolosanum olim regebat, impositus: cui tanquam Vicarius, qui ad Rhodanum Collegia curaret, Guilielmus Creytron subiunctus. Iam tum de eâ diuidenda Prouincia agebatur, præsertim quod inter ciuiliū tumultus bellorum itinera, visendorum Collegiorum causâ, summis intersepta essent periculis. Augerio Burdegalensis Collegij, & aliquot aliorum delegata cognitio. Verùm nouæ turbæ Parisijs ortæ, inde eum recedere venterunt. Patrefacta enim primò est coniuratio in Regem grauisima: deinde ipse Rex Carolus pridie Kalendas Iunij, magno omnium bonorum dolore, & rei Christianæ publicæ incommodo, cessit è vita: cum ad cetera in Societatem merita, nuper ei potestatem fecisset sua quæuis obovendi ministeria, Domosque etiam professas toto Regno statuendi. Rebus adeo turbulentis, dum Henricus è Poloniâ expectatur, versis ad placandum cæleste Numen bonorum animis, auctor fuit Parisensi Episcopo Augerio, vt perpetua oratio institueretur, Sanctissimo Christi Domini prolato corpore. Quod cum ceteris in Templis, Religiosorum primùm hominum, dein Paræciarum octonis diebus fieret, magno Ciuitatis vniuersæ profectu (vt nunquam deest, qui rectè fluentia quâ per errorem, quâ per prauas animi affectiones incurset) extitit vnus è Parochis, sacris codicibus vernaculâ lingua vulgatis notus, Renatus Benedictus nomine, qui multa cepit in priuatis sermonibus, in circulis, è suggestu pietati noxia spargere, quæ referre nil attinet. Inter cetera superstitiosum affirmabat ad orationem habendam Diuinum Christi corpus in populi conspectum proferre. Quod pestiferum semen cum serperet in dies magis, nec obuiam iretur; Augerius palam pro concione redarguit. Tum demum excitatus Antistes Theologorum Concilium conuocat, cui Augerium & Maldonatum voluit interesse citato Benedicto. Is pro sui purgatione, vituperationem in Augerium textit, tanquam ab eo iniuriâ notatus. Facile suam Augerius causam egit. Sed eo mox, & Benedicto summotis è conuectu, Pelletarius insignis ceterâ Theologus reum facere Augerium aggreditur. Maldonatus respondere iussus; tam luententer, tanque appositè Societatem, atque Edmundum defendit, ac Parochi demonstrauit errata; vt cunctæ eius propositiones damnatæ à Concilio sint, atque ipse prohibitus alibi, quam suo in Templo verba ad populum facere. Augerio quoque, ad turbas euitandas, ac leniendum Benedicti dolorem, interdicitur concio ijs in Templis, in quibus publica haberetur oratio, vagandi per alia, vt liberet, potestate relicta. Haud paulò grauior, nec simplex Burdegalensè Collegium turbo concussit. Periniquè ferebant Hugonotti

Burdega-

Christophorus  
Rodericius

61  
Antuerpiæ tres  
primarum li-  
terarum apertæ  
classes.

62  
Christophori  
Rodericius la-  
tores.

63  
Caroli Gallia-  
rum Regis in  
Societatem  
merita.

64  
Augerius au-  
ctor est, vt Pa-  
risijs perpetua  
oratio institua-  
tur Christi Do-  
mini prolato  
corpore.

65  
Parochus ob-  
noxia de huius-  
modi ritu spar-  
git.

66  
Maldonatus  
huiusmodi ri-  
tum, & Auge-  
rium defendit.

67  
Burdegalenſis  
Collegij turbi-  
nes.

68  
Societas defen-  
ditur.

69  
Iterum oppu-  
gnatur.

70  
Defenditur ite-  
rum.

71  
Io. Pugetus  
Philosophiæ  
magiſter Socie-  
tatem turbat.

Burdegale, totoque eo tractu Iesuitarum humeris, ut passim aiebant, Religionem catholicam potissimum sustineri. Inde cuncta mouere, ut machinis, siue cuniculis præsidium illud, atque arcem euerterent. Fame primum aggrediuntur, acerba Francisci Bartolonij fundatoris morte, qui pridie Nonas Ianuarij testamento haud condito decessit, in occasione acceptâ. Ergo fratrem eius heredem per se non admodum pietati fauentem vrgeri, ut cuncta Fundatoris acta dirimat: simul Magistratum, Iuratosque Ciuitatis sollicitare, ne Prioratum Sancti Iacobi Regiâ, & Pontificia voluntate superiore anno adiunctum Collegio sinerent capi. Sed frustra fuere. Egregio tum Archiepiscopi, tum Regij Aduocati (Domium à saltu vocabant) studio, Prioratûs inita possessio est. Aduocatus adeo grauiter in Senatu pro Societate, prolatis diplomatibus Pontificijs, Concilio Tridentino, atque testimonijse Surijs Historiâ dixit, ut multi Senatorum mutatâ mente palam faterentur, ad eam diem ignorance factum, ut eam infectarentur. Maius indè discrimen excepit è vana suspitione. Carolo Rege demortuo in eius labem ab Collegio, quod vocant Aquitanicum, multarum linguarum carmina (Apotheosis inscripta) prodire non sine mendis: quæ incertus auctor acutis epigrammatibus irrisit. Eam censuram aduersarij Societatis, atque Apotheoseos auctor nostro Collegio tribuunt: affixisque per Vrbe[m] famosis libellis seditionem tentant. Et quanquam calumnia præ manifesta vanitate paulatim per se se innoxia obsoleuit; tamen infixus aduersariorum animis resedit aculeus. Quare, exacto iam in Gymnasio nostro Philosophiæ curriculo, instant apud Academiæ Rectorem, ne finat Auditores ad solennes euehi gradus. Societatem ab Academiâ Parisiensi reiectam, nec vsquam ab vllâ receptam mentientes. Quæ vertere omnia in contrariam ac volebant partem. Quippe cum re cognita Senatus decreuisset, ut aliquot è Præsidibus & Consiliarijs regiæ Curia interessent celebritati creandorum Magistrorum, tumultibus suâ præsentia prohibendis; nunquam post Burdegalensem Academiam conditam pari nobilitate confessus dicitur spectatus ad sapientiæ honestamentum. Archiepiscopus, duo Præsides, quinque & viginti Consiliarij, Aduocati, & Procuratores Generales Regij. Locumtenens generalis, Indices Præsidarij in Viennæ Prouinciâ, maximus ad hæc Iurisperitorum, ac Medicorum numerus, aliæque præstantissimæ personæ interfuerunt. Die Mariæ Magdalensæ cultu solenni acta celebritas. Aderat & Collegij Aquitanici Rector, qui cum ceptæ disputationes bellè procederent; insterstrepens, inuectiuam domo allatam ex improviso orsus effudit. Sed nihil fecit lucri, nisi ut respondendi necessitate Patri Carolo Sagerio impostâ, plus extemporaria huius dictio gratiæ, & plausus, quàm meditata eius oratio haberet. Igitur magno omnium consensu repetitæ disputationes, atque ad finem vsque perductæ. Tum Vicecancellarius Academiæ publicæ interueniens, quanquam Rectoris Aquitanici criminationem non audierat; tamen laudationem Societatis vltro exorsus, non poterat accommodatiùs dicta ab eo confutare, si de industria orationem contra adornasset. Ita demum ingenti plausu discipulis Bacchalaureatûs, ac licentiæ honores rite collati. Ioannes Pugetus à Sancto Marco vndecimum circiter annum in Societate agens primum hoc Burdegalæ Philosophiæ curriculum peregit: è quo, proximâ nec dum composita, odiosior cohorta tempestas. Is, cum diuina nunquam animo penitus hausisset, post absolutas Philosophiæ Scholas, cepit, quod iamdiu meditabatur, palam exequi, ut ab Societate deficeret. Doctrina non admodum excellebat: tamen communi Societatis nomine suffragante, deinde iactatione quadam, cunctisque moribus ad nuncupandam auditorum gratiam factus, vulgò habebatur in precio. Eâ sibi vmbra, tanquam re placens, existimabat vno se stare Burdegalæ Societatem: si ad Collegium Aquitanicum transfret; eo secum opinionem scientiæ, & auditorum frequentiam translaturum. Eadem spe dicuntur etiam aduersarij impulsisse. Quæ cum cognouisset Sagerius, ne pateret fuga desertori, quoad responsum à Prouinciali referretur; Collegij fores iubet diligenter asserruari, nec frustra. Impatiens moræ Pugetus duodecimo Kalendas Sextiles conatur erumpere, renitentemque Richardum Flaminium Theologiæ Præceptorem etiam vulnerat. Verùm per discipulos Pugeti, qui eum ex composito ad fores Collegij opperiebantur, ad Magistratum defertur indicium, inter-

interfectum ab Iesuitis Philosophum. Ecce tibi accurrit cum armata manu Gubernator, ac Iurati Ciues, qui nisi exhiberetur, renuentes credere. Pugedum viueret, tandem perpulere Sagerium, multa de vi, contumeliæque quoddam pacto in Collegium irrupissent conquestum; ut cum illis traderet apud Archiepiscopum asseruandum, quoad Præsidium Societatis voluntas cognosceretur. Incredibilis interdum est hominum an inscitia, an peruersitas? Cum passim probra, & conuicia in Societatem Pugerus spargeret, Collegij Aquitanici procuratores litem institerunt, ut eum haberent Magistrum. Iamque tota Burdegala Societas ea opprimebatur inuidia, tanquam Pugetum, & Collegium Aquitanicum per summam iniquitatem, ac sædum liuorem infestaretur; Hereticis vlcus exacerbatibus, ut ad ea exturbanda serio ageretur. Bis acta causa in Senatu est. Nec pudit pro se Pugetum fari: pro Societate Sagerius dixit: cui ita bonitas causa, solida & vera sapientia, Deus denique adfuit; ut ostentator, ac vantis Philosophaster, qui cunctos mortales, ne dum Burdegalenses Socios præ se stipites, atque umbras rebarur, planè infans, elinguis; atque id quod erat turbulentus, & Apostata apparuerit. Accessere ad Societatis causam Patronus Archiepiscopi, & Aduocatus regius: quorum auctoritate in auram secundam versa tempestas. Rector ipse Academia, qui in Senatu causam Apostatæ aliquando egerat, errore agnito, ad nos patrociniū vertit. Denique frequentia discipulorum, quanta nunquam antea, ut millenarium numerum superarent, instaurata sunt studia: quanquam à Sagerio indulgendum Academicis fuit, ut insignia Doctoris acciperet: negantibus se Disputationibus Collegij affuturos, nisi Doctor Præses esset. Pugeti opinio sensim euannit: præsertim cum ad colligendam eximij Oratoris famam è Perpiniani Orationibus vnā tantquam suam pronuntiaturus, cum is fortè rumor emanasset, ac multi in auditorio cum exemplaribus eius orationis constitissent, in furto manifesto deprehensus, rixum pro plausu tulit. Tandem è Societate penitus segregatus vitam non malam inglorius egit. Hos inter Burdegalensis Collegij fluctus, aliquot antè arnis accepta Mussiponti Academia cœpit institui. Mussipontum iam frequens vsus nominat Oppidum in Lotharingia (quod Pontem Amasonium alij, vel Mutionis vocabant) Mosella interfuerit, amenitate, ac feracitate soli aptissimam multis sedem, atque conuenarum frequentie vndique opportunam, Carolus Lotharingus Cardinalis, ut in loco memorati, suæ ditioni, vicinisque præsidium moliens, ibi sub disciplina Societatis generale doctrinarum Gymnasium statuit. Ergo rebus iam prope maturitatem, ac festinante Cardinali, inemtre Nouembri latinæ linguæ palestra tribus distincta classibus, & quæstionum conscientie explicatio cœpta: duobus & viginti Collegium incolentibus, quibus Edmundus Hayus, Franciæ Prouincialatu defunctus, præpositus est, Franciæque nouum Collegium subditum. Cæterum optimus Cardinalis de tota re catholica, deque Societate, cuius in Gallia patrociniū vltro assumpserat, plurimum meritis, vix primos Academicæ huius degustauit flores, ingenti damno publico, ereptus exeunt hoc anno mortalibus. Collegium Lugdunense Henricus Tertius Rex, vbi primū in eam Urbem è Polonia venit, Regina eius Mater, alijque viri nobiles præsentia sua cohonestarunt. Prolata in scenam à discipulis Inditha Tragicomœdia, quatuor Cardinalibus Borbonio, Estensi, Guisio, & Lotharingo adhuc superstite, cum Episcopis, ingentique Virorum Principum corona spectantibus. Turnone quartodecimo Kalendas Iulias noui Sacelli ædificatio inchoata. Camberij multum valuit, & ad leuandas Pauperum necessitates, & ad beneuolentiam Collegio publicam demerendam, quod in caritate annonæ multis vulgò præ inopia pereuntibus, Socij vltro per Urbem ostiatim stipem emendarunt, Pacarè, atque ordine cunctis in Hispaniæ Prouincijs fuebant res. Eoque minor annalibus noua amantibus materies. Cuncta vbiq; calebant nouorum ardore Prouincialium. Sed Antonius Cordus rationem quandam orandi à se inuentam spargens, vetitus alium docere modum, quàm à Sancto Ignatio in Exercitiorum libello descriptum. Vnicuique enim Religioso Ordini, ut proprium est destinatum, & vltimum quod spectat, ita eo perueniendi propria est via. Oratio in Societate non finis, sed adminiculum est ad

Hist. Soc. Iesu Tom. 4.

G

perfe-

72  
Sagerius pro  
Societate dicit  
& euincit.

73  
Mussiponti A-  
cademia insti-  
tuitur.

74  
Henricus Ter-  
tius Galliarum  
Rex ad Lugdu-  
nense Colle-  
gium venit.

75  
Camberij pau-  
perum neces-  
sitates leuantur.

76  
Hispaniæ res.

77  
Antonius Cor-  
dus nouum  
orandi modum  
introducere ve-  
lit.

perfectam cupiditatum victoriam, atque ad agendas res in proximorum auxilium, & maiorem gloriam Dei. Libello Exercitiorum, quæ ei oratio, meditatio, contemplatio apta sit, sat planè explicatur; neque captanda ex vna, alterâue vocula in eo fortè inserta occasio alienæ rationis ingerendæ; sed regiâ, atque vsitatâ incedendum viâ, vt diuinus ad nos fauor per ea, quæ nobis propria voluit esse, præsidia delabatur. Plurimæ in agros, & Oppida, singulari cum accolarum bono, habitæ excursionibus. Duo quoque ad redimendos captiuos pecuniâ, quam Magdalena Vlloa suppeditabat, Algerium missi, Pater Franciscus Turrius, & Franciscus Simonius. Nouem postulatu Regis, cum copijs in Belgium transportandis ituri ad Sancti Andreae Portum, quod exercitus erat edictus, venere. Præerat Classi Petrus Menendes, is, qui Florida præfuerat, quo sparsis morbis consumpto, multisque militum alijs infirmis, dilata expeditio est. Verùm Socij, cum expiandis militum animis, prohibendis criminibus, inferendis virtutibus, conatu maximo desudassent; multò tamen collegere maiorem ex opera ægris corporibus præstita caritatis famam: se se enim obliti, suasque vitas pro aliena salute denouentes; nullum vel fordidum, vel arduum prætermisere ministerium, quod posset solatio miseris, ac leuamento esse. Alijque deinceps submissi, vbi nonnullos eorum commune malum, vel laborum magnitudo affixerat. Et quidem sancto sub fasce Pater Andreas Martinus, cuius laboriosa eminebat industria, animam posuit. Mortuus & Didacus Canizares Gandiæ multæ virtutis, atque doctrinæ. Triguero Ferdinandus Guillelus quarto & sexagesimo ætatis anno, cum iam magnus natu ad Societatem se recepisset: vir potius supra, quàm infra modum asperitati, paupertati, despectui sui, precibus, ac meditationi deditus: cum tamen libentissimè Moderatorum se nutui subijceret, atque in proximorum procurandam salutem, pauperum ante omnes, agrestiumque effusè impenderet, Vicos ac Villas pedes peragrans, sarcinula sua onustus, durissimo victu, humi cubans in tugurio aliquo, vel templo. Quas res ea, quæ par erat, auctoritas, & sanctitatis existimatio, & gentium ad meliora conuersio sequebatur. Ipsi Ianuarij Kalendis decessit. In Lusitania dudum multi ab recta administrationis via in seueritatem nimiam aberrari conquebantur. Paucorum arbitrato longo iam tempore vniuersa geri, Ludouicum Consalium, Michaëlem Turrium, ac Leonem Henricium in primis notantes: qui, quanquam non præssent, tamen ipsos Prouinciales, atque Rectores regerent. Fontem autem erroris Ludouicum. Quippe is nascente Societate sub disciplina Sancti Ignatii aliquandiu eruditus, vt erat excelso animo, & perfectæ studiosus virtutis, quicquid seuerius viderat, audieratque; dicebatur pro rectæ administrationis vnica lege de prædicare. Noxas nullas ferendas in Societate, sed omnes, & quidem pæna, sensuque corporis vindicandas. Aliud homines bonos, aliud bonos Religiosos esse. Qui ad profectum non corrigerentur; amandandos: nec lenitate, sed seueritate vtendum, Sanctum Ignatium, cum audisset quendam leni tractatione ad officium redactum: pro pessimo id in religioso viro accepisse ingenio: nec multò post eum ab Societate defecisse. Superioribus cauendum; ne familiariter cum inferioribus agerent: & hos de industria exercendos pœnis, & mortificationibus. Hunc esse spiritum Sancti Ignatii: atque adèd Superiores nullo modo contentos debere esse pœnis, quas subiecti vltro sibi assumant; sed ipsos iniungere inopinatas. Hunc autem administrationis modum necessarium, præsertim in Lusitania, propter ingenitam hominibus animi excelsum: neque lenitatem Italicam ibi trahendam in exemplum. Et quanquam multi conquererentur Lusitanorum de duritie nimia; tamen re vera potius indulgentia peccari: quòd vel adolescere noxæ permitterentur impunitæ, vel non statim eijcerentur, qui corrigi nollent. Hæc, & his similia, vt multum dicendo valebat Consalius, & per se ipsa speciem pulchram perfectionis mentibus religiosis offerebant; facillè Prouincialibus, alijsque Præfectis persuadebat. Quæ ed iniquius accipiebantur à subiectis; quòd cum adhuc tantum in Aula vsu habuisset Consalius; non solùm ægrè ferebant in alienam se prouinciam obtundere; sed etiam aiebant aulicum hominem aulicam, & quasi regiam gubernandi formam in religiosam simplicitatem inuehere, ac timoris leges in imperium caritatis.

78  
Franciscus  
Turrius &  
Franciscus Si-  
monius ad re-  
dimendos cap-  
tiuos Algerium  
missi.

79  
Aegris infir-  
mantes Socij  
moriuntur.

80  
Ferdinandi  
Guilleli labo-  
riose missio-  
nes.

81  
Lusitanorum  
nimia seueri-  
tas.

82  
Ludouicus  
Consalius  
eius rigoris  
præcipuus au-  
tor.

caritatis. Tentauerat huius remedium mali Borgia, cum proximè in Lusitaniam venit, Iacobo Mirone visere Prouinciam iusso: quem cum ad meliorem usum multa flexisset, acriter, quasi disciplinam religiosam planè soluisset, plerique ex illa austeriore disciplina accusauerant. Igitur cum inualesceret morbus, ac præter quamdam quasi discessionem multi ab Societate desciscerent: neque defectionis causa appareret vehementior, quàm quòd beneuolentiâ mutua, quæ Superiorem inter, atque inferiores, tanquam inter Patrem ac filios necessaria est; mox fiduciâ, & communicatione simplici imminuta, ostium alendis animo amaritudinibus, prauisque consilijs coquendis patefactum erat, ac remedio obseptum; Euerardus florentissimam Prouinciam, secundum Brasiliæ, atque Orientis Seminarium, tantum auiditate immodicâ summi officij, & naturali animi altitudine, si fortè peccantem, moderari, ac perficere studens; Prouincialem Emmanuelem Rodericium, ex eo hominum genere, qui remissiores habebantur, delègit, propter existimationis suffragium. Nam cum aduersa opinio inualuit, agrè vnquam conueltas, quamlibet ipse facta commutes, preoccupatis animis cuncta in deterius interpretantibus. Et addidit monita Euerardus, quæ adscribam, vt quales ipse optaret Præsides documento sint. Statuebat in primis ad perfectam administrationem, neque caritatem, aut alias virtutes (quanquam in cupiditatum, sui que victoria plurimum sit) satis esse, nisi diuinitus donum, quod Sanctus Paulus inter gratis data enumerat, accedat: ac proinde ei dono impetrando insistendum. Et quoniam id nusquam imminutâ viri boni laude, possit abesse, non inde virtutem æstimandam: atque adeo, etiam si quid in administratione cuiuspiam desideretur; neque idcirco opinionem de eius virtute, aut reuerentiam minus oportere. Deinde statuebat Superiores, atque inferiores ita inuicem animatos debere esse; vt in Superioribus ad ferendas, curandasque inferiorum imbecillitates animus cerneretur planè paternus: postulare enim caritatem, & quodammodo iustitiam, vt qui ex amore se, tamque insigni liberalitate vltro subiecerunt; item amanter, liberalitaterque tractentur. Inferiores verò nihil de obsequij perfectione remittant, si quid humanum in Superioribus videant: quia sicut causa homini obtemperandi non virtutes eius sunt, sed, Christus, cuius refert personam; ita nec vitia, si quæ habeat, modò scelestâ non imperet, retardare obedientiam debent. His positâ, docebat in Superioribus ad regimen religiosum, atque profectum necessariam in primis auctoritatem esse ex duplici capite: altero virtutis, altero scientiæ, atque vtriusque ad regimen accommodatæ conflata. Et quod quidem ad virtutis opinionem pertinet; eam tibi conciliabis, inquit, si cures, vt subiecti planè intelligant, quicquid statuas, ac præcipias; eo duntaxat te consilio facere, vt Christo Domino, Societatisque instituto seruias, quòdque ipsemet ita conducere arbitreris. Si amorem æquè dispertias, ac præferas in omnes; sine discrimine personarum. Quibus ex rebus fiet, vt cum vsus monita, increpationes, aut pœnas exiget; ea sentiant abs te ex caritate, ac mente rectissima adhiberi. Deinde cauebis diligenter, ne subiectorum quispiam suspicetur, te de se minus rectè sentire, suæque virtuti diffidere. Hæc enim opinio beneuolentiam eius, qui subest, erga eum, qui præest, necessariam tollit, & spem infringit in eius gratiam aliquando redeundi. Quare animum despondet, atque incuratus, & insanabilis perseverat in culpis. Atque adeo prudens Moderator, etiam admodum imperfectis, præteritorum obliuionem, spemque eorum emendationis ostendat necesse est. Super hæc longissimè fugies humanas artes, ne locus suspitionibus aperiatur, quasi non aperte, nec bonâ fide agas: sed aliud foris ostentes, aliud intus recondas. Hæc enim suspicio fiduciam enervat, quâ se Religiosus totum paterno sui Rectoris animo debet credere. Neque calliditatis artibus potest mutæ nexus beneuolentiæ contineri, nec reuerentia, quæ ad absolutam propriæ voluntatis abdicationem, perfectionemque Religiosi obsequij requiruntur. Nec verò contineas in officio. & ad solidam virtutem instituas astutiæ magisterio homines Societatis ingenio, aliisque donis naturæ tantum pollentes: vt si agendum artificiosè sit; non facilè quisquam alteri concedat. Itaque veritas, ac solida virtus conciliet, alaque necesse est imperan-

83

A Iacobo Miro  
ve Visitate  
remedium pro-  
curatur.

84

Emmanuel  
Rodericus  
Prouincialis  
constituitur.

85

Euerardi mo-  
nita ad perfe-  
ctam admini-  
strationem.

86

Emmanuel  
Rodericus  
Prouincialis  
constituitur.

87

Emmanuel  
Rodericus  
Prouincialis  
constituitur.

tem inter, atque obtemperantem animorum, voluntatumque concordiam. Atque hæc quidem ad auctoritatem ex virtute colligendam pertinent. Quod autem ad scientiam spectat, illud est, vt persuadeant sibi, qui reguntur, scire eum, qui regit, suo per se fungi officio: neque aliunde pendere eum, aut quæ sui muneris sunt, alio ex fonte petere, quàm ex obedientiâ eorum, quibus legitimè subiacet. Ac neque hæc opinio satis vnquam in subiectis excitabitur, nisi ex vero: tuque planè noris, quæ te nosse oportet. Quæ binis capitibus continentur. Vt cognitum habeas qualis esse debeat, & vniuscuiusque familiæ, & singulorum membrorum Societatis cum exterior disciplina, tum interior, quam Religio præcipuè spectat. De vtrâque extant certa monita, ac leges explicatæ in Ministeriorum Regulis, & Communibus, in Examine, in Constitutionibus, in libello denique Exercitiorum Sancti Patris. Quæ omnia debet Moderator notissima, atque ad manum semper habere: & curare, vt etiam inferiores, quæ ad quemque pertinent, non solum norint, sed etiam sciant ipsi Moderatori optimè nota esse: quæ item ipse, vbi vsus requiret, modò priuatim, modò publicè explicabit. Hisce præsidij instruktus administrationem animo ingenti capeffat, doceat, moneat, excitet singulos, subleuet, & crebrò rationem reposeat, & quo se modo gerant recognoscat. Et quidem; quod exterioris disciplinæ est, ministeria cuique attribuat, quæ norit, ac possit exequi, adiumenta suppeditans diligenter, difficultates, quæ suboriuntur, cognoscens, cumque Deo, ac suis Consiliarijs de remedio deliberans, vt suauè Domini iugum suauiter feratur: atque constet, si remedium non adhibetur; nequaquam id per Moderatoris infortiam, & negligentiam, seu modicam caritatem stare. Quod verò ad disciplinam spectat internam; quia hæc præcipuè consistit in exuendo amore earum rerum, quas relinquendas Religiosa perfectio docet, in exercitatione, & conatu ad virtutes adipiscendas Societatis muneribus necessarias, in nutriendis, promouendisque bonis voluntatibus, ac desiderijs, quæ Deus Dominus noster famulorum suorum cordibus immittit; hisce inuigilet procurandis, obseruans cuiusque statum, quantum ei desit, vnde lapsus, quâ curari, ac prouehi ratione possit, adhibens idonea medicamenta modò cum vino, modò cum oleo: simul enitens, vt quisque sese exploret, atque pernoscat, & internam hanc disciplinam magnificiat, cupiatque progressum in ea facere, & suscipere suis infirmitatibus medicinam, sine qua præparatione animi nihil promoueas. Atque hæc exercitatio, veluti perpetuum quoddam tyrocinium, perpetua esse debet totâ vita, sicut perpetuæ sunt infirmitates, ad quas cognoscendas præcepta ex libello Exercitiorum de spiritibus discernendis, atque curandis animabus habere ad manum oportet. Denique quemadmodum alijs in rebus, ita in pastoralis hac curâ, atque industria, vbi quod in te est feceris; spei, ac fiduciæ summam repones in Deo: qui pro suâ bonitate sui Spiritus vntionem subministrabit, vt omnia dirigantur ad eximiam utilitatem animarum, & ad præparanda hæc eius instrumenta ad insigne ipsius diuinæ Maiestatis obsequium. Hæc in præsentia mihi se obtulerunt scribenda, quibus spero & te diligenter vsurum, ac ceteris, qui præfunt, impertiturum. Romæ octauo Idus Octobris. Hæc Emmanuelis Rodericij electio inopina, vt dixi, mirè omnibus grata accidit, etiam Patrum primis, qui videbantur seueritatis auctores, sperantibus vel meliorem administrationem Prouinciæ, vel clariorem eius aptè regendæ prudentiam orituram. Itaque adeo non timuerunt ex altera, quasi factione delectum hominem, vel commodis, vel nomini suo obfuturum; vt vltro subiectâ Patris Generalis voluntati sua sententiâ, totos ei sese dediderint, elaborarintque, vt auctoritatem ei conciliarent apud illos, apud quos plus pollebant. Præiuit egregio exemplo Ludouicus Confaluius, humillimè scriptis ad Prouincialem litteris, eique sese, perinde atque olim Sancto Ignatio, pariturum professus, & reuera præstitit. Neque eâ re minus obsequentis Religiosi specimen edidit, quod cum iamdiu ab aulicis expediri negotijs percupisset; vbi hoc intellexit Euerardo gratum fore, qui diligenter aduigilabat, vt Socios omnes ad religiosa claustra, & negotia ab aulis reuocaret; ita Sebastiani animum pertractauit, ac suauiter inflexit; vt missionem bonam concederet. Itaque Mauritio suo relicto, iam bonus senex, tanquam

86  
Ludouicus  
Confaluius ab  
aula recessit.

87  
Euerardus ab  
aulis suis abesse  
se volebat.

tanquam vnus è numero, in Eboresii Collegio audiendis discipulorum præcipue confessionibus sedulus infudabat. Ceterum cum Rex profectorem in Africam cogitaret, ad suas, vt aiebat, Arces recognoscendas; teneri Ludouicus non potuit, quin grauius ab eo consilio deterreret: & quia parum profecit, incerta humanorum casuum reformidans, nullo reliquo Regni subsidio, præ ægritudine in morbum lapsus, trahentem moras Regem in Africam rursus intulit obsecrare, & obtestari per literas, tanquam supremis verbis, ac voris, vt primo quoque tempore se Lusitaniam suam moestissimam ob eius desiderium redderet. Tum Rex commotus animo est. Continuo in Lusitaniam reuersus, Ludouicum iam Olyssipponem deportatum cum ijs literis inuisit. En, inquit, literæ tuæ: Ecce me: Vide quo apud me loco sis. Sed Pater ex eo morbo nunquam planè conualuit. Hoc anno Garzia Simonius, & Balthasar Alphonsus Sacerdotes, itemque Constantinus Rodericius, & Cosmus Gomis laici ad Angolanam expeditionem missi. Id Regnum in secunda <sup>Angolana expe-</sup> <sup>ditio.</sup> harum Historiarum Parte descriptum est: atque expositum ab Rege Angolano Patrem Franciscum Goueam, veluti in custodia retentum, eius opera multum vtentem. Iamque tradiderat ei è suis nobilibus duos, quos Christianos efficeret, spem suam quoque conuersionis haud modicam præbens. Ergo Rege Sebastiano, ac Præfecto Classis eodem Paulo Diaz, qui primum anno millesimo quingentesimo sexagesimo illuc tetenderat, instantibus, atque, si nihil aliud, certè vt Patris Gouea Barbaro eripiendi via tentaretur, concessi, quos dixi. Præfectus pridie quam conscenderet, Classarios omnes ad Sancti Rocchi domum adduxit, vt Sacrosancti patris robore vnà præmunirentur. Duos in Brasiliam profectos Sacerdotes, Didacum Mendem, & Franciscum Lopium Hæretici Galli cepere, ac spoliarunt, salute pro insigni beneficio donata. Interrogati num Papistæ essent; affirmarunt, atque adeo <sup>88</sup> è Societate Iesu Sacerdotes. Aliquot dies sub naui tecto prope ieiuni, nec sine vexationibus habiti, expectabant in horas, quid de se Hæretici statuerent. Trierarchus, in cuius erant potestate, vitâ donabat: Rostratæ alterius Dux deposcebat ad necem: incaluitque vsque eo eius perseuerantia, huius pertinacia; vt iam se ad decernendum armis accingerent. Tandem noluit Deus seruatorum suorum causam quemquam damnare. Hæretici inter se pacantur. Illi edito fidei præclaro testimonio Olyssipponem incolumes redeunt. Tres alij eodem submissi cursum <sup>89</sup> prosperum tenuere. Sed in Indiam cum Valignano Visitatore egregia operarum manus transmisit. Cui expeditioni Deo, qui earum regionum summam necessitatem <sup>90</sup> norat, ita res temperante, cuncta fauerunt. Nam cum lectum ex Italiâ manipulum ducens, in Hispaniam P. Alexander venisset; hinc, tanquam cœlitus demisso igni, plurimorum corda eiusdem profectio studio flagrantia reperit: & parem in Prouincialibus alacritatem, vel eum suam Prouinciæ incommodo, lectissimum quemque tradendi. Ergo cum ad quadraginta Olyssipponem conuocasset, eos, dum expectatur consensio, in Domus Professæ parte, propria mensâ, ac reliqua vita ab vsu ceterorum secretos instituit. E Prouincijs, Nationibusque diuersis congregatos gratia Christi, & secundus in Religione sancta natalis, veteri abolito nomine, maiorem in consensionem, ac germanitatem copulauerat, quam inter fratres dulcissimos natura conciliet. Toti ad comparandam profectorem intenti, spatio precationum longiore, exercitiorum spiritualium repetitione, crebris flagellis, alijsque asperitatibus, adeundis Noscomijs, & Custodijs, ita omnia obliuati erant mortalia; vt cum tantæ celebritatis Olyssippo sit, nemo vnus ex tanto fuerit numero, qui eius Verbis videndæ voluntatem Valignano significarit. Quod non sine causa ille admiratur: imò ne ad captandam quidem auram, ac liberiore in Cælo respirandum volebant egredi: nempe superuacuum existimantes, qui iam animo omnes noui terrarum Orbis erumnas præceperant, hæc querere laxamenta: sed potius studentes Europæ commoda vsu prius, quam migratione relinquere. Valignano, qui bis in hebdomada vniuersos publicè cohortabatur, eo præcipue insistebat; vt in singulis animarum Christi Domini emptarum sanguine sitim alens, magnam ad ministeria, & loca quæuis indifferentiam enutritet. Nescio enim quomodo <sup>91</sup> magis blanditur Iaponiæ nomen, & illuc vota plurimorum feruntur. Itaque ille <sup>92</sup> docens

88  
Angolana expe-  
ditio.

89  
Didacus Men-  
des, & Franci-  
scus Lopius ab  
Hæreticis cap-  
ti.

90  
In Indiam  
egregia opera-  
rum transmisit  
tetur manus.

91  
P. Valignano  
indifferentiam  
commendat  
Indias petenti-  
bus.



docens in animo sibi esse totam constituere Prouinciam, familias paulò numero-  
siores interponere, vnde & peterentur disponendi in stationibus, & quo subinde  
ad renouandam religiosæ disciplinæ severitatem, & spiritualis militiæ, quasi exa-  
cuenda arma, receptum haberent; omnes admonebat, vti planè persuaderent  
sibi, quàm necessaria ad id esset summa cuiusque obedientia, eademque quàm  
Deo grata sit, quàm propriè, & publicè salutaris. Cùm ita suos Valignanus insti-  
tueret; ipsimet salutaria monita Pater Michaël Turrius dedit. Nam cum eadem,  
quæ alicubi in Europâ, item in Indiâ inualuisse austerior gubernatio ferretur, ad  
eamque rem mitigandam egregiè animatus Valignanus iret; monuit eum sapien-  
ter Michaël: Primùm, vt quam conceperat mente lenitatis viam re potius tene-  
ret, quàm prædicatione vulgaret. Ne si tanquam Iobeleum annum denunciatis ad-  
ueniret (vt est procliuus lapsus ad mollia) subiret pro moderatione remissio: at-  
que inferiores, præterita cum præsentibus comparantes, notare, atque damnare  
gesta Præsulum, cum simplicis obsequij detrimento, edocerentur: quòd minùs  
cautè id in Lusitaniæ inspectione seruasset Miron; plus incommodi peperisse, quàm  
commodi. Deinde consilijs plurimùm vteretur: neque ad id adhiberet homines  
ad suum ingenium factos; sed publicâ virtutis, & prudentiæ fama commendatissi-  
mos: atque in consultationibus ita rem proponeret, suo occultato sensu; vt libera  
cuique relinqueretur in omnès partes sententia. Nam qui secus, inquit, facit, ne-  
quâquam lumen diuinum per Consiliarios querit; sed priuati sui iudicij comproba-  
tionem, & auctoritatem aucupatur. Rex quoque Sebastianus benignè concessit non  
modò tanto numero viaticum; sed etiam assignauit, vnde possent in Indiâ noua  
domicilia excitari. Ergo rebus è sententia gestis, relictoque in Lusitania Patre A-  
lexandro Villaregio, qui res Prouinciarum Indiæ, & Brasiliæ in eam vnâ inten-  
tus rem, procuraret; duodecimo Kalendas Martij duo & quadraginta de Societate  
in quinque distributi Naues, octodecim cum Valignano in principe euntibus vela  
fecere. In altum indè prouecti tam facillè Guineæ transmissere oram, plagamque  
torridam, ac bonæ spei promontorium; vt Valignanus hoc eam navigationem ha-  
buisse mirum diceret, quod nihil experta esset rerum, quæ alijs admirandæ contin-  
gunt. Mozambicum appulsi, hic primùm ex Ioanne Baptistâ Ribera, qui nauiga-  
bat in Italiam, cognito Prouinciæ afflictissimo statu, tot ereptis columinibus, ad-  
mirati sunt diuinam prouidentiam, quæ tantum adeo opportunè auxilium summit-  
teret: incitatieque ad sequendum, qui tam euidenter ducebat, omni conatu Deum.  
Reperere ibidem Franciscum Monclarum, ac Stephanum Lopium, sedulos, piof-  
que Sacerdotes, aliquot ante annis cum Francisco Barretto in expeditionem Mo-  
nomotopicam missos. Quæ expeditio, quia funditus prope coniderat; ipso, cum  
plerisque militum, & Sacerdotum etiam Nostrorum comitibus Barretto morbis  
extincto, vtrumque Valignanus, moræ pretium Mozambici præsertim tam laboran-  
te India nequaquam fore existimans, secum Goam peruexit. Ita quatuor & qua-  
draginta è Societate, & eorum sex & viginti Sacerdotes, tanquam è Cælo missi,  
cum res propè deploratæ habebantur, Goam appellunt. Valignanus quàm facillè,  
atque è sententia in Italiâ primùm, tum in Hispaniæ Prouincijs, ac præsertim in  
Lusitaniâ, postremò in longissimo ad Indiam cursu quicquid se obiecerat difficul-  
tatis cessisset; ac denique perpetuum quendam, præter morem humanarum rerum,  
auræ secundæ afflatum reputans, quanquam Deo gratias submissione animi  
maxima agebat; tamen tantam prosperitatem vix amabat. Apostoli Pauli verba  
formidans: Quis enim filius, quem non corripit Pater? Quod si extra disci-  
plinam estis, cuius participes facti sunt omnes; ergo adulteri, & non filij estis.  
Aggreditur statim administrationem: distributionem diurni, nocturnique tempo-  
ris in statas, ac certas actiones ad Europæ formam reuocauit, ex voluntate tum  
veterum, tum maximè recens aduectorum Sociorum: quæ res in posterum opti-  
timè cessit. Tyrones à Veteranis etiam mensa secreuit. Salsætanarum Ecclesiarum  
regimen, quod nuper Roma admonitus Emmanuel Texeira Archiepiscopi curæ  
permiserat, tum rogatu Antistitis, cui Pastores idonei non suppetebant, tum Chri-  
stianorum, quasi communi comploratione recepit; ita tamen, vt haberet Racioli  
Archie-

92  
P. Michaëlis  
Turrij monita  
ad P. Valigua-  
num.

93  
Sebastiani Lu-  
sitaniæ Regis  
liberalitas pro-  
mittendis ad  
Iudos.

94  
Felix Nostro-  
rum nauigatio.

95  
Valignanus  
cum Socijs  
Goam appellit.

96  
Multa ad reli-  
giosam for-  
mam decernit.

Archiepiscopus Vicarium, ad quem iurisdicção pertineret: & Nostros constaret non ex iustitia eo munere, sed ex caritate fungi. Collegio ibi Marganensi initium factum, veltigalibus à Sebastiano Rege attributis: vbi ludus literarius ad primam indigenarum puerorum eruditionem: nec multò post etiam moralium quæstionum, & Canarinæ linguæ in Sociorum vsum schola inducta. Ibidem corpus Patrum habebatur, vnde per Paræcias distribuebantur. Ei Collegio Antonium Acoftam perstudiosum Sallettanorum præfecit, Baziano reuocatum: quò Franciscum Monclarum Rectorem eius loco misit. Ad hæc Roderico Vincentio ex his, quos secum ab Lusitaniam duxerat, Prouinciali declarato, missoque Cocinum, ipse destinabat in Borealem partem proficisci, vilitationem auspiciurus: cum Deus consolari famulum suum voluit, & ostendere carissimi filij loco se illum, nequaquam extra disciplinam habere. Namque Octobri mense graues morbi iam reflorescens Collegium inuadunt, ipso in primis Valignano afflicto. Species erat miseranda, cum ad quinquaginta pariter ferè decumberent, & malum contagio serperet, & alij super alios quotidie inficerentur, eque semel prostratis egrè recreari quisquam posset. Quartum iam annum Goanum Collegium hisce morbis conflabat: & quanquam cuncta Vrbs post obsidionem admodum insalubris fuerat; tamen cum salubritas alibi rediisset, perstabat in Collegio mali vis. Franciscus Riera magnæ vir virtutis, ac prudentiæ è Prouincia Aragonia nuper aduectus, quem iam Collegio Valignanus præfecerat, ingenti omnium dolore extinguitur. Nec post multò Emmanuel Leyttorus iam pridem ipsa in India Societati additus eloquentiâ, auctoritate, ac ceteris ornamentis præstans: mox alij duo fratres. Ex vicinis quibusdam lacunis oriri vitium putabatur. Itaque consilio Dymæ Medici, qui & paruam ad id insulam suam commodauit, Valignanus iam non nihil releuatus, distribuit in varia loca male valentes: tum animo ad remedia simul diuina conuerso, reliquos in Collegio Socios hunc in modum alloquitur. Plaga, quæ annum iam quartum hanc Prouinciam, & hoc præcipuè Collegium vexat, sanè grauis est, Patres, Fratresque. Quid enim grauius, quam hoc breui spatio, in tanta operarum penuria, cum tot vndique, gentes auxilio destitutæ pereant, amplius octo & quinquaginta nobis, & in ijs præstantissimum quemque ereptos? Respirare videbamur subsidio nuper tam copioso, ac lecto ex Europa summissò: sed iam quo loco sit res videtis: paucis diebus magnarum partium, atque virtutum par Sacerdotum, ac Fratrum amisimus: de ceteris, quid futurum sit, Deus nouit. Gratiæ infinitæ sint summæ bonitati, quæ cum tanto bono eorum, quos ad se euocat, nos erudit, quos relinquit. Nam mihi quidem pro euidenti hoc pignore est Dei Societatem, & præcipuè hoc Collegium, ob res insignes ab eo, ex quo conditum est, in Religionis propagationem gestas amantis. Corripit enim Deus, quos diligit. Verùm æquum est, nos filiorum instar obsequiosorum ita hæc monita excipere; vt quid ex nobis postuletur inuestigemus: ne fortè Patris correctio in animaduersionem Iudicis euadat. Quid ergo est? Ad placandum succensentem Patrem, ad preces, ad ieiunia, ad sacrificia confugiamus. Expiemus confessione generali susceptas maculas, vota, vitamque totam instauremus: hoc petit Deus flagellis hisce: hoc est paternæ eius seueritatis efficacissimum placamentum, & idem saluberrimum nobis. Quod vt ordiæ, coniunctisque vniuersi animis, ac viribus exequamur; præter macerationem corporis, precesque, & sacrificia (quæ certo numero visum est indicere) id, in quo emendando, ex horum Patrum sententia, quos consului, vnumquemque summum adhibere conatum velim, quatuor capitibus complectar. Nam tametsi, Deo gratia, nec inesse multis, nec admodum grauius confido; tamen vitia sunt per sese grauissima, diuinæ beneficentiæ summè aduersa, & quæ celestium donorum ad nos fluentium, vt Sancti Viridocent, non solum quasi canales interrumpunt, sed etiam fontem exsiccant. Primum igitur in se quisque inquirat, erga alias Religiosorum familias quomodo se habeat, quemadmodum de ijs loquatur: ne fortè videamur nobis interdum, quam debemus Deo, explere iustitiam: & si quæ alibi incidunt infortunia, sic intueamur, narremusque, tanquam dicentes: Non sumus nos placetur, sicut ceteri hominum: assumentes nobis quodammodo in sanctitate, in literis,

97  
Collegij Marganensis initium.

98  
Graues morbi Goanum Collegium inuadunt.

99  
Valignani ad Socios adhortatio.

100  
Quatuor corrigenda in Notis, vt Deus placetur.

in

in auctoritate primum locum : qui nos omnium minimos profiteri, & existimare legibus nostris, atque adeo euangelicis institutis iubemur. Nemo sibi imponat. Vera sanctitas grata est Deo, misericors, & pia erga proximos, denique in vera, solidaque humilitate fundata. Connexum huic vitio est nimia, quam fortè sibi assumunt quidam, auctoritas in proximorum animis siue Lusitanorum, siue Indigenarum tractandis, tanquam dominari velint in populo. Nil contra suam voluntatem pati possunt, nullum austerius verbum, nihil quo perstringi, notariue videantur, fallaci quodam nomine decepti, quasi Societatis agatur dignitas. Latet sæpè sub hoc communis commodi inuolucro priuatum studium, quo quisque se, ac sua non salua modo vult, sed etiam excellere. Mementote quid professionis nostræ sit. Nonne studia nostra contraria studijs seculi debent esse? Nonne dummodo per nos causa nulla præbeatur, iniurias, & contumelias optare debemus, & Christi Domini insignibus indui? Tertio loco id velim quisque scrutetur sedulo caritatem adeo Societatis propriam quemadmodum aduersus tum æquales, tum superiores conseruet. Num querimoniarum nimium libera, num altercationes, num suspiciones, num delationes irreparent; in quo præire velim qui præfunt, cohortatione, & exemplis paterna erga omnes præferentes viscera: multum cauentes, quantum saluo officio fieri potest, ne cui graues, aut vilius amaritiei causa sint. Postremò, quæ potissima hisce Patribus causa videbatur huius plagæ, animaduertite, per Deum, Patres, Fratresque, quam vigeat, ferueatque amor, ac studium misellos hosce populos Indigenarum siue adhuc iacentes in tenebris, & potestate Satanae, siue iam baptizatos inuandis. Num quis sit, qui detrectet linguam addiscere, ne illorum commodis, tanquam viliori ministerio addictus, conluetudine Lusitanorum, & gloriola suggesti careat. Absit longissimè ab Societatis Alumnis sensus hic, & spiritus non Dei, sed Satanae. An lucem Europa reliquimus, vt in hoc Mundi angulo superbiæ seruiremus? Id vocatio Dei, id Regis voluntas, qui nos alit, id opinio de nobis concepta in Europa, & expectatio excitata postulat? Agnoscite in pusillis istis Christum Dominum: & quidem quò humiliores sunt, magisque destituti, & contempti; hoc in ijs magis eminentem. Singula illorum animæ pari pretio, atque maximorum Regum, & hominum sapientissimorum emptæ sunt. Spero diuinam Maiestatem, quæ nobis benignè admonitis hanc voluntatem noui de integro cursus ad omnem virtutem capessendi iniecit, & modum supplicio posituram, & daturam vires, vt penitus renouemur: quo sancta cum humilitate, modestia, patientia, caritate, Apostolicum hoc, & diuinissimum animorum negotium cum fructu vberissimo nostro, & proximorum, ad gloriam Dei tractemus. Hac Goæ cum dixisset, in eandem sententiam ad vniuersos Prouinciæ Socios literas dedit. Respexitque filiorum pia corda cælestis Pater, tanta in melius conuersione facta valetudinis; vt initio anni Collegium restitutum, studia, ac cetera munia repetita sint. Interim Rodericus Vincentius Prouincialis Cocinense Collegium ordinauit, loco Ioannis Capralis pessimè valentis, Rectore præposito Patre Francisco Perio. Bonus hic senex, dignusque Xauerij sanctitate, cui fuit carus, in Sancti Thomæ Colonia quartum annum agebat, magna in veneratione nostris, & externis, multa pro Christo faciens præclare, ac perferens. Nec multò antè cum rediret ex Pago Christianorum inter Coloniam Sancti Thomæ, & Nagapatanum sito, in manus Ethnicorum prædonum inciderat: qui, cum mitissimum Dei famulum nudum expoliassent, dein pugnis, calcibusque, & hastis, ac fustibus cecidissent, saucio capite semianimem reliquere. Quibus digressus ille tum pudore, tum noui metu periculi in dumeto delituit, quoad postero die ab Christiano adolescente totus eruentus, & latronum plagis, & laceratione spinarum repertus, eiusque vestium parte aliquantum tectus, reductus est domum. Interim in Amboino, ac Molucis, vt res Lusitana, ita & Christiana pessimo erat loco, ob diuturnam obsidionem, quæ Lusitani, cumque ijs Patres iam diu grauissimè premebantur. Haud melius habebant res inter Abissinos: apud quos P. Consaluus Cardosus similem martyrio vitæ finem inuenit. Ob Turcarum, & Galassorum incurfus dissipati, vt anno millesimo quingentesimo septuagesimo secundo memini, Lusitani, reliquique Catholici, cum alij ad regiam cum Francisco Iacobo Lusitanorum Præ-

101

Rodericus  
Vincentius  
Prouincialis  
Cocinense Col-  
legium ordi-  
nat.

102

Franciscus Pe-  
rius ab Ethni-  
cis Prædoni-  
bus male tra-  
ctatur.

103

Consaluus  
Cardosus simi-  
lem Martyrio  
vitæ finem in-  
uenit.

cto, alij Dambæam secessissent; ne præsidij carerent Sacramentorum, Patrem Cardosum, & Franciscum Lopium ad eos Patriarcha, & Emmanuel Ferdinandus miserè. Multi postea testati sunt, ingredientem iter Cardosum, planè denunciassè, se quidem ire, quoniam sic mandaret obedientia; ceterum nequaquam peruenturum: erant enim cuncta obseptis periculis. Deinde in via iterum affirmassè: se diem posterum nequaquam egressurum: quod planè euènit. Nam postridie irruentibus latronibus occisus est in obedientiæ, & caritatis sacrificium. Vir erat eximie virtutis, & labentis Abassinæ Ecclesiæ columen: strenuè in adiuuandis non solum Lusitanorum reliquijs, sed etiam Abassinis laborans, quorum linguam rectè iamdiu perceperat. Franciscus Lopius leuiter vulneratus euasit. Et quidem, vt testatur vnus comitum Abassinis, nomine Emmanuel, ideo non est confectus: quòd cum peruenisset ad viuum ferri mucro retortus est. Cardoso sublato, in solatium, & auxilium Patris Lopij Pater Emmanuel Dambæam migravit: Patriarcha, & Antonius Ferdinandus Fremone subterire: tum vt reliquias in eo Pago Catholicorum curarent, tum vt cœptam agriculturam ad aliorum quoque Patrum, & pauperum Catholicorum leuamentum, ne intermitterent, cum aliunde speranda subsidia non essent: tum maximè, vt si fortè auxilium Lusitanorum ex India, quod summè exoptabant, & flagitabant, appareret; præsidè essent rebus ordinandis. In Iaponia Pater Franciscus Capralis, vbi hyemis inclementia se infregit, Amangucianæ Ecclesiæ rebus compohtis, susceptam superiore anno peregrinationem cum Ioanne Iaponio comite Meacum versus repetit. Iter primum ad Regnum Aquiconuertit salutaturus Moridonum, omnium circa eum tractum Regnorum potentem. Omnia erant terrâ, marique infesta prædonibus. Nec temerè alij ea maria attingebant, quàm Pyrata: vt vni ex ijs permittere se Capralis cogere: quem non fidelem modò, sed officiosum adeo expertus est; vt latronem bonum appellaret. Nam & humaniter vexit, & accuratè ab injurijs aliorum texit prædonum, & graui implicitum morbo domi suæ dies octo hospitaliter habuit, dum Ioannes ad Moridonum Regem excurrit: postremò similem sibi nautam reperit, à quo Sacaium vsque perueherentur. Reliquere eum meliorem Patres, pollicitum ministerio infami renunciaturum, & tamen miserum, quòd inuentum Regnum Cælorum occupare nesciuit. Capralis, & Ioannes statim Sacai in Sangam profecti, quòd inflabat sanctior Hebdomada, quæ in ea Insula confluentibus vndique Christianis ceremoniâ magnâ celebratur: iamque ad eam rem Organtinus, & Laurentius aderant. Exanguis, & longâ valetudine, quâ nondum explicari potuerat, Capralis miserè confectus peruènit: sed breuè tum Christianorum humanitas, tum ex eorum feruore læticia recrearunt. Ipsâ Palmarum Dominicâ Nobiles quinquaginta sese in Templo publicè verberarunt: in quibus Sancius Sangandonus, & Siameon Iquenda Tangodonus, vnus è Præfectis Arcis Vacai, fuere. Die Paschæ quatuor & viginti baptismo consecrati, & septem in Castello vicino. Tum Patres ambo, Fratresque Meacum concessere gratulatione maxima Christianorum. Salutato Nobunanga, qui fortè in Vrbe aderat, rebusque cum Dynastis è sententia gestis, Capralis domesticis componendis institit. Pusilla erat familia: tamen alij post alios ad spirituales commentationes singuli octiduum secesserunt, inque vilibus ministerijs, asperioribusque corporis afflictationibus exerciti, postremò repurgatis generali confessione animis, instaurarunt magno fernore vota, recenti ad se totos, aliosque diuino cultui summittendos impetu capto. Dum Nobunanga Meaci fuit, multi ex Principibus audiuerè catechismum: quanquam non nisi primarius è Fosocauadoni domo veritatem complexus est. Postea apud Sangam gener Sangadoni Præfectus Arcis baptizatus est. In Arce Vacai, quæ Mioxidoni fuerat, postulatu aliquot ibi degentium Christianorum, Laurentius missus; cum inciperet catechismum explicare; irridebant Ethnici Christianos, quòd tam magnificis renunciarent Numinibus Xacæ, atque Amidæ, vt sese homini virgis casò, & Iaponiorum instar latronum cruci suffixo prosternerent. Sed placuit Deo, vt mox diuitias Crucis Christi sentirent. Nam vbi Laurentius ad eam venit catechismi partem, in qua immensum explicabat amorem, quo Iesus Christus Dominus Noster, non coactus,

Hist. Soc. Iesu Tom. 4.

H

sed

101

101

104

Iaponiæ res.

105

Publica in Templo nobilium Iaponum verberario.

106

Plures Ethnici die Paschæ Baptismo consecrantur.

107

P. Capralis domesticam Nobiliorum disciplinam curat.

108

Catechismi fructus.

109  
Ethnici qua-  
draginta Cru-  
cis insignibus  
decorantur.

110  
Alij multi Bap-  
tismo abluti.

111  
Variæ per Ia-  
poniam excur-  
siones.

112  
Patientis Chri-  
sti caritas, val-  
de Iapones af-  
ficit.

113  
In Bartholo-  
mæi Regis di-  
tione Euange-  
lium propaga-  
tur.

114  
Rex bellum  
pro Religione  
patitur.

fed volens, libensque salutis humanæ causâ, tot arumnas, adeoque acerbam mortem pertulit; illi ipsi modò vituperatores mysteriorum Crucis, vt est gens elatiore animo, sed liberali, & nobili; caritatis magnitudine capti, dedere manus: inensisque superstitionis patriæ symbolis, serio applicauere aures ad voces veritatis, rectèque institui numero quadraginta, Crucis sacrosanctæ, quam iam supra modum amabant, augustissimis insignibus decorati sunt. In Regnum Tambæ Ioannis Naitodoni accitu, cupientis nouum catechismi volumen à Caprali editum cognoscere; Aloysius, idemque Laurentius missi, cum ad quindecim leucas viginti Christianos equites habuissent obuios: dein ad radices Montis, cui imposita est Arx, ipsum Naitodonum, octidui spatio ad septuaginta militum confessione expiatis, & aliquot eorum, & ipsi Naitodono nunc primùm sacrosancto Christi corpore, quod magna cum lacrimarum copia suscepit, imperitis, quatuordecim præterea ad Ecclesiam adscribere: dum Ioannes ad Christianos Arcis Vacai Catechistam iterum postulantem profectus, corroboratis veteribus Christianis, tres insuper & viginti baptizat, non sine summo discrimine. Nam obsessâ interim ab hostibus Arce, non nisi inde post multos dies nobilis Christiani insigui cura, & quidem prope miraculo, ereptus est. Inter hæc admonitus literis Patrum ex oris Ximi nunciantium aduenisse Nauim ex India, & inde, atque ex Europa literas: vnâque Patrem Ioannem Franciscum Stephanonium, modicum, sed peropportunum subsidium, dum reditum parat Capralis, cum Patre Aloysio, & Laurentio ad arcem Tacacucui, quæ fuerat Vatandoni, septem à Meaco leucis, Darii, & eius filium Iustum Arcis eius Dominum confirmaturus excurrit. Postquam omnes è familia Christiani haud ampliùs viginti, confessiones peregere; Darius, vt ardebat studio fidei propagandæ, & quodammodo pudori sibi ducebat Euangelium tam alibi frugiferum, tam apud se sterile esse; certum ante, ac post meridiem tempus dicit, quo Primores edito signo ad catechismum conueniant. Laurentius Euangelistæ opus aggreditur, Capralis, & Aloysius precibus, & sacrificijs, & vitæ exemplis adiuant. Quippe maior, quàm pro audientium numero agebatur causa: cum arx in præcipuis totius Coquinai illa esset: & auditores plerique omnes è flore nobilitatis. Sub quintum catechismi diem, iam ferè sexdecim ad salutis partes vergebant. At vbi ventum ad amabile mysterium sanguinis Crucis Christi; quatuor & quadraginta veritatem amplexi, die memoriâ Sancti Apostoli Bartholomæi venerando, in nouam vitam è fœcundatarum cælesti spiritu aquarum sinu prodire. Tacacucui Sacaium Patres reuerfi, & hîc septem recens Domino genitis; alij Meacum, ad oras Iaponiæ extimas Capralis octauo idus Septembris iter intendit. Iam porta ingens Euangelio pandebatur in Bartholomæi Regis ditone, victoriâ, quam is ex hostibus planè admirandam retulerat. Vndique Ethnicis claudebatur Regulis Bartholomæus, qui iam diu Christianæ in primis religionis odio bellum aduersus eum gerebant. Importunissimus omnium erat Isaphæus Vxoribus eius germanus. Is acerbissimè odebat Christianam religionem: inter cetera viles, imbellesque per eam fieri animos iactans. Quare Bartholomæo sæpè verbis frustra concusso, sæpè insidijs ad necem appetito, tandem ad bellum apertum descendit. Sabbato secundæ hebdomadæ magni ieiunij, ex improviso per noctis tenebras, Bonziorum præcipuè proditione, Omuram Urbem ingreditur. Agebat in Arce Bartholomæus, nec satis munitione, multò minùs militari præsidio firma. Viri non plus septem aderant, ac femina in Vxoribus obsequio ad quadraginta. Ita deprehensus, Fratrem de Societate Iaponium in proximo habitantem accersit, si non vitæ præsidium, certè solatium mortis. Quem cum duobus præterea viris, vt ad se venientem conspexit; obuijs occurrens vlnis, & arctè complexus; bono sum animo, inquit, quòd scio eâ potissimum causâ, quòd Christianus sim, dominatum mihi, ac vitam eripi. Sub hæc pro more Iaponiorum, qui instante morte dant, & accipiunt quidpiam ab amicis; in monumentum benevolentie piacularem globulum, gemmas in Ecclesiâ Iaponiæ primordijs preciosissimas, cum Fratre permutauit. Frater tantam pietatem perspicuens, non ad fortiter modò obeundam necem, si opus sit, incipit confirmare; sed ad eximiam quoque spem de Dei ope, ac virtute concipiendam:

dam : eo verborum pondere ; vt proficeretur postea Bartholomæus , inde se , quamuis adeo humano nudum auxilio , victoriæ spem ingressum . Auxit eam spem sacrilega hostium impietas . Nam simul vidit subiectas Christiano Templo faces ; Ecclesia , inquit , conflagrat , ergo victoria nostra est . Nec Bonzium incendiarium diu pœna remorata est . Nam cum inter prædam templi repertum candidum amiculum , quod superpellicem vocant , sibi induisset ; eoque habitu exultans , & insultans incederet ; ab Ethnico milite , rato Christianorum Magistrum eum esse , mactatur . Isaphaës , quò Ciues ad sese pelliceret , retocato à rapinis milite , promulgari iubet , se non aduersus Ciuitatem , sed contra Bartholomæum adesse : concederent igitur ad sua tecta Ciues , & munia . Quo præconio cum populus se ei dedisset ; tamen fermè viginti fide nobiles , ac virtute penetrarunt in Arcem . Post meridiem admovente ad Arcem copias Isaphaë , Bartholomæus diuina plenus fiducia , dispositis per propugnacula mulieribus , quæ speciem bellatorum præberent , viros omnes , quotquot aderant , nec aderant nisi circiter triginta , in hostes emittit . Tollit clamorem muliebris ex Arce acies , IESV & MARIÆ sanctissima nomina innocans : cum eadem inuocatione repente gloriosus globus erumpit , maius quiddam humana virtute spirans : isque terror hostes inuadit ; vt in fugam præcipientes actos , Christiani amplius mille passus insecuti , cum vno , alteroue quisque hostilium capitum in manu victores reuerterint . Hac tam insigni victoria Ciuitate ad officium reuersa , quadringenti præterea cum armis Bartholomæo se aggregant . Quo ille numero instandum terro hosti ratus , ad Isaphaën profectus , turpissimum proditorem , cum malè multato exercitu , ex omni Omurana ditioe abegit . Hæc conspicati populi , ac Dynastæ , qui à Bartholomæo descuerant , ad eum sese paulatim retulere . Post hæc cum terrâ Isaphaës , Firadenis Fixus mari repararent bellum ; noctu tam seua extitit tempestas ; vt tam Classiarj , quàm terrestres milites , quodam cæco impetu , quasi lymphati , fugâ sparsim captâ , impedimenta , armæque in medio relinquerent . Contra quos Christiani egressi , multis interemptis , onusti spolijs rediere . Tum Bartholomæus quicquid ditionis amiserat recepit ; quædam etiam cepit ex hostibus , qui paulò post de pace cupidè conuenerunt . Non prætermisit occasionem commonendi Principis Pater Gaspar Coëllius in proximo agens . Iubet diuinam manum agnoscere ad ipsius defensionem extentam : gratum de beneficio esse : & quoniam tam præsens experiatur Numen ; ingenti animo contra impietatem tendat : quæque à Deo accipit , Deo reddat . Valere hortatus . Bartholomæus ipso Sanctorum omnium festo die , præcipuo Fano Omuræ in Templum Dei donato , iussit subinde Ciues omnium ordinum , interesse catechismo : quem cum Gaspar , & Michaël Vasæus è Xiquio aduocatus , exponerent ; tum qui antè defecerant reuersi ad Christum , tum alij amplius mille reliquo huius anni tempore conuersi : inter quos Dynasta Nagaix , cui Ioannes nomen impositum . Is magna pro Christo meditans , statim erectâ suis in terris Cruce , paulò post baptismum morbo captus , cum seuerè testamento mandasset , vt sui vniuersi domestici , ac populares vel Idola , vel patrium solum desererent ; per eos dies , quibus inter nos Natalis Christi recolitur , cælestem patriam natalem habuit , breui spatio ab impietate ad fidem , à fide renatus ad gloriam . In Brasilia ex Collegio Sancti Saluatoris ad beatam Societatem duo migrarunt , Ambrosius Regus adhuc tyro post longum morbum : non modò sine conquestione , & morositate ; sed etiam hilaritate mirâ toleratum . Ceterarum quoque virtutum specimen præclarum antè valens ediderat , præsertim humilitatis , vehementer rogato Patre Prouinciali , vt liceret ei in Coadiutoris simplicitate vitam omnem ministerio culinæ addicere . Et Ludouicus Mesquita , qui ex Lusitania cum duobus Fratribus Emanuele Dia , & Ioanne Solonia aduectus , ex nauigationis ærumnis causam mortis traxit . Visum est diuino factum consilio ad hominis declarandam virtutem , vt relictus per obliuionem in Naui ; quâ aduenerat , libellus nequaquam periret . Bis ea Nauis in Insulam Diui Thomæ intento cursu è Brasilia soluerat , bis vela tempestate interclusa retorserat , cum ad manus venit cuiusdam Nautæ libellus incomptus , & obsoletus , eoque ad Collegium delato pridie quàm Pater Mesquita expiraret , Nauis deinde prosperè tenuit

116

Sacrillega pietatem vindicant.

117

Insignis Christianorum victoria.

118

Bartholomæus Rex gratum se Deo ostendit.

119

Nagaix Dynasta Christianam fidem in suis domesticis exigit.

120

Brasiliæ res.

121

Ambrosij Regi in morbo constantia.

122  
Ludouici Mel-  
quicæ virtutes.

123  
Ioannis Pere-  
riæ, & Georgij  
Vellij laborio-  
sa, & fructuosa  
Milio.

124  
Excursio circa  
Vrbem Sancti  
Saluatoris.

125  
Barbatorum in  
Brasilia more  
immutati.

tenuit cursum. In eo libello reperta est cuncta eius expressa vita, multaque, & insignes perfectæ virtutis exercitationes. Inter cetera Dialogus legebatur, in quo Angelus custos docet religiosum de Societate, in quo fita sit Societatis perfectio, & quâ ratione possit verum se eius filium præstare. Multa etiam legebantur vota, quæ consuetis addiderat, & illud maximè: si quando eueniret, vt potestas sibi feret à Summo Pontifice ad alium quemuis religiosum Ordinem transeundi; se ei beneficio penitus renunciaturum: sique Societas vellet expellere, tamen in eâ vitam, saltem tanquam vnum ex famulis, finiturum. Anno ineunte longa in mediterranea suscepra peregrinatio est. Fama dudum ferebat esse in Brasilia interiore venas auri. Id exploraturus Ludouicus Brittius Prætor institit à Prouinciali, vt iturus in expeditionem militibus duo adderentur de Societate: quia ex Brasilijs Christianis nemo erat iturus, nisi eorum patrocinio tegerentur. Prouincialis, quanquam rem non probabat; tamen tum vt militum prohiberent iniurias ab innocentibus, & ipsis militibus auxilio essent diuinarum rerum administratione, ac præcipuè, vt suas ipsi multò pretiosiores auri venas, hoc est animas celo inferendas interim indagarent; Sacerdotem Ioannem Pereriam, & Fratrem Georgium Vellium ei laborum generi idoneos, & linguæ Brasiliæ peritos misit. Pereria eo tempore in Philosophiæ studijs versabatur, post annos multos in Brasiliorum conuersione transactos: sed humanæ Philosophiæ Cælestem, & Aristotelicæ Christianam præposuit, quæ homines docet non tam alia, quàm se nosse: neque animos inanitate inflat, sed caritate implet. Perrexere igitur ambo, vel vitam, si res posceret, pro Dei gloria, & adiumento proximorum parati fundere. In conseruanda inter comites pace, in Litanijs quotidie decantandis, in tradenda mancipijs Christiana doctrina, in facienda diuina re, sed maximè in coercenda militum intemperantia, & iniqua vi occupati mille terrarum leucas pedibus ferè nudis ob crebro intercurentia flumina processere, assidua ferè per bella: & quamuis aurum non reperere suum milites; suo ipsi voto penitus fraudati non sunt. Nam spatium quatuordecim mensium, qui in ea peregrinatione consumpti, super cetera ex pietate gesta, pueros ad quingentos grauius animam agentes saluari aquâ ablutos thesauris cælestibus addidit. Multa dictu admiranda de gentium forma, ac moribus: multa de solo, arboribus, lapidibusque narrarunt: quæ piget prodere, ne supra fidem sint: præsertim cum multa eorum ne ipsi quidem, nisi auditu cognorint. Minoris operæ, sed frugis vberioris fuit excursio circa Vrbem Sancti Saluatoris. Habet ille sinus recessus varios, atque multiplices, per quos sparsi Lusitani opulenti familias habent magnas, partim è Brasilijs, partim ex aduectis Æthiopijs in conficiendo saccharo, quo Brasilica negotia præcipuè continentur, occupatas. Ceterum diuinis subsidijs eæ familiæ prorsus carebant: multi ne baptizabantur quidem: plerique in pellicatu confenscere sinebantur. Per has igitur bini Sacerdotes, Laicique vagati Villas laborum, & ærumnarum, quas susceperere maximas, præclarum tulere pretium. Et quidem alter Sacerdotum, qui ad remotiores villas tetenderat, nullum faciebat finem defendendi tot animarum calamitatem, peroptans totam vitam ita peregrinando conficere. Adeo vsurpata oculis necessitas, & operæ utilitas commouebat. Sparsit Satan institutam hanc peregrinationem à Prouinciali, vt exploraret, quò quisque iure, & quæ possideret mancipia, num quæ ex Pagis Patrum curæ subiectis: quæ causa fuit, cur ad ergastula nonnulla accessus non patuerit: plerique tamen excepere, & habuere hospitaliter: nec suo sine lucro, non animi modò, leuato conscientie ipsorum onere, sed etiam rei familiaris. Mancipia enim, quæ frequenter fugâ se auferebant in syluas, vel deuorata præ desperatione terrâ se se vitro perdebant; multò commodiora sunt reddita. Iam in quatuor Brasiliæ Pagis ita adolefcebat humanitas, & quædam Europæa etiam vrbantitas; vt mirum videretur ex tam barbaris antè hominibus tam cultos euadere potuisse. Sed nimirum christianæ pietatis hoc est mansuefacere feros, & ex lapidibus Abrahæ filios excitare. Iam pudebat sine vestibus conspici, iam tractare incipiebant negotia, salutare inuicem in occurfu, seruare ciborum tempora, primores deducere, suam quisque etiam euntem, ac redeuntem ab Templo coniungem comitari:

tari: maximè autem frequentare diuina officia, ieiunia, & flagellationes. Inuisentem Patrem Prouincialem gratulatione, & celebritate maxima exceperunt: nec minori humanitate abeuntem: sed alio vultu, ac tantà quasi pertinaciâ prosequuti, vt egrè post longum spatium remitti domum possent. Instituit Prouincialis, vt per Quadragesimam singulis hebdomadis, reliquo anni tempore singulis mensibus festinè sextà pro conuersione gentium agmine procederent se flagris cadentes: quod eo animi ardore prestabant, & copiâ tantâ sanguinis; vt sine lacrimis spectari nequiret. In Pago Sancti Antonij, vbi pietas in primis florebat, visum est sanctæ hebdomadæ solennia celebrare. Ex Vrbe, ceterisque Pagis Patribus multis congregatis, confluxere item aliorum Pagorum Christiani, non pluuiâ, non fluijs retardati. Hos cum appropinquabant supplicantium ritu compositos, egressi obuiam item agmine Antoniani excipiebant summâ lætitiâ, ac rectâ deducebant in Templum. Hic utrosque accommodatâ temporis oratione Gaspar Laurentius alloquebatur, laudans peregrinorum pietatem, atque hospitalitatem erga eos suis commendans. Valere hic, & in alijs Pagis pia spectacula ad rudes animos sensu religionis pellendos. Nihil tamen ita efficax comperiebatur atque vsurpatio mysteriorum diuinorum. Itaque hoc anno, cum priore tantum semel concederetur, quater permissum est diuinam Eucharistiam sumere: tantam diuini cibi præferebant famem, tantus apparebat ex vsu fructus. Ipse tamen Prouincialis seuerè ante perterritabat petitores, num caelestibus mysterijs idonei essent: lætissimis, qui probabantur: è contrario mœstissimis, quibus spes vltra protrahebatur. Fœminarum duarum, vt in gente ea notabilis fuit vox, dum contendunt, vt sæpius anno communicare liceat; Altera si Deus, inquit, tantâ erga me vsus est liberalitate; cur tu Pater adeo eris parcus? Altera, si corpus toties suo reficitur cibo; cur animus reficiatur suo tam rarè? His lætus processibus Prouincialis Sodalitium Sanctissimi Sacramenti, & Valetudinaria pauperibus curandis in singulis Pagis instituit. Cœmeterijs quoque solenni cerimonîâ lustratis, & addito institutę superiori anno Sodalitati Misericordiæ, vt læti singulis diebus Pagum circumirent, inquirentes ægrotos, egenosque, ac renunciarent Patri. Vniuersis quoque hoc præscriptum, ne quem diem abire sinerent, quo die non aliquod ex misericordiæ operibus exercerent: incundumque erat de legis huius custodia interrogatos audire respondentes hos, aquam se eo die ægroto deportasse: hos dedisse cibos, quos præparauerant sibi: alios colloquio piarum rerum consolatos, & id genus. Multa, etiam tum ad catechesim spectantia, tum ad animum rite Pœnitentiæ, & Eucharistię præparandum Prouincialis composuit. Quæ Pater Leonardus à Valle Brasiliçæ omnium peritissimus, magna ex parte in eam linguam conuertit. Aliquot etiam Fratres ediscendę Brasiliçæ linguæ in Sancto Antonio collocati. Ipsa in Vrbe instituta est propria catechesis ad mancipia Aethiopica. Aperiebatur multis locis ianua Euangelio: sed maximè obstabat Brasiliorum formido, non audentium ad maritima descendere, ne ab externis redigerentur in seruitutem. Vt huic occurreretur incommodo, cum Sebastianus Rex è Lusitania Antonium Salemium misisset, diuisâ inter eum, & Ludouicum Brittium totius Prouinciæ administratione, eique Australiore attributâ, iussissetque vtrumque Prætorem cum Patre Prouinciali de iure mancipatorum ab Lusitanis Brasiliorum cognoscere, eorumque in posterum libertatem munire; præclara in eam rem decreta condita sunt. Interim magnam Prouinciæ partem calamitates duz vexabant, vna homines, altera belluas. Inter has defæuijt pestifera lues, vt strata passim occurrerent in syluis, agrisque Cernuorum, Aprorum, Pantherarum, Tygrum, & Antarum cadauera tetro odore latè oram fedantia, & mortifera vescentibus non solum hominibus, sed etiam feris. At homines sæuissimè fames exercuit. Est cibus vulgo Brasilijs radix, quam Mandiocam vocant. Namque tritici solum præ tenuitate potens non est. Inuectitio primi duntaxat Lusitanorum vtuntur. Pleraque terrarum syluæ habent. Vbi sylua succifera est, ibi Mandioca feritur: neque rursus in eodem loco, tanta est soli ignauia, nisi postquam se iterum sylua induerit. Seritur autem furculis vtrinque præcis. Hi multos in stolones fruticant, longitudine fermè tricubitales, crassitudine pollicis;

126

Eucharistiæ in Christianis famas.

127

Sodalitua, atque Valetudinaria instituantur.

128

Brasiliorum cibibus.



129  
Ciborum ino-  
pia pietatem  
excitat.

130  
Instituta sup-  
plicationes.

131  
P. Pinne cari-  
tas in paupe-  
res.

132  
Inferni penas  
speruens expe-  
ritur.

133  
In Prouincia  
Mexicana  
Scholæ litera-  
riæ inducuntur

134  
Ingens tempe-  
stas.

pollicis; qui rursus recisi pro semine sunt. Ac radicem sub terram agunt bulbo-  
sam, arundinum modo, quæ annuo spatio eruitur: si differas; putrescit. Ea ra-  
dix macerata aquâ, tum ad ferreas laminas crebris foraminibus asperas, perinde  
atque apud nos Caseus, affrictu in farinam districta, sine alia præparatione locum  
panis supplet: non iniucunda dum recens est: si paulum inueterauit; seu palato,  
sen stomacho arenæ, quàm escæ similior. Itaque in bellorum, & longarum modò  
peregrinationum vsum reseruant. Cuius tanta hoc anno fuit inopia, vt nulla pro-  
pe mercede parabilis inueniretur. Quæ fuit Collegio exercendæ tum caritatis oc-  
casio, consuetis elemosynis longè auctis: tum verò etiam tolerantia, cum ne mi-  
litari quidem mandioca vescentibus affatim suppeteret. Itaque cum fames præsen-  
ti malo populum vexaret, & ante oculos grassans in feris lues metu terreret; ad  
propitiandum Deum ipsi adolescentes Collegij auditores pio exemplo, multisque  
hominum, & mulierum nudo pede comitantibus, quater supplicationem insti-  
tuere, in sua acriter seuiantes terga, & sanguinis innocentis multum fundentes,  
Pernambuci hoc anno ad classem elementariorum, altera grammatices addita.  
Apud Illos ad famis incommodum accessit bellum ab Aymoribus natione om-  
nium maximè inculta, & fera, & humanis vesci corporibus sueta: eoque inex-  
pugnabili; quod nunquam in eodem loco consistat, repentinis incurSIONIBUS ho-  
minibus, & annonæ infesta. Minimè optanda, sed tamen opportuna erat hæc ma-  
teria Patri Pinne, domicilio illic Sociorum præfecto: cuius diligentiam, & carita-  
tem ita populus amabat, ac verebatur; vt cum aliò transferre eum Prouincialis  
vellet; alijs, atque alijs institutis publicè legationibus insliterint, ne tam difficili  
tempore vnico se illo remedio spoliaret. Quippe valebat multum dicendi vi Pa-  
ter, efficacissimè hortabatur ad labores, mirâ autem dexteritate affictos animos eri-  
gebat. Deinde inuisens ostiatim pauperes, & sacculos humero gestans, quod ab  
opulentioribus exorârât, ijs distribuebat. Ex ijs verò, quæ habebat domi, sine vilo  
diei crastini respectu, largiebatur, semper habens in ore, quod & res confirmabat:  
Date, & dabitur vobis. Itaque cum ad ostium domus magna confluerent pau-  
perum cateruæ; tamen ex piorum liberalitate suppetebat nihil habentibus vndè  
multos locupletarent. In Præfectura Portus Securi descendentibus è mediterraneis  
sylvis ad maritima indigenis aperiebatur porta non modica Ecclesiæ propagan-  
dæ. Sed licet gentis ferociam æstimare. In vno populorum, qui recens aduenerat,  
cum Patre sermone de rebus diuinis instituto ad pœnas Infernas disputando  
venisset, easque vehementer cauendas contenderet; quidam è turba in medium  
profliens: Sine, inquit, me illic descendere. Quid? Non ne is sum ego, qui  
cum ipsis Dæmonibus possim congregi? Si me cremare ipsi conentur; & ego il-  
los comburam. Visus est autem infelicissimus exitij sui vates. Nam paucos post  
dies repentindò occidit: quo reliqui in stuporem acti, aliquid obseruantia erga Pa-  
trem, & aduersus diuinas res hausere. In Prouincia Mexicana inducitur hoc anno  
literariæ scholæ. Non solum Moya Contreras electus Archiepiscopus Mexici à Pa-  
tre Generali, sed etiam Rex Philippus datis ob eam rem literis, vt Magistros miteret,  
contenderant. Ob eam causam sex non Sacerdotes, cum Patre Vincen-  
tio Lenocio Siculo missi. Tempestate, vt fama fuit, post eam nauigationem aper-  
tam, iactati sunt maximâ. Die Visitationis Deiparæ in altum euecti prosperè vs-  
que ad nonas Augusti tenuerunt cursum. Eo die ad Insulam Dominicam, ventis  
ex aduerso flantibus, in periculum adducti sese ad omnem euentum confessione  
comparant, Fratribus Nautas, vectoresque prædocentibus, Vincentio, qui vnus  
aderat in ea Naui Sacerdos, noctem, diemque audiente. Sed id prælium potius  
calamitatis fuit, quæ ad Insulam Iamaicam Cubæ ad australe latus oppositam  
exceptit. Feriebant carthesium fluctus: cumque aduersi inter se magno strepitu  
venti concurrerent, immensæque nunc aperirentur voragines, nunc aquarum  
montes exsurgerent; item Nauis nunc abripiabatur in ardua, nunc deijciebatur  
in præceps: laceratis interim, abreptisque velis, malis cunctis infractis, tota nauis  
corpore quassato, à puppi, vbi ingens hiatus tanquam fenestra patuerat, rapido  
veluti flumine decurrente, iam non tam in mari Nauis, quàm mare in ea natabat:  
arcas,

arcas, Nautasque nunc rapientibus undis, nunc ex mari in Nauium reiectantibus: precipuum è septem, qui ad clauum laborabant, illis vastis unda occæcauit. Nec melior ceteræ Classis erat conditio. Duas videre naues pereuntes, alteram haustam fluctibus, alteram vadis infixam, tertia quoque mox periit. Totidem in diuersa raptæ incerto diu euentu. Sedatâ post biduum tempestate, cum vnum è tabulatis Nauiis deiecessent ad aliquid mali componendum, & in vexillum vestem, quæ ferebatur in mercibus confussent; aliud minus euitabile malum propè consumpsit. Cibaria vel abstulerant undæ, vel falso infecta tabo corruerant. Aqua tam terribilem odorem conceperat; vt cum admoueretur ad os, oporteret manu præstruere nares: neque ex ea nisi ex dimenso, parceque dabatur. Ita grauissimas inter incommoditates, longo diuinæ clementiæ experimento, cum vel secunda aura violentior, ita labefactam, immunitumque nauigium potuisset demergere, menstruo cursu in nouam Hispaniam peruenere. Horum aduentu, aliorumque ibidem admissorum accessu ad septem & quadraginta Mexicani Socij peruenere, aduocatis quoque, qui Habanæ è Floridana expeditione supererant. Nam cum ea expeditio non procederet, præsertim postquam Petrus Menendes, qui constantissimè ad hanc diem sustentarat, ab Rege Catholico primùm classi, quam apparabat in Belgium, impositus, ac deinde mortuus est; neque Habanæ in præsentia idonea labori materies offerretur, Sancius Prouincialis Mexicanus Patrem Antonium Sedennium, & Ioannem Rogerium, duosque Fratres Ioannem Carreram, & Salsedum expeditionis eius reliquias ad paratiorem messem vocauit. Postridie diei Sancto Lucae facti prægressâ solenni Musarum pompâ, quam Prorex, Magistratusque Urbis cohonestarunt, Scholæ apertæ quatuor. Eas etiam scholastici frequentare ceperunt Collegiorum, quæ Prouincialis instituerat: qui prosperum videns eorum successum; in eo erat, vt proprium Mexicanis quoque indigenis, qui summè id optabant, moliretur. Interim cæpta superiore anno eam gentem ad pietatem excolendi studia, non solum retenta, sed aucta sunt. Destinatus Sacerdos est, qui sanctioribus diebus verba illis faceret: alter, qui confitentibus aures præberet: aliquot etiam Fratres, qui per Urbem incedentes, ac magna ducentes agmina, fixo identidem gradu sanctæ fidei capita in compitis explicarent, magno audientium iuxta ac spectantium bono. In Peruiam nullum penetrare hoc anno subsidium potuit. Ioannes Plaza destinatus superiore anno eius Prouinciæ Vistator Madritum cum venisset, Indici consilij Præsidem reperit, acceptis ex Peruuia literis, nonnihil querimonijs, quæ ibi feruebant, imbutum: præsertim quòd Peruuorum cura abnueretur. Sed cum Pater exposuisset causas, quæ Societatem remorabantur, ac præsertim eam ob rem se à Generali mitti, vt iniretur via quàm saluberrimè in eius gentis institutionem incumbendi; tandem Præsides benignè subiecit: ite, ac degite vbi vultis, & quomodo vultis: nam vos, vbicumque sitis, fructus feretis. Deinde Rex non solum in viaticum; sed etiam ad parandos libros largè suppeditauit. Rebus ita comparatis, sexto decimo Kalendas Februarij Classis vela fecit. Vnam, eandemque Nauium è Prædicatorum Ordine Fratres ad quadraginta, decemque è Societate cum Plaza conscenderant. Patres Balthasar Pinna, & Iacobus Suarius in magno Almirarchi Mioparone vehebantur. Nam cum successurus in Plaza vicem, si quid ei humanitus eueniret, Pinna proficisceretur; iussit Generalis diuersis ire nauigijs. Ceterum Diabolus illam quasi sacram Nauium tot Religiosis, contraque ipsum tendentibus refertam præcipuè notasse visus est. Postridie quadraginta leucas prouectis, inclinato in noctem die, gubernaculum frangitur. Continuo Nautæ edunt bombardæ signum, quo de morte laborantia nauigij ab Classis Præfecto auxilium petunt. Ausus quin etiam est, quanquam turgido mari, Gubernator in Scapha pergere coram calum nunciaturus. Interim vehemens stridebat ventus, & oneraria clauo destituta, aquæ multum recipiebat: sic vt non Religiosi modò, sed ceteri quoque vectores, ac Nautæ non de conferuanda magis vita cogitarent, quàm de morte in Dei amicitia oppetenda. Nec post multo Præfecti missu Mioparo Almirarchi, in quo Pinna, & Sancius vehebantur, aduenit solamen, ac spes magna periclitantibus. Sed erat difficile remedium, præsertim iam se intendentibus tenebris, ac pelago fauiente.

Illud

135

Studia instaurantur.

136

Catechisis in compitis explicatur.

137

Nauigationes in Peruiam.

138

Tempestates inuadunt.

Illud in præsens consilium visum est commodissimum; ut oneraria Mioparoni alligata traheretur. Magno igitur labore alligatur. Verùm iam ob vim venti, & aquam, quam oneraria plurimum hauriebat, Navigium vtrumque periclitabatur. Itaque explosis bombardis ad auxilium iterum ab Classe petendum, retinacula maturè soluunt. Tum verò planè de se actum rati, qui clauum amiserant, etiam destitutos suspicantes, totam noctem egère infomnem, in leuanda sentina occupati. Vbi rarefcere cœperunt tenebræ, reuixere, conspecto iuxta Mioparone, quod Nauarchus vir bonus suapte sponte, & rogantibus Suatio, & Pinna optimâ fide substiterat. Is ubi aliam restare nullam salutis viam vidit; vectores onerariæ omnes in suam Roftratam scapha traiecit. Ita illa cum rebus vniuersis, ac mercibus ad centum millia aureorum nummum estimatione, fluctibus hauritur. Iam Classis longè præcesserat: quam consequi frustrâ conati, quia aduersus retardabat ventus, tantumque hominum accesserat, nullo addito comiteatu, velis retro conuersis, postridie Gaditanum in portum inuehuntur. Tandiu deinceps aduersa tenuit tempestas; ut amissâ spe assequendæ Classis, cum iam etiam timor à Pyratibus increbresceret, dilata sit in Septembrem nauigatio. Religiosis, ut ait Plaza, eo periculo non voluntas imminuta est pretiosas animarum merces querendi ex altero Orbe, sed aucta conscientiæ custodiendæ cura. Et Rex ubi rem cognouit, multum delectatus Seruorum Dei alacritate, atque constantia; iussis iterum, & benignius præberi viæ subsidijs, alijsque adiumentis; dixit non se dubitare, quin ea calamitas cessura esset in maiorem Dei gloriam. Apparuit etiam Comitissæ Nieblæ, & Ducum Methymnæ Sidoniæ caritas in alendis magna ex parte Patribus, dum nauigationem expectant. Petrus Guerrerius Archiepiscopus Gratanensis, ut qui ante multum rogarat Euerardum, ne abs se Plazam, cui plurimum tribuebat, abiungeret; voluntatem Numinis ex illo euentu interpretans, nequaquam occasionem prætermisit rursus instandi: sed eâ optimus Antistes præparatione animi, & æquitate ad partem vtramuis ex nutu Generalis pendebat; ut non grauaturè repulsam nunc quoque tulerit. Tertiodecimo Kalendas Nouembris repetitâ nauigatione, tribus ad priorem numerum additis Socijs, quindecim discessere. Tum etiam nonnulla Visitatori obiecta mora. Sic enim, quod ille conscenderat nauigium, ipso in portu vado inhæsit, ut non nisi postero, quàm Classis abierat, die potuerit vela facere: ad Insulas tamen Fortunatas Classem assequuti sunt. Indè digressi in noua Carthagine Natalitia Domini celebrarunt. Interim in Peruvia magna erat Visitatoris expectatio, non tam turbarum domesticarum causâ, quæ die confensescabant, quàm ut de Collegijs, quæ multa petebantur, transigeretur. Primo anni die Circumcisione, ac Sanctissimo nomine IESV insigni, nouum in Templum Collegij Limensis Sanctissimum Sacramentum transfatum est. Templum nulli erat eorum Regnorum inferius. Ad dexteram Aræ maximæ ornato in fornice collocatum est Lignum Sanctæ Crucis, Roma cum idoneo testimonio olim missum. Ad læuam Beatæ Virginis effigies Roma item deportata. Prouincialis Portilli opera etiam Cœnobium Sacrarum Virginum, sub Diuinitissimæ Trinitatis appellatione, extructum est. Mortuo enim opulento iuvene nullâ relicta sobole, auctor fuit Matri eius, & Coniugi eo suas facultates conferendi: quod fecere, seque ipsas in primis dicarunt: certâ insuper decretâ pecuniâ ad octodecim inopes puellas alendas. Iosephus Acosta susceptam superiore anno peregrinationem prosequens, Arequipam Alphonso Barzana aduocato, qui populi studia conseruaret, atque ipsius leuaret desiderium; ad Urbem Pacis cum Patre Ludouico Lopio, & Fratribus Consaluo Ruitio interprete, & Ioanne Casafola iter intendit. Ex itinere ingressus Prouinciam Ciucuiti, quæ colonis Peruiæ totius frequentissima est; lacum in eo Regno celeberrimum Titicacam, octoginta leucarum circuitu, vidit; ex cuius fossa emissaria alter lacus efficitur, quem Pariam vocant. Is ibi intermoritur, vel subterraneis aquâ meatibus delabente, vel sensim euanescente in exhalationes. Accolunt hunc populi, quos Vros vocant, omnium mortalium simplicissimi, qui in Totora penè habent omnia. Totoram autem vocant genus Innci in lacu proueniens. Eius radicibus, tametsi minimè laudato cibo, victitant. Ipsi verò Inncis non solum stiores conficiunt; sed & domos ædificant, & contextunt scaphas, earumque vexilla: denique eisdem vrunt pro lignis: ta-

139  
Comitissæ Nieblæ, & Ducum Methymnæ Sidoniæ caritas in, Nostris.

140  
Collegij Limensis recens Templum.

141  
Cœnobium Sacrarum Virginum extructum.

142  
Vriæ per Peruiam excursiones.

men & ex his habet Deus, quos destinauerit Cælo. Vnum grauer ægrotantem, tanquam minis mysterij capacem, nondum expiatum baptismo, cum vehementer expeteret, Pater Ludouicus Lopius lustrauit: alteroq; post die expirauit; ea tantum iterans verba: Domine quando me fecisti Christianum; etiam voca in Cælum. Reperere post hæc ad oppidum Tinguamacum, quod indigenæ habent, vestigia veterum ædificiorum sanè mira. Nam visebantur lapides egregiè perpoliti duorum & triginta pedum longitudine, lati vnde viginti, alti decem. Vbi ferunt initid, spe ingentis cuiuspiam thesauri, explorantes Hispanos inuenisse caput inane aureum, cum persona item aurea, notis inscripta, quas nemo vnquam potuit explicare. Ad Urbem Pacis Ianuario abeunte venère. Hic dum iam tertium mensem eodem, quo nuper Arequipæ, modo pietatis vrgent negotia; accersitur à Prorege Acofca Ciuquifacam, octoginta leucarum itinere, quam pridie Kalendas Maias intrauit. Est Ciuquifaca caput Prouinciæ Ciarcaram, alio nomine, Vrbs argenti dicitur. Ibi forum regium est, Cathedralis Ecclesia, ac Cæli temperatio commoda, tamen in montanis. Circa sunt opulentissima eorum Regnorum argenti fodinæ. Indè est transitus in Prouincias Tucumani, & Sanctæ Crucis, ac plana, quæ immenso tractu ad mare protenduntur: perque flumen magnum Paraguai, quod amplius quingentis nauigatur leucis, potest habere commercia cum Prouincia Fluminis argentei, cumque Brasiliæ. Quibus in locis hominum adhuc Deum ignorantium innumerabilis multitudo degebant: & alicubi Christiani, sed solùm tincti: cum trecentarum leucarum spatio, non nisi vnus inueniretur Sacerdos. Ad eas Nationes commeandi porta est Ciuquifaca: sed eadem supra modum tonitruis, ac fulminibus obnoxia. Hoc enim habent Peruvia montana, imbribus, fulgoribus, tonitribus subiacent: plana potius rore, quam pluuia madescunt: tonitru ac fulgur portenti simile est. Exceptus est Acofca perhonorificè: spatioque bimestri, quo substitit: in platea, Temploque, ipse hispanicè, Confalvus autem comes peruicè differentes, ceteraque exercentes munia Evangelicarum operarum, præclarum fecere moræ pretium: ac Senatus statim ad Prouincialem de Collegio instituendo scripsit. Causam, eor à Prorege accersitus esset, eam reperit, quod expeditionem aduersus Ciriguanos ferocem, ac barbaram gentem meditans, vellet secum abducere. Sed Acofca milite ad Pilcomaium amnem expiatio, quia alia habebat Prouincialis mandata, iter Potosum vertit. Potosum viginti ab æquatore in austrum gradibus iacet, in adeo infelici tractu, frigidoque, & procelloso; vt profus esset inhospitale, nisi frequentaret argentum, quod ibi maximâ copiâ effoditur. Quid enim cupiditati asperum, aut formidolosum in viscera terræ, & proximam Tartaro latebras penetranti? Ergo & Indigenarum ad quinquaginta millia ferebantur incolæ, & externorum negotiantium magna vis. Sed vt eam frequentiam cupiditas maximè, quæ omnium malorum radix est, conflagrat, ita fama ferebat vitorum illic tanquam colluuiem esse: præsertim cum ea esset ratio maximi quæstus, si externus vir Peruuam fœminam assumeret concubinam. Tum illa multò impensius ei, quàm quodlibet mancipium laborans; magnas breui parabat diuitias, Coca in primis legenda, quæ maximam Peruuæ mercaturam continet. Ea est herba pusilla, Saligno folio similis, tam perditè Indigenis in amoribus; vt non nisi in ore ferant, ac sese, si opus sit, venditis parent. In facili igitur est cogitare vbi intemperantiam extumulabat auaritia, infamique commercio iungebantur, quis locus virtuti relinqueretur, quæ monstra existerent. Tamen ea, Deo miserante, consecuta mutatio est; vt fieret, quod Sanctus Paulus ait: Vbi superabundauit delictum, superabundauit & gratia: adeo vt non solùm abigerent pellices; sed etiam rationum tabulas ad Patrem certatim ferrent recognoscendas. Illud tanquam miraculum vulgò spectatum est, quod cum neque Quadragesima esset, neque Iobelæum; tamen homines circiter centum diuinæ mensæ eodem die accubere. Diuersabantur in ædibus Parochi, qui populum Carangam curabat, per cuius absentiam etiam Parochi munia exequuti componere, quod tota in ea peregrinatione obseruarant, Peruuorum exiguos in religione profectus maximè ab penuria Magistrorum esse. Iuuit vehementer apud hos Christianum opus, accitus ad auxilium Barzana: postquam per Cincuiti Prouincias, & Omassui vtilem peregrinationem habuerat: qui statim cœpit habere conciones lin-

Hist. Soc. Iesu Tom. 4.

I

guâ

143

Tinguamaci  
Veterum ædifi-  
ciorum vesti-  
gia reperiun-  
tur.

144

Acofca Ciuqui-  
facam venit.

145

Ciuquifaca  
magnis toni-  
tribus obnox-  
ia.

146

Potosi ius, &  
argenti fertili-  
tas.

147

Coca herba  
maximam Pe-  
ruuæ mercatu-  
ram continet.

148

In Peruvia o-  
perariorum pe-  
nuria plures  
non proficiunt.

guâ Aimaricâ, quæ ab communi multi discrepans totum per Collaum, spatio ducentarum leucarum funditur. Eam Barzana nullo magistro tribus mensibus didicit. Sanè donum linguarum videbatur diuinitus consecutus: adeo confidebat quamcumque linguam brevè se percepturum, & redacturum in artem. Exemplo eius incitatus Acoſta, & ipſe communem linguam brevè perdidicit. Summa enim profectus cum indigenis in linguæ ſcientia vertitur. Barzana, & Lopio, & Conſaluo Potoſij operi vrgendo relictis, Limam extremo Oſtobri accitu Prouincialis Acoſta redijt. Dum hæc in aſtrali Peruuia hi gerunt, in borealem excurrit cum Socio Pater Ioannes Gomius. Mari primùm Quaiquilum tetendit ducentis quinquaginta leucis Limâ: inde Concham, Loxam, Piuram, & alia Oppida interiora fructu inſigni: ſeptem menſum ſpacio, plurimis vitæ totius exceptis confeſſionibus, materiâ ingenti peccatorum ſummotâ, excitato Sacramentorum vſu, percurrit.

149  
P. Gomius in  
Americam  
tranſit cum in-  
ſigni fructu.



HISTO-

# HISTORIÆ SOCIETATIS IESV PARTIS QVARTÆ

A.D. 1575.

Liber Tertius.

Soc. 36.



ANNVS iam Iobelaus, & Sanctus adest, qui Romanæ Societati, vti ceteræ Vrbi, ex confluentium vndique Peregrinorum vi, copiosam latè explicandæ caritatis materiam obtulit. Opportunè Pater Generalis prouiderat, vt ex varijs Nationibus lecta idoneorum Sacerdotum adesset manus. Hi Professorum in Templo, & ad Sancti Petri Pœnitentiariorum auxiliares, diuersarum linguarum peritiâ, & tractandarum scientiâ animarum pro virili contenderunt: vt peregrinantes suscepti laboris, atque impendij pretium quàm vberimum ferrent: non sibi modò, sed & suis, & Patriæ. Immenus confessionum magnam partem à prima recti, prauique notitia, exceptus est numerus, labore sanè inæstimabili: cum assiduè ingens præstolantium corona sellam confessionalem obsideret: nullo, quàm longus fuit annus, laxamento, nec discrimine festi, profestique diei. Multi aduenarum ad Sancti Andree per Exercitia spiritualia reformati, qui totos se novos homines, & sanctitate plenos ab sancta Vrbe domum referrent: graues plerique viri, ac transmontani, quorum inter populares multum habitura vsum religio speraretur. Ex Romano Collegio supra vtitata vulgaribus annis in publicum studia, longo tempore terni, quaterniue in Sanctissimæ Trinitatis Xenodochio Peregrinis inseruière, vbi frequentia hospitium prima. Nam cum semper prompta sit aduersus aduenas Romana benignitas; tum sancto illo tempore largè se prodit: probatque se Roma cunctarum gentium, si non sat patriam, pietate certè parentem. Itaque super id, quod Cardinales, Dinastæque Romani, & passim priuati Ciues ad se perquam liberaliter suos populares, aut quapiam necessitudine obstrictos, ad hæc multos omninò alienos recipiunt; Sodalitia multa sunt, que hospitalitatem publicè exercent, præsertim in aggregatos sibi per Italix Vrbes, & Oppida eiusdem instituti cœtus. Verùm, quæ ab Sanctissima Trinitate nomen habet Sodalitas, hæc propriè assumpsit prouinciam, nemine vt reiecto, cuiusuis ætatis, atque ordinis seorsim viros, ac fœminas gratuitò excipiat: quod non tam proficetur magnificè, quàm exequitur pulcherrimo spectaculo caritatis. Etenim dena interdum hominum millia, eoquæ amplius (nam oppidatim ex vicino concurrunt) eodem die confluunt, ordineque miro, prouidentia summâ, caritate splendidâ, constantiâ indefessâ omnibus satisfaciunt; lauant singulis pedes, & osculantur: nec solùm lauant; sed purgant resectis vnguibus, & callos ex via contractos, & pustulas curant, ad mensam ministrant, sternunt lectos, lacrimantibus plurimum præ pietate, quibus talia exhibentur officia, vel pudore confusis. Etenim viri honestissimi è Sodalitate sunt, ceterique auxilio sponte accurrunt è prima nobilitate, ipsique Cardinales, & non rarò Sanctissimus Pater: qui, quæ dixi, ministeria suis tractare manibus non exhorrent ergà vel infimæ fortis homulos, & turbam agrestem. Tanta vis est gratiæ Saluatoris, tantumque in generosis pectoribus habent pondus verba, quibus quæ in minimos è suis conferuntur, collata in se ducturum recepit. Horum igitur præstantium operum Collegij Romani alumni, vt venirent in partem; non solùm prædicta obsequia adhibebant corporibus; sed etiam in edocendis per circulos rudioribus necessaria scitu Religionis dogmata, in explicanda Iobelæi rite suscipiendi forma, in præparandis ad confessionem rectè instituendam, in exhortandis ad nouum vitæ cursum ineundum occupabantur. Quam per occasionem non modò Catholici multi

<sup>1</sup> Iobelaum incipit.

<sup>2</sup> Scholares Collegij Romani in Sanctissimæ Trinitatis Xenodochio peregrinis inseruiunt.

<sup>3</sup> Sanctiss. Trinitatis Sodalitas quæ solet exercere.

<sup>4</sup> Ipse Sum. Pontifex peregrinis inseruit.

<sup>5</sup> Collegij Romani Alumni peregrinos instruunt.

- 6 multi ab inneteratis, atque enormibus virijs; sed etiam ab errorum profundo Hæretici non pauci abstracti: & eorum quidam magisterium, præconiumque fallacis doctrinæ diu professi. Quippe horum etiam hominum turba ingens affluerat, seu videndi studio, seu mores mox Romanorum grauius ex oculato testimonio apud inficium vulgus infamandi. Sed vicit consilij peruersitatem vsurpatum oculis catholice specimen sanctitatis. Dum vident maiestatem, ornatumque Templorum, continentia supplicantium agmina, perennia quædam varijs portis Urbem ineuntium Peregrinorum flumina, ac subinde longo ordine Sodalitates indutas faccis nudo pede acriter sibi terga flagris profcidentes: dum confertas multitudine Basilicas, gemitusque, & lacrimas, & tonsiones pectorum, & inuocationes ad Sacrarum Reliquiarum conspectum: super omnia dum Romanorum in excipiendis honorificè, hospitaliterque habendis aduenis liberalia pectora: & alia de genere hoc, tanquam gestientis, ac triumphantis pietatis pompam intuentur: pulcherrima ea species (vt est virtutis facies supra modum amabilis) lætiferum deceptarum mentium gelu dissecit, & pertinacia corda molliuit, vt cupidè ad tam sanctæ, ac benignæ parentis gremium recurrerent, Quod eo etiam prouius fecere; quò magis, quæ ipsi spectabant, ijs quæ nebulones Ministri deblaterare de Romanis ad inuidiam solent, aduersabantur. Sed non omiserim, ad specimen utilitatis Catholicis viris allatæ, dignum æterna memoria exemplum. Laurentius Gambaria Brixienfis, poëta non ignobilis multorum lucubrationibus annorum elaboratum opus amatorijs refertum fabulis iam prælo destinabat. Possuino rem indicauit. Is luculenter exposuit, quàm certum sibi crearent exitium, quæ ea scandalorum genera Christi pusillis offerrent. Quæ cum Laurentius diuino intus illustrante Spiritu intellexisset; die Veneris sancto dena carminum millia ignibus dedit: præoptans malè insumptos labores perituro expiari igne, quam æterno puniri. Studium inde ad canenda Christianis digna Vatibus transtulit. Dignus profectò non solum meliore fama, quèd improbum partum abolere sustinuit; sed etiam maiore, quàm si seruasset. Et sanè nec quàm noceant mali, nec quàm profunt boni codices facilè est cogitatione assequi. Sunt enim socij, sodalesque assidui, qui sine rubore, ac metu concinnè, & acriter monent, mouentque: quales ipsi sunt, tales breui lectores efficiunt. Quamobrem tantopere Societas semper siue componendis, siue edendis, vulgandisque, quæ alij perscripserant, institit. Enituit hoc sancto tempore, tanquam in amplissimo christiani Orbis Theatro Gregorij summi Antistitis pia beneficentia, quam latè in omnes fundens, nihilo quàm superioribus annis in Societatem deriuauit augustius, largâ stipe Collegij Romani penuria, ac Penitentiariorum leuatis incommodis. Collegium quoque Germanicum, quæ cæpit munificentiâ profcquens, Templo Sancti Apollinaris admodum Romæ celebri, adiunctisque ædibus donauit. Ita demum per conducta domicilia id Collegium vagari desijt. Templum vetustate deformatum, dum Pontificiâ item benignitate restituitur, ipsique è nobilitate Germana Alumni, egerendâ humo, & ruderibus, comportanda materiâ, & cæmentis, alijsque vsibus opus iuuant summâ alacritate; ea species Ciuem Romanum, vt non modicam conferret pecuniæ summam, commouit. Voluit quoque Pontifex, vt planè Societas in Clericorum Seminarij, & Conuictorum administratione, rei familiaris procuracionem susciperet. Vtramque initid hanc, & instituendorum Adolescentium, atque alendorum procuracionem Societas gesserat. Verùm cum Congregationis secundæ Patribus visum esset ab re familiari administranda, vbicumque Seminaria, & familias discipulorum iuuenum necessè esset regere, abstinentium: Congregationis postremæ Patres eo decreto confirmato impetrauerant à Gregorio, cum vniuersi supplices accessissent, vt illâ curâ Societatem exoneraret: ne præter propria incommoda, externas per Prouincias Urbanum exemplum noceret. Quod cum Pontifex perbenignè concessisset; Cardinalis Sabellus, in quem recidit onus, procuratoribus appositis, spinosum negotium, ac tricis innumerabilibus implicatum expertus est. Itaque tum ad sese expediendum, tum rem quoque animorum multò geri constantius posse persuasum habens, si cura vtraque coniungeretur; impulit Pontificem, vt eam rursus Societati sarcinam imponeret: quamuis verbo, & scriptis Euerardus modestè, sed acriter

6  
Catholicorum,  
& Hæretico-  
rum conuer-  
siones.

7  
Boni exempli  
efficacitas.

8  
Laurentius  
Gambara sua  
inhonesta ca-  
mina Possui-  
no luadente  
combuit.

9  
Librorum le-  
ctio quantum  
profit, vel ob-  
sit.

10  
Gregorij Tet-  
tij decimi in  
Societatem be-  
neficentia.

11  
S. Apollinaris  
Templum, ad-  
iunctisque  
ædes Collegio  
Germanico do-  
dat.

12  
Societas in  
Seminarijs rei  
Familiaris cu-  
ra se exonerat.

13  
Card Sabellus  
à Pontifice im-  
petrat, vt eam  
curam Societas  
rursus assumat

acriter repugnaret. Ceterum quantum huius quieti Ordinis, auctoritatiq̄ faueret Gregorius; præclare ostendit, datis ad suos Internuncios, præsertim in Hispaniam, literis: quibus vetabat Sociorum operam ad inuidiosa munera, neque Instituti propria adhibere: cuius rei causam planius infra reddemus. Nunquam aliàs Roma plures è Societate amisit. Nam & morbidus latè fuit annus, & laborum moles immensa nonnullorum vitas præcipitavit. Octodecim excessere, in quibus præcipuè memoria digni Ioannes Tristanus, ac Hieronymus Azaila Domi Professorum defuncti. Hic natione Hispanus undecim in Societate versatus annis, sexennio Tyrõnibus instituendis præfectus, religiosæ sapientiæ haud magis præceptor, quàm forma. Ille inter Ferrarienses ædificiorum Magistros facillè primus, anno millesimo quingentesimo quinquagesimo sexto ad Societatem accessit, ita dulci sensu iam tum in seculo ad verbi Dei auditum solitus colliquecere; ut inter concionem perenni lacrimarum fluuii totus cooperiretur. Inità Societate, ut Architectura quoque egregiè pollebat, huc, atque illuc assiduè per Italiam, ac Siciliam discurrens ad habitandum, & tractanda Diuina ædes, ut eorum ferebant temporum angustie, in religiosum vsum concinnans; quocumque pergeret multò præclariora humilitatis suæ, mansuetudinis, obedientiæ, orationis, ac ceterarum virtutum exemplis, quàm fabricandi, architectandiq̄ scientiã ædificia excitabat. In Romano Collegio Ioannes Maiorius, Laurentius Amodæus, Curtij, & Fabij item è Societate Frater, & Iacobus Ledesma supremum diem expleuere, morbo in Pœnitentiariæ laboribus hausto, raræ omnes virtutis. Sed præcipuum in Ledesma factum est damnum, tertio decimo Kalendas Decembris erepto. Apud Pœnitentiarios agebat, ab Romano Collegio, vbi iam diu studia temperabat, translatus; ut in Conscientiæ causis, quæ plurimæ, & implicatissimæ per sanctum illud tempus vndique afferuntur, domesticis, externisq̄ per fugium esset. Ibi laborum, ut creditum est, mole superatus, decubuit, haud obscurâ sui exitus præfensione, quem statim aduocato Rectori, abnienti q̄ credere, tertio constanter prædixit. Cùmque demum Rector contenderet, etiamsi eiusmodi reuelationes veræ essent, oportere ipsum à Deo breuem vsuram lucis exorare Peregrinorum causâ, Nihil opus esse, respondit, quod Iobelæi iam finis appeteret. At tua, inquit, scripta tam varia, tamq̄ vitilia; quæ magna ex parte sunt imperfecta? Nè id quidem quicquam refert, inquit: fuerunt etiam imperfecta Patris Laynis, fuerunt Diui Thomæ, & aliorum. Hæc securitate curam bonus Pater ab hac vita ad immortalẽ traduxerat: tamq̄ tranquillo animo se, & sua ab diuino nutu penitus suspensa habebat. Malo inualecente ad Collegium Romanum deferretur: ac vegetus adhuc sensibus consueta Sacramenta impetrat. Vbi verò sacrosanctum Christi Corpus pro Viatico allatum est; manibus, atque oculis in Cælum sublatis, clarâ voce longam habuit orationem, quâ diuinissimam Trinitatem, omnesq̄ cum Regina Cali Sanctos, ac Beatos inuocans, etiam Societatis Parenti Ignatio, quem cum summa veneratione sanctum appellare semper consueuerat, suam animam commendauit, multum lacrimans, & collacrimantibus, qui circumstabant, quorum viscera, ad conspectum, & verba tantæ pietatis, insolitis ignibus æstuabant. Paulo post Confessario impensè interroganti diu tergiuersatus, quæ de vocatione eius anno millesimo quingentesimo quinquagesimo septimo, cum euenere memorauimus, enarrauit. Nec ambigitur, quin addere multa potuerit. Quorum illud vulgatum est, præuisum ab eo Toleti Cardinalatum. Nam cùm is aliquando sub Scholarum porticum inambulet, viso eo procul Ledesma, vicinos in clamans, inambulare domi Cardinalem admonet. Qui cùm prospectasset, ac neminem apparere, nisi Toletum dixissent; admirabundus Pater: Deus bone, exclamat, Toletus Cardinalis. Sed non hæc tam mira sunt, quàm eius virtutes. Adnotabant Patres in eo quatuor eminentia laudum quasi paria: eò illustriora; quò difficilius copulantur: Scientiam singularem cum summa humilitate: Ingenium natura acutum, & perspicax cum pietatis cultu simplicissimo: Sedulitatem in rebus gerendis exactam, cum summa patientia, & tolerantia molestiarum: postremò Zelum eximium, eoq̄ censorium cum sui submissione iudicij: Scientiæ opinionem rarè alius parem consequatur. Doctissimus

14

Io. Tristani,  
& Hieronymi  
Azailæ mors  
& laudes.

15

P. Ledesma  
moris, ac  
viciantis virtu-  
tes.

16

17

18

19



- 16** Permagis fit à Patre Laynes  
 étissimus eum quisque suscipiebat maximè, & Laynes in primis, qui scripta eius ad se Tridentum de controuersis rebus, quæ in Concilio agitabantur, iubebat perferri. In Romano Collegio cum aliquando è proponendis ad disputandum thesibus vnam iuberet induci, & Magister, qui proponebat, probabilem affirmaret, quòd Auctores multi, grauesque tenerent; ostendisse dicitur sextodecimo syllogismo tandem ex ea propositione perueniri ad aliam in vno Conciliorum damnatam. E tanta verò scientia nil assumebat sibi, nisi laborem, nullà ambitione premens eam, ac promens. Nam si caritas requireret; absque personarum discrimine nulli parcens labori, communicabat largè, candideque cum omnibus: de cetero agebat quasi vnus è numero. Porro cum ingenia acra, experrecta, latè capacia haud ferè ad simplicem quandam pietatis formam descendant; Ledesma piacularibus calculis, aque sanctæ, paruis imaginibus, pijs precatiunculis, atque horum similibus, perinde ac rusticanus quispiam, aut anicula addictus erat. Scilicet non partiebatur pietatem, sed totam amplectebatur: alteque in animum demiserat, nihil habendum vile in Religione, vbi cultus refertur ad summum, ac præpotens Numen: hoc excellentior, quòd maiori cum mentis humanæ subiectione. Atque hæc, quæ segnis, ac fastidiosa quorundam religio vocare minuta solet; illud inter cetera habere momentum, quòd assidue vigorem pietatis, & gustum virtutis iucundum alunt, præparantque ad maxima. Certè, qui in rebus hisce occupatur animus, vt frequentissimè occurrunt, eum non dubites assidue habitare in cælo: quod apertè erat videre in Patre Ledesma: qui etiam si quid scriberet multum, parumue; singularum pagellarum in fronte Sanctissima IESV, & MARIÆ nomina, & quidem maiusculis literis figurabat. Super hæc, cum is, qui admodum natura sedulus, & acer est, feruidior idem plerumque sit, ac stomachosior; Ledesma in exequendo suo munere mirè sedulitatis, in perferendis, si quæ obstabant, miræ erat patientiæ: vt qui non commotione efferuescentis circa præcordia humoris ad opus incitabatur; sed rationis imperio, & prudentis caritatis: quæ vt docet adhibendam curam; ita remouendam acerbiter. Atque adeo, si quid pro suo munere existimaret quempiam admonendum; parcebat nemini: sed legum more, sine ira, sine odio, ceterisque perturbationibus, quantumuis quis obliuisceretur proteruius, quod postulabat vsus, exequabatur. Ex eadem cupiditatum victoria, & rationis perfectò dominatu oriebatur studium perfectæ disciplinæ vigil, atque sollicitum, cum placidissima obedientia, & verecundia aduersus Moderatores, quasi Nouitij. Ita vt cum ijs, quod opportunum in publicum duceret, diligenter exponeret; si non persuaderet, aperto stans capite, demissisque oculis, nec verbum quidem contra adderet: ab nutu obedientiæ non solum factò, sed nec mente audens discrepare. Neque alias virtutes, quamuis egrè sociabiles, minus prudentia, & caritate coniunxerat. Parcus verborum, ac suo tempore copiosus, noscens tempora, & lingue potens; subridens idem semper, atque subtristis: vt pacem beatam animi intelligeres, sed nequaquam solutam, atque incustoditam: ac Socios neque fugaret tristitia, neque leuitate dissolueret; sibi austerus, alijs indulgenti propior. In erigendis, consolandisque mæstis, & pusilli animi, aut quos scrupuli angerent; pro auctoritate, ac dexteritate efficacis maximæ: eamque ob rem adibat à multis. In Gymnasio, præsertim in refellendis erroribus Hæreticorum, altissimæ, sæcundissimæque doctrinæ: at in domesticis exhortationibus modicus doctrinæ: in explicando vsu virtutum multus: non tam eas acutis, abstrusisque referciens sententijs; quàm pijs, & ad vsus spectantibus: eoque præsertim, quòd nil dicebat ab sua discrepans vita, magno: erat vox eius cunctis emolumento. Nemo vnquam cessantem, aut ab opere vacuum vidit, nec nisi perrarè concessis laxamentis utebatur. Hactenus ab communi vsu Præsidentum concessu nonnihil defleuens: de cetero, ne extremo quidem tempore, cum iam senecta & languor vrgerent, adduci potuit, vt exors communis feueritatis vlla re fieret. Magnificiebat Societatem, atque amabat dulcissimè. Et multa in ea obseruabat miracula, vt verbis ipsius vtat, stupenda, non particularia, sed vniuersalia, non singulorum, sed omnium, neque alicuius temporis tantum, sed continua: quæ Dominus, inquit, IESVS augere dignetur, & magnitudine, & numero, Virgoque gloriosa Sanctissima MARIA, Amen. In his miraculis reponebat coniunctionem

**17** Simpliū, & indoctorum nullum respicebat pietatis genus.

**18** Hæc quæ minuta vocantur ad maiora disponunt.

**19** In suis scriptis semper Iesu, & Mariæ nomina præponebat.

**20** In admonendo pro suo munere nemini parcebat.

**21** Erga superiores reuerentissimus.

**22** In Scholis multam, in domesticis exhortationibus modicam præfert doctrinam.

**23** Otiosus nunquam fuit, nec à legum obseruantia immunus.

**24** Societatem magnificiebat.

tionem caritatis inter omnes: ut longè plus Societatis filij se inuicem diligant; quam si ex eodem vtero prodijissent: tum pacem ex hac coniunctione. Donum Castitatis in iuuenibus, & olim pranè affluetis, ut nec odor fumi in eis sit. Zelum tantum in omnibus conuertendarum animarum. Quod plerique spirituales sint æquè iuuenes, istioræ, ac docti: cum tamen spirituales re vera hominem vel vnum fieri tam ardui operis sit. Tantam per Orbem terræ Societatis propagationem tam breui tempore, idque cum mutatione morum in Regionibus, ac Ciuitatibus, apud quas agit. Eximium profectum in pietate simulatque quis ingreditur, cum tanta firmitate, atque constantia; ut statim peregrinationes à Tyronibus obeantur, & virtus in occasionibus quoque perhæstet. Humilitatem adeo insignem nobilium, doctorum, atque eorum omnium, qui alioqui in pretio habentur. Indiæ miracula, & conuersionem. Diuinam vim mouendi corda, non verbis modò, sed & solo aspectu, & incessu. Quæ omnia aiebat aduersus proteruos demonstrari posse planè in Societate esse, & esse admiranda, atque à Deo. Quibus adijciebat mirabiles conuersiones è spiritualibus Exercitijs: cum tamen ea Sanctus Pater Ignatius ante literarum studia composuerit. Et ut intelligas quàm sedulus esset obseruator diuinæ clementiæ; admirabatur domesticas quoque conciones hominum adolescentium, & rudium propè ex improuiso habitas, tamque feruentes, ac rerum diuinarum plenas. Quia verò intelligebat quanta in vnicò Romano Collegio totius corporis agatur vtilitas; peroptabat id Collegium virtute cum primis florere. Atque idcirco, qui virtutibus abundarent; eos haberi in pretio: contemni verò, & parui fieri, si cui cassâ pietate inesset scientia: quòd, vti par est, dominaretur religio, scientia seruiret. Multum reponebat in eo, ut præter consuetas remissiones, nulla inter collegas essent commercia: colloquia autem remissionum non nisi ex præscriptis à Patre Natali capitibus ducerentur. Summi item existimabat momenti ne liceret cuiuis cum quouis agere: eoque necessarium arbitrabatur; ut recens ab Tyrociniò producti curæ veterani hominis sanctitate præstantis committerentur, qui eos ab Tyronum, ac ceterorum Collegiarum vsu segregatos, in oratione, ac deuotione prouheret. Nec Collegiorum Rectores rei familiaris cura quicquam implicari; sed tantum inspiciendo assidue, lustrandoque Collegio, & conseruandis, promouendisque in virtutum studio singulis, apta cuique suggerendo præsidia, intentos voluisset. Præceptores autem diuinarum rerum eam cupiebat docendi viam tenere ut in huiusmodi quæstionibus adhiberent Christianæ fidei, ac veritatis probationem, non fusam, sed firmam: atque aduersaria argumenta contra veritatem, neque cum amplificatione proponerent, neque simul vniuersa si multa essent: sed vel singillatim, vel per partes proferrent, ac refutarent. Huc volebat intendi vires, ut in tota disputatione eluceret vigor fidei, quemadmodum ipse loquitur, & affectus pietatis: adeo ut etiam, qui scriptam disputationem legerent; præ afficerentur. Laudandum in primis Diuum Thomam, eiusque doctrinam: ac sicubi ab eius discedendum sententia, quod non nisi perrarè (si quando communis Doctorum opinio contraria est) excusationem, seu interpretationem, vel distinctionem adhibendam, ut semper Doctori sancto auctoritas illibata perstaret. Nec verò Auctorum Scholasticorum quemquam irridendum, quamuis opinio eius oppugnaretur: abstinendum à facetijs in gymnasio: nec risum datâ operâ excitandum: sed inter docendum subinde pios ad pietatem locos inferendos, ut semper oratio benè morata sit, & auditorum non magis scientiam, quàm pietatem educet. Denique nouas opiniones, etiamsi magna cum probabilitate sese offerant, non nisi de Studiorum Præfecti consensu, maturaque consultatione inducendas. Quæ ego præcepta ed libentius ex eius autographo excerpfi; quòd & percommoda lectantes experientur, & quam ipse docendi formam sequutus sit, planè demonstrant. Is verò tantus rerum altissimarum Magister, cum vsus poscebat, ut in Romano Collegio celebritatis cuiuspiam causâ carmina, & id genus hilariores seriptiones indicerentur; tum ut exemplo suo ceteros incitaret, tum ut ostenderet quanti faceret communium laborum participem fieri, ac denique quanto animi studio domesticas res amaret, atque complecteretur; etiam ipse aliquid acutè, ac iucundè pangebatur. Quin etiam teneræ ætatis iuandæ causâ non modò catechismum concinnauit breuem ediscendum pueris, & alterum paulò

25

Quædam prædicabat Societatis miracula

26

Collegium Romanum virtute præstare peroptabat.

27

Quales cupiebat Collegiorum Rectores.

28

Quales Præceptores diuinarum facultatum.

29

Quam erga S. Thomam reuerentiam.

30

Quam in docendo grauitatem.

31

Quam caute nouas opiniones proponendas.

32

Carmina cum iunioribus affigere solius.

33  
Catechismum,  
atque grammat-  
icam ad puer-  
torum vtilita-  
tatem scripsit.

34  
Euerardus  
Congregationis  
generalis  
decreta per  
Prouincias  
mittit.

35  
In Hispania  
paupertati pro-  
spicit.

36  
Antonium  
Vinchium Vi-  
sitationem in  
Longobardiam  
mittit.

37  
Claudium A-  
quauium Col-  
legij Neapoli-  
tani Rectorem.

38  
Benedictus  
Palmius Car-  
dinalis Mo-  
ronum Ge-  
neralium commi-  
tatur.

39  
Lucius Cru-  
cius pro Pal-  
mio P. Genera-  
lissimus.

40  
Missiones va-  
riæ per Italiam,  
& extra.

41  
Thomas Ra-  
dius & Baltha-  
sar Sfondratus  
Catarum missi.

42  
Emetius de  
Bonis, & Iu-  
lius Mancinellus  
Epidaurum.

43  
Horum fru-  
ctus.

44  
Menstruam  
Sanctorum di-  
stributionem  
instituit.

paulò fuffiorem ad Magistrorum institutionem; sed etiam artem grammaticam scripsit, vtens vocabulis, & phrasibus christianis; quò faciliùs vnà cum doctrina pueri christiano spiritus haurirent. Quibus, alijque laboribus si non in terris, certè in Cælo gloria pari fruuntur, tantoque cumulatior, quanto terrenam plenius spreuit. Dum verò anni sanctitate cuncta Roma feruent, Euerardus ad vniuersam Societatem conseruandam, perficiendamque producens curas, quæ in Congregatione generali decidenda Patres ei permiserant, magno labore cum Assistentibus maturè transacta, in Prouincias misit, vt in Congregationibus Prouincialibus, quæ sub anni exitum ad legendos Procuratores coactæ sunt, vsui forent, pro gentium varietate iudicanda. Illud propriè paupertati sanctæ prospiciens ad Hispaniæ Prouincias scripsit, ne fineret Præsides quemquam Sociorum quicquam capere ab propinquis, vel in conducendorum scriptorum pretium, vel quosuis priuatim vsus. Quippe exitiosa est multis modis ea licentia: equalitati officit, ignauiam, arrogantiam, contumaciam capientibus ingenerat, ceteris offensionem, atque æmulandi libidinem, præter ostium, quod sensim ad maiora panditur. Anno extremo Antonium Vinchium, qui ex Rheni Prouincia lectus Procurator Romam iussu præfestinationarum; ad Longobardiam Collegium, Dionysio Vasquio, cui non admodum cum Salmerone conueniebat reuocato, moxque remisso in Hispaniam. Sanè Hispanica domicilia, ob multos, egregiosque ad nouum Orbem transmissos, operarijs indigebant: neque admodum in Italia carus habebatur Dionysius. At Claudius ab tyrocinio inter Philosophiæ, Theologiæque studia partim ijs è Societate, qui alterum Probationis annum cum literarum studijs coniungebant, partim sodalitati Beatæ Virginis egregia cum laude præfectus, indè iussu docere Philosophiam, excreato post semestrem sanguine; quæ fuit causa præfecturas illi appropinquandi, Seminarium Romanum regebat, cum ire Neapolim iussus est. Vere inuente cum Genuam periculosis factionibus scissam Gregorius Pontifex Ioannem Moronum Cardinalem pacificatum mitteret, adiutorem ei Benedictum Palmium addidit: cuius loco cum in longum abiret mora, ad consultationes inter Assistentes Pater Generalis Lucium Crucium aduocauit, Multè præterea per Italiam excursionem habita, & Laureti per multis Peregrinis summo labore nauata opera, Sanctam Deiparæ Cellam ex itinere Romano visentibus, & quibusdam Sodalitatibus Maceratensium, ac Perusinorum, qui præterò essent in via, Socij attributi egregio cum fructu. Extra Italiam in Cretam Insulam, atque in Illyricum operarij missi. Catarensis Episcopus cum diceret, sat quidem Sacerdotum superiore anno missorum operâ excultum populum; sed quò permanens vtilitas foret, Clerum restare instituendum, flagitatu propè extorsit, vt rursus auxilia sibi in eam rem darentur. Itaque Thomas Radius, & Balthasar Sfondratus natione Illyricus concessi. Pari studio Epidauriensis Respublica auxilia postulauit: instititque Vicentius Porticius recens ad eum Archiepiscopatum euectus, vir & pro sua dignitate omni dignus obsequio, & pro eximio studio, quo Nuncius Pontificius Societatem in Polonia fouerat, omnia meritis. Ergo Sacerdotum egregium par Emerius de Bonis, & Iulius Mancinellus cum comite, in eam lecti prouinciam. Hi cum Archiepiscopo, & Legato ab Republica ad Pontificem missi, naui conscensâ quotidiano Litaniarum vsu inueto, Nautisque, ac Vectoribus piaculari grano donatis, perque eam opportunitatem ad venerationem diuinæ Matris, ac frequentem precandi vsum excitatis felicem cursum tenuerunt. Magnâ voluntate à summis, medijs, infimis accepti, illud primum tempore admonente pietatis incitamentum adiuuere. Pridie Kalendas Septembris, cum paulò ante peruenissent, inter Canonicos, & Clerum numero amplius sexaginta, post sacrum maximum, mensuram distributionem Sanctorum fecere, adhibita explicatione accommodâ vtilitatis, quam ex eo religionis genere par esset decerpere. Atque Archiepiscopus vt in sibi subiectis Monasterijs, quæ numero quinque sunt, ea consuetudo induceretur, imperauit. Quin etiam vbi emanauit in vulgus, adeo est libenter excepta; vt vltro Franciscanus Pater in suum quoque Cænobium ab ditione Archiepiscopi liberum, ac priuati Ciues permulti, magno cum animi sui fructu, & gaudio in suas domos induxerint. Piacularia grana Monasterijs ex ditione Archiepiscopi

chiepiscopi eius nomine distributa, atque accepta perlibenter, additâ cohortatione loco aptâ. Duo sunt extra mœnia pauperum viriusque sexus ætate fessorum receptacula, vbi gratuitò atinentur, collatâ etiam ad alimentum stipe. Hos item sæpius inuisendo, adhortandoque ad cultum pietatis Patres plurimùm recreârunt. Primo Septembris Dominico die, cuncti magno cum sensu pietatis, atque vberi fletu ad sacrosanctum Eucharistiæ epulum accedere, permultis etiam è nobilitate ad spectandum affusis, vt quorum oculis ea rerum species noua accidebat. Id fuit sanctioris exordium instituti: nam decreuere in posterum idem Diuinum Conuiuium mensibus singulis frequentare, singulisque diebus aliquantum spatium matutinæ precationi in Templo pariter impendere, atque Litanias sub vesperam exequi. Interim conciones ad populum sacris quibusque diebus perpetuæ, solido, fecundoque pietatis plausu: à quibus nunquam Illustrissimus Rector, & Senatus, quantumuis grauis causâ interueniret, abduci se passi, egregio tum suæ Religionis documento, tum publicæ studio. Illud non mediocriter proderat, quòd media in concione aliqua, ex populo opportunioribus, conscientiæ quæstio tractabatur: quanquam id munus bis inter hebdomadam etiam Iulius Mancinellus ex instituto obibat. Ad hæc semel quaque hebdomadâ, omnes, cum suis quisque auditoribus, Ludimagistri in Templum primarium, multis præterea è nobilitate, ac populo, ad catechesim conueniebant. Ibi mirus puerorum animis ardor iniectus (gestientibus ad spectaculum parentibus) neque ab ea schola voluit Archiepiscopus præsentiam vnam suam abesse: cum & piæ imagines, & cereos Agnos, aliaque munuscula distribuens stimulos currentibus adderet. Illud etiam nouum, & mirum accidit vulgo, Iuuenium nobilium insignem manum ad frequentem Diuinorum mysteriorum vsum pellexere. Bis singulis hebdomadis ad Emerium conueniebant, qui eos (vti fit in Sodalitatibus Beatissimæ Virginis) piorum lectione librorum, opportunis adhortationibus, colloctionibus, ceterisque de more pijs exercitijs ad omnem pietatem informabat. Tribus in Templis, quò latius pateret, Sodalitas Sanctissimi Dei Nominis instituta, ad temere iurandi vsum abolendum: nam dicta impia, atque execrationes necesse non erat arcere: quòd ne nomina quidem in gentis lingua dicantur inesse talium scelerum, inuidendâ felicitate. Neque intra Urbem stetit labor, & fructus: sed cum Archiepiscopo ad vicinas profecti Insulas; noua lux ijs quoque allata: vbi tantùm piacularia profuere granâ; vt postea per Insulanos sparsa, paucos cerneret, quorum è manibus precatória ferta non pendèrent. Haud minore pietatis renouatione, & auctu in Creta Insula par alterum Sacerdotum, Franciscus Lucas, & Angelus Latinus in Cretam Insulam mittuntur.

50  
Franciscus Lucas, & Angelus Latinus in Cretam Insulam mittuntur.

51  
In Insula Cephalenia Templum restant, & animos renouant.

52  
In Insula Zacyntho Iosephum Hebraicum baptizant.

53  
In Insula Zacyntho Iosephum Hebraicum baptizant.

54  
In Insula Zacyntho Iosephum Hebraicum baptizant.

55  
In Insula Zacyntho Iosephum Hebraicum baptizant.

56  
In Insula Zacyntho Iosephum Hebraicum baptizant.

57  
In Insula Zacyntho Iosephum Hebraicum baptizant.

58  
In Insula Zacyntho Iosephum Hebraicum baptizant.

59  
In Insula Zacyntho Iosephum Hebraicum baptizant.

60  
In Insula Zacyntho Iosephum Hebraicum baptizant.

61  
In Insula Zacyntho Iosephum Hebraicum baptizant.

62  
In Insula Zacyntho Iosephum Hebraicum baptizant.

63  
In Insula Zacyntho Iosephum Hebraicum baptizant.

64  
In Insula Zacyntho Iosephum Hebraicum baptizant.

65  
In Insula Zacyntho Iosephum Hebraicum baptizant.

66  
In Insula Zacyntho Iosephum Hebraicum baptizant.

67  
In Insula Zacyntho Iosephum Hebraicum baptizant.

68  
In Insula Zacyntho Iosephum Hebraicum baptizant.

69  
In Insula Zacyntho Iosephum Hebraicum baptizant.

70  
In Insula Zacyntho Iosephum Hebraicum baptizant.

71  
In Insula Zacyntho Iosephum Hebraicum baptizant.

72  
In Insula Zacyntho Iosephum Hebraicum baptizant.

73  
In Insula Zacyntho Iosephum Hebraicum baptizant.

74  
In Insula Zacyntho Iosephum Hebraicum baptizant.

75  
In Insula Zacyntho Iosephum Hebraicum baptizant.

76  
In Insula Zacyntho Iosephum Hebraicum baptizant.

77  
In Insula Zacyntho Iosephum Hebraicum baptizant.

78  
In Insula Zacyntho Iosephum Hebraicum baptizant.

79  
In Insula Zacyntho Iosephum Hebraicum baptizant.

80  
In Insula Zacyntho Iosephum Hebraicum baptizant.

81  
In Insula Zacyntho Iosephum Hebraicum baptizant.

82  
In Insula Zacyntho Iosephum Hebraicum baptizant.

83  
In Insula Zacyntho Iosephum Hebraicum baptizant.

84  
In Insula Zacyntho Iosephum Hebraicum baptizant.

85  
In Insula Zacyntho Iosephum Hebraicum baptizant.

86  
In Insula Zacyntho Iosephum Hebraicum baptizant.

87  
In Insula Zacyntho Iosephum Hebraicum baptizant.

88  
In Insula Zacyntho Iosephum Hebraicum baptizant.

89  
In Insula Zacyntho Iosephum Hebraicum baptizant.

90  
In Insula Zacyntho Iosephum Hebraicum baptizant.

91  
In Insula Zacyntho Iosephum Hebraicum baptizant.

92  
In Insula Zacyntho Iosephum Hebraicum baptizant.

93  
In Insula Zacyntho Iosephum Hebraicum baptizant.

94  
In Insula Zacyntho Iosephum Hebraicum baptizant.

95  
In Insula Zacyntho Iosephum Hebraicum baptizant.

96  
In Insula Zacyntho Iosephum Hebraicum baptizant.

97  
In Insula Zacyntho Iosephum Hebraicum baptizant.

98  
In Insula Zacyntho Iosephum Hebraicum baptizant.

99  
In Insula Zacyntho Iosephum Hebraicum baptizant.

100  
In Insula Zacyntho Iosephum Hebraicum baptizant.

45  
Sanctissime  
Comunionis  
frequentiam.

46  
In concionibus  
conscientiæ  
quæstionem  
proponunt.

47  
Ad catechesim  
concurtus, &  
ardor.

48  
Iuuenes ad piæ  
tatem iadu-  
cuntur.

49  
Sodalitas no-  
minis Iesu in-  
stituitur ad a-  
bolendum tem-  
pere iurandi  
abusum.

50  
Franciscus Lu-  
cas, & Angelus  
Latinus in  
Cretam Insu-  
lam mittuntur.

51  
In Insula Ce-  
phalencia Tem-  
plum restau-  
rant, & animos  
renouant.

52  
In Insula Za-  
cyntho Iose-  
phum Hebraicum  
baptizant.

- 53  
Creta in misero inuenta ita.
- 54  
Foscarinus Creta: Prætor Nostri fauet.
- 55  
Creta tribus constat Ciuitatibus.
- 56  
Nostrorum Candia labor.
- 57  
Christianæ doctrinæ propagatio.
- 58  
Collegium Græcorum a Gregorio Tertio decimo Romæ instituitur.
- 59  
Duo grauius ægroti confessione animam corpusque curant.
- 60  
Venetijs tribus ante Quadragesimam diebus Sacramentum splendide exponitur.
- 61  
Ludouicus Gagliardus Venetijs strenue operatur.
- 62  
Augustinus Triuifanus in Societatem ingredi deliberat.
- tam. Insulæ faciem superstitionibus, ac vitijs miserè deformatam inuenere. Tria præcipuè habebant hominum genera, Græci schismatici, quorum amplius numerus: Græci orthodoxi: & ritus Latini cultores. Per absentiam Pastorum latè regnabat inscitia, præsertim inter Catholicos. Nam Græci Sacerdotes inopia pressi, & numerosa plerique filiorum sobole, ab domo Dei ad suas domos auerterant curam: Latini verò Pastores, locatis plerique redditibus, in Italia agebant. Ita syluestribus moribus, & schismaticis haud omnino dormientibus, innocentia, verusque Dei cultus in dies magis deterebatur. Hæc inter mala illud erat optimum, quod Insulæ præerat Clarissimus Foscarinus, vir virtutis egregiæ, & adiuuandi populi per studiosus: cuius auctoritate nixi Patres cuncta proniora habebant. Vrbes hæc tempestate solùm tres habet Creta, quam præsci Vrbebus centum incloram cecinere: Candiam, vnde toti Insulæ nomen, Rhetimum, & Canam. Has Nostri præcipuè sibi instituendas, renouandasque susceperunt. Post duas lustratas; Candia, vt in Vrbe omnium principe, fixâ sede, visendis valetudinarijs, concionibus frequentibus, pijsque sermonibus, vsu Diuinorum mysteriorum, explicandis conscientie difficultatibus, vinetis ad triremes edocendis, solandisque, & cetera turba instituta, multum profectum. Sed præcipua vtilitas extitit è catechismo, quem in literarijs ludis discipulis pariter, & Magistris explicabant. Multos se cum deportant libellos, & rosaria. Multo maiorem dein numerum religiosa Sodalitas, quæ Venetijs est pauperum erubescens procuratrix, Augustino Barbarico impellente, summisit. Horum distributione factum, vt latissimè sacra doctrina propagaretur à filijs, in Parentes quoque, ac domesticos omnes permanens. Per Ægæi quoque maris Insulas plurimos eorum sparsere libellorum, opportuna aduersus inscitiam leuamenta. Eundem græcè transferendum curarunt: & quidem eò sensim incumberebat Franciscus, vt Sacerdotes Græcos comitate pellectos ab errore diuelleret. Iamque multa allegerat capita, quorum auctoritate sperabat fieri posse, vt in cuncta Insula catholice fidei vnitas redintegraretur: præsertim, si quod etiam moliebatur, vt Germanorum iam stabat, ita Græcorum adolescentium statueretur in Vrbe Seminarium: quod Gregorius Pontifex statim magnanimâ suâ caritate complexus, hoc ipso anno de eo instituendo in Purpuratorum Patrum Senatu retulit. Duo ex confessione peccatorum etiam corpori remedium adepti. Alter nobilitate conspicuus in graui morbo, deque eius salute penè omnibus desperantibus, cum offerrentur ad expiandum animum Sacerdotes; negauit se cum quopiam confessurum, nisi cum Patribus Societatis: affirmans id si faceret; sperare sibi valetudinem reducturam. Neque aliter euēni: protinus à confessione releuatus breuè penitus valuit. Alter, neglectâ per annos viginti pœnitentiâ, iamque depositus iacens, clariorem expertus est indulgentiam Diuini Parentis. Vt enim ex animo peccatorum virus eiecit; prorsus, tanquam omnem malæ valetudinis causam vomuisset, qui pridie moribundus iacuerat, postridie sanus per Urbem inambulauit. Quo ex genere exempla, licet multa passim prætereant, interdum quedam aspergere, ad perennem Diuinæ clementiæ memoriam, pertinebit. Interim rerum, quæ in Creta gerebantur, præclara fama etiam Venetijs celebrabatur, & cariorem viris Clarissimis Societatem reddebat: cum tamen & ipsa in Vrbe Socij egregiè vires contenderent. Die Iouis, Lunæ, ac Martis Quadragesimæ exordio proximis, proposito publicè Diuinissimo Sacramento in splendide ornato altari, precatione assiduâ, antemeridianis, pomeridianisque concionibus, secundo Ciuitatis murmure, & magno concursu, fecere ne tam latè debaccharetur temporis eius licentia: vt que dum passim exitiabilis dominatur hilaritas; alicubi sanctæ hebdomadæ salutaris mestitia repræsentaretur. Mario Beringuccio Domum regente, Pater Ludouicus Gagliardus modò Venetijs, modò Patauij rerum pars maxima gerendarum erat. Ea virtutis, doctrinæ, facundia vi-, atque opinione pollebat, sed in primis exercenda spiritualibus meditationibus nobilitate proficiebat. Quo adminiculo Augustinus Triuifanus, vir nobilis quadragenario maior, cuncta in Republica gestis præclare muneribus publicis, prudentiaque, & rerum multarum scientia clarus, nuncium remittere mortalibus curis animum induxit. Ad Clericos Regulares Theatinos studio ante propendebat: eorum

eorum vitam sibi, vt negotia fugienti, ratus aptiorem: nam in Societate in literis, agendisq; rebus tota versante, se id ætatis inutilem fore. Inuitabat & illuc eius per familiaris, virq; magnæ famæ Surianus ingressus. Sed dum Augustinus considerat nouissimum mortis momentum, atque vtram in eo articulo mallet egisse vitam; diuino quodam collustratus radio, intelligens, quæ ab Societate auerterent causæ, ab existimatione sui, & proprii commodi studio proficisci; eam sibi omnino statuit suscipiendam, in qua lateret, in qua, quemadmodum ipse ratiocinabatur, vt in tanta Doctorum hominum multitudine, postremus haberetur. Eoque magnifico animo Nouellariam profectus ad Tyrocinium, ad Patris Antonij Valentini pedes prostratus, dixit, adesse se propè iam senem, sed vt Christi causâ repuerasceret, paratum quidquid iniungeretur exequi. Sed exoptare, vt se Patres infimis laicorum Fratrum ob eundis ministerijs, quod vitæ superesset, adijcerent. Neque deinceps minorem animi submissionem, simplicitatem, ardorem præstitit: vt vel adolescentes præiret ætatis mollitudine ad cuncta flexibiles. Leuauit clarissimi viri ad Societatem accessus desiderium Fuluij Androtij, qui in Ferrariensi Collegio, quod iam pridem agebat, sexto Kalendas Septembris decessit, optimè de ea Ciuitate meritis. Plurimum apud nobilissimum quemque poterat, quorum animos pertractabat. Magni & à Duce fiebat, qua ille gratia duntaxat in commoda animi eius vtens, malebat, si quando interrogaretur, consilijs, quàm audiendis confessionibus præsto esse, seueritati propior: vt dicerent quidam Aulicorum aureum Collegium posse per eum effici, si paulum indulgere nosset. Ciuitatis animos tum rectæ vitæ exemplis sibi adiunxerat, tum præcipuè nauandâ moribus operâ quoties à quouis accerferetur. Com- plures sexus vtriusque ad vitam seueriorem traduxit, in quibus etiam nobilem sceminam, in ætatis flore, & forma præstanti viduam: ob cuius rei dolorem iuuenes quidam dissoluti, si fortè loco minus frequenti Patrem deprehenderent, exhibilare cœperunt, quoad tandem & ipsi Christianâ famuli Dei patientiâ fracti, eundem sibi conscientiarum suarum magistrum assumpserunt. Nec minus ille pollebat in Socijs suæ curæ commissis, & ad perfectionem promouendis. Quin & mirâ dextertate, si cuius labaret constantia; in propositi sanctitate firmabat. In sui corporis cultu nullum adhibebat, nisi sanctæ paupertatis, & humilitatis ornatum, vilissimas sibi, & maximè detritas vestium legens, auctoritatemque vnicâ sanctitate sustentans. Ex vsu quem habebat cum Deo, resq; diuinas meditandi, libellos meditationum scripsit, qui extant, admodum pios, & legentibus salutare. Taurinensi Collegio ineunte anno insigne additum decus quinque sacris corporibus. Triæ erant Martyrum ex illustrissima Thebaorum legione Solutoris, Aduentoris, atque Octauij: Quartum Iulianæ Virginis, quæ magna per miracula, cum fortissimi Heroës pro Christo cecidère, reperit, seruauitque eorum reliquiâs. Quintum Gussolini, qui Abbatia Sancti Solutoris olim Abbas sanctitatis famam virtutis excellentiâ meruerat. Diuina hæc pignora ab annis ferè quadraginta, cum Templum Diui Solutoris, & Abbatiam inter belli impotentiam Galli excidère, deposita asseruabantur in Sacello Beatæ Virginis, quam vulgò Consolatam vocant, in Prioratu Sancti Andree. Iam Abbatia Sancti Solutoris ad Vincentium Parpaliam virum antiquæ religionis deuenerat. Is agrè ferens beatos illos Patronos, tanquam inquilinos, & propè ignotos in commodato hospicio degere; dum quammaximè illustrandæ eorum memoriæ viam vestigat; statuit certam reddituum Abbatia partem ad Collegium Societatis transferre: cum eo, vt sub nomine Solutoris, & Sociorum Templum extrueretur, vbi meritis afficerentur honoribus. Cuius rei ab Pio Quinto Pontifice (apud quem pro Sabaudia Principe Orator agebat) potestatem facillè impetrauit. Iamque Templi ædificatio adornabatur. Sed incerta casuum præuenturus Abbas translationem Sanctorum pignorum maturauit. Sancti huius anni exordio cum Hieronymi Roborei Archiepiscopi Taurinensis mox Cardinalis iussu totâ Ciuitate præcessisset ieiunium, quartodecimo Kalendas Februarij cerimoniam maximâ supplicatio instituitur, præuentibus ordine Ciuium Sodalitatibus, quæ circiter viginti sunt. Sequebantur Religiosæ familiæ cum apto tempore cantu, & carmine. Post eas tres à quaternis Sacerdotibus in Diaconorum habitu gestabantur arca

63

Nouellariæ  
Tyrocinium  
aggreditur ma-  
gna sui demis-  
sione.

64

P. Fuluij An-  
drotij mors, &  
dotes.

65

Nauando  
moribus o-  
peram Ciuita-  
tem sibi summe  
concliat.

66

Paupertatis, &  
humilitatis  
studium.

67

Quinque San-  
ctorum corpo-  
ra ad Tauri-  
nense Colle-  
gium translatæ.

68

Supplicatio in-  
stituitur solen-  
ni pompa.

intertextis atro stragulis tectæ sub umbellis, quas primi Ciuium sustinebant. Prima Gussolini, secunda Iulianæ corpora, tertia cineres, ac minutiora Ispiana trium Martyrum Thebaorum habebat. Et hanc Collegij Sacerdotes, Seminarij illas gestabant. Quibus redintegrato ordine supplicantium succedebat Seminarium, Clerus, Canonici, cum Symphoniacorum choro præstantissimorum, claudente hunc Ordinem Archiepiscopo in Pontificali ornatu. Nouum indè, nec ante spectatum Taurini excipiebat agmen. Recens ab Duce instituti Equites Sancti Mauriti, ijsque Sancti Lazari adiuncti procedebant bini in purpureis togis gemina Cruce viridi, candidaque distinctis. Hisce cingentibus, plurimas inter faces, latè maiestatem spargens, quatuor Sacerdotum ex Equitibus iisdem humeris gestabatur Arca, ad vrnarum priscaurum formam, artificio, & precio nobili fabrefacta Romæ Pappalæ impensâ: in qua seuis è fenestellis eleganter sita spectabiliora Sancti Solutoris, & Sociorum ossa per christallum visabantur, proximè sequentibus Duce Emmanuele, Carolo Principe, & Amedæo eius liberis. Sua cuique purpurea toga longo cum sirmate crucibus magnis fulgens: spectaculum planè Taurinensibus nouum. Tum Apostolicus Nuncius, Ferrariensis, Venetusque Legatus, Archiepiscopi duo, totidem Episcopi. Magnus Cancellarius Ducis, Senatus, ac ceteri Procere ibant postremi, inter vias populi multitudine, qui plurimus ex vicinis quoque Pagis, & Urbibus affluerat, impeditas. Fauit, præter opinionem, tempestas ex horrida, & ninguida, tanquam applaudente cælo, repente ad supplicationis incessum imite serenum explicata. Rector Collegij Achilles Gagliardus; cum ceteris Patribus, area, Temploque textilibus, & multâ vi carminum decòre exornatis ad Sacelli fores in amiculis candidis, lucente quisque cum face diuinos hospites multa cum religione exceperit. Postridie quæ præcipua Sanctis Martyribus Taurini festa lux agitur, pridiana par acta celebritas: quam Archiepiscopus inter diuina, quæ Pontificali peregit ceremoniâ, præclaro Martyrum panegyrico cumulauit. Triumphantibus inter sacras gratulationes Taurinensibus, Genuæ cuncta ciuilibus dissidijs miscbantur. Quo vbi venit Cardinalis Moronus, quem prædixi à Pontifice legatum, nullam reconciliandæ concordie viam prætermisit. Benedictum Palmium, cuius operâ & ad confessiones, & ad capiendâ consilia plurimum utebatur; iussit apud se principio diuersari: sed ille pro veteri suo more, & religiosarum amore latebrarum, breuè expressit bonam veniam in Collegium demigrandi: vbi laborem ad eundi quotidie Cardinalis necessitate geminatum religiosæ consuetudinis condebat iucunditas, & abundè pensabat. Iussit quoque eum Cardinalis in Matrice Ecclesia populum alloqui. Ter ad id se Benedictus comparauerat, ter prohibitus est varijs tumultibus: ita rerum statum perturbauerat, Satan, ac nationem in primis deditam pietati à se ipsa diuersam fecerat. Nihil enim perinde publicam pietatem labefactat, quàm de dominatu certamina, vel mentes alioqui religiosas occæcantia. Tandem perseuerantia Legati vicit: ceptasque prosperè Benedictus conciones cum approbatione communi Ciuium prosecutus est; ita dictionem attemperans, quæque vtriusque partis maximè interessent in medium afferens; vt vtraque pars ab se stare eum arbitraretur. Disserebat de Rerumpublicarum nostratium, externarumque discrimine: quæ leges, instituta, mores christianas decerent: quæ pacis commoda: quæ damna, & causæ dissensionum: quæ inimicitiarum intestinarum remedia: quæ ratio, ac via otij honesti, & pacis innoxie conseruandæ. Hæc, & id genus alia vt vera, & vulgo grata, propensis auribus accipiebantur, & animis. Cum fructum reformidans Satan interuertere tanti boni causam tentat. Coorto inter populum tumultu, & quadam coniurationis suspitione; post captos sex, qui capita putabantur, dum alijs querendis insistitur; serpit rumor inter Iesuitas latere. Cingitur vndique Collegium. Certi homines conquirendis Coniuratis destinati; præterque eos vis magna irrumpunt. Inter quos & designatos ipsum intra Collegium iurgio exorto, dum strictis se telis petunt, parùm abfuit, quin ira diuina permitteret religiosarum domorum importunam sollicitationem sedâ cæde nobilitari. Vbi interpositu Nostrorum, aliorumque compressus furor; ad conquisitionem versis, angulos, recessusque scrutati omnes, etiam sepulchra explorarunt, Ac

69  
Equites Sancti Mauriti, & Sancti Lazari comitantur.

70  
Adiunt & Serenissimi Principes, sacrique Procere.

71  
Nostra supplicationi cum facibus occurrunt.

72  
Taurinensis Episcopus laudatione festum cumulauit.

73  
Card. Moronus Genuam dissidijs turbam inuenit.

74  
Benedictus Palmius à Cardinali ductus in Collegium demigrare maulit.

75  
Concionatur cum Prudentia, ac fructu maximo.

76  
Collegium turbatur præ iuani suspitione latentium sedicioforum.

Ac ne frustra tantum edidisse strepitum viderentur; postquam alij super alios iterum, ac tertio cuncta peruestigando fatigarant; cum indignatione abeuntes, alij dicebant penitus abstrusos, & subiectis Collegio facibus exciendos, alij clanculum aliquo postico dimissos, alij alia, per quæ erroris ab se pudorem in innocentes auerterent. Ea res Senatum, electorquæ à populo grauius offendit. Misere qui ipsos purgarent, denunciarentque suo iniussu euenisse: plurimum se deferre Collegio: velle omnino saluum, ac paratos tueri. Suspicionem fuere variæ, neque illa in leuibus, ad intercidendas conciones Palmij, ab ijs, quorum intererat perseverare dissidia, callidè structam calumniam. Nam literæ quoque vulgatæ sunt, quibus nunciabatur, si indigerent pecunia, ad Benedictum irent: quanquam eo nomine se ipsum notari Legatus Pontificius interpretabatur. Quidquid fit, tantum semel ab concione Palmius abstinuit: adeoque non est deterritus; ut cum parum, quæcumque tentarentur viæ, procederent, paucorum peruicaciâ, vel cum exitio publico ad primata emolumenta grassantium, in hos Evangelici pectoris expromendam libertatem ratus, non dubitavit acerrimè palam inuehi: affirmans omnium, qui clarissimæ ei Reipublicæ perniciem, atque interitum molirentur, nota sibi planè esse nomina: ac ne quispiam coniecturâ erraret; protracturum eos in publicum, ac sudarij iactu designaturum è suggestu. Quorum quidem perditam audaciam, & arrogantiam, citius quàm religiosissima Ciuitas corrueret compressum haud dubiè iri diuinitus. Quæ ardenti animo dicta, ac libero, quanquam turbulentos acriter pupugere, ut admurmurantes, obstrepentesque, etiam deiecturos eum de suggestu minitarentur, tamen ab seditionum ducibus, magnum ad cetera momentum trecentos ad pacis consilia, ad auctoritatem Senatus, ac Principum traduxere. Pridie Idus Septembris pro concione alloquens populum, sperare se dixit Beatam Virginem, quæ eo ipso die quadagesimo septimo ante annum impetrârât, intra diem octauum Natalis sui, qui fuit mundo pacis exordium, item nunc impetraturam: atque adeo pro sua benignitate facturam, ne dies octauus, ac ne vigesima quidem quarta hora exiret, priusquam optatis annueret. Omnes hanc domum cogitationem, hanc spem referrent. Et quidem quod ad Urbem pertinet, diuinavit. Eodem die sub horam ante noctem secundam duo Reipublicæ Collegia Cardinalem adiecit: suam ei causam vtraque permittunt. Acclamatur pax: spargitur per Urbem acclamatio, ac latis vbique vocibus frequentatur. Festis cuncta sub noctem collucunt ignibus, & campanarum tintinibus personant. Pro compositis res habebantur, & erant, modò qui ab Urbe exierant consensissent: ad quos missus à Legato Palmius; nihil retulit præter verba. Recrudere mox turbæ, mota arma, ægrè expressæ quadraginta dierum induciæ, per quas Pontificius, Cæsaris, & Catholici Regis Legati conditiones pacis componerent. Eam ob rem ad Casale Montisferrati egressi, ab ijs ad partes vltro citroque commeante sepe Benedicto: qui inter tot ærumnas, animique dolores multis à Deo solatijs roboratus, non exiguum habuit leuamen ex Hispani Legati pietate. Is erat Carolus Gandiæ Dux Francisci Borgiæ postea Societatis Iesu Præpositi Generalis dignus Sancto Parente filius. Interim pestilentia, quæ magnam Italiæ partem anno insequenti deuastauit, sanire in Sicilia cœpit; mercibus, ut opinio fuit, ex Turcarum terris inuecta. Panormum, Montem Regalem, Bibonem infecit. Vbi primum Panormi suspicio dira inualuit; extra mœnia receptaculum Ciuitas statuit, in quod ab integrorum commercio quotquot malum contingeret, summouerentur: & procurandis ægrorum animis ab Rectore Collegij Paulo Achille Auxilio implorato; Paulum Mantuanum Sacerdotem, cum Socio Nouitio impetrauit. Qui dum seculò in languentium vtilitates inuigilant, Nouitius periculosè decubuit, Paulum pestis absumpsit. Eorum loco Pater Didacus vir strenuus, & Templi Panormitani veluti columen successit, quem item paucis diebus melior vita exceperit. Nec tamen conterrita est Sociorum caritas: & missa denuo eò subsidia sunt: ac malo per Urbem increbescente, cum ad alias contagij periculo vacuas infirmitates alij Sacerdotes assiduè accurrerent; duo insuper à ceterorum vsu secreti, Franciscus Constantinus, & Gabriel Puteus, quorum opera tantum in pestilentibus poneretur. Et Francisco Constantino summa bonitas statim æternæ vitæ præmia representauit.

Gabriel,

77

Inconulto Senatu id factum dicitur Primicer.

78

Palmij vis ac libertas in dicendo.

79

Urbem eandem prædicit, atque diuinat.

80

Turbatur iterum Ciuitas.

81

Palmius pro pace allaborat.

82

In Sicilia pestis excitatur.

83

P. Paulus Mantuanus peste contagis infersens moritur.

84

P. Didacus in eodem munere, ac morte succedit.



- 85 Gabriel, postquam rarefcere per Urbem malum cœpit, in suburbanum cum tribus Socijs non Sacerdotibus, qui ipsum, & Constantinum iuuerant, diu expiandis, solandisque ceteris, quos Ciuitas segregârat, perseuerauit incolumis, donec & ipsum cumulatam generosis laboribus mors percelleret: cuius cum ceteras virtutes, tum in primis obedientiam eius ætatis Patres commendant. E tribus, quos dixi, Socijs Ioannem Antonium Oliuerium sæua febris, incertum an pestilens, intra quadraginta horas extinxit, probati virum exempli domi forisque: reliqui duo, quanquam calamitate communi tacti, superfuere. Haud multo melior Messanæ fors. Sed quia Ioanne Baptista Carminata Rectore cautiùs res administrata; Deo pariter auxilia superstitibus populis conseruante, minus damnum accepit. In suburbanum secessum, cui nomen Sanctus Raincrius, segregabantur lue contacti. Prima ibi palma caritatis Patrum Capueccinorum fuit, & mortui aliquot. Additi mox è Societate, qui partem laborum, & periculi ferrent, duo Sacerdotes, cum Laico: quibus intactis, vnus tantum Laicus Aloysius Calligares cui subsidia morbidis procurandis Ciuitas negotium dederat, infectus occubuit. Per occasionem contagij translata Catanam grauiorum studia doctrinarum: & Politium (Pentium quidam latine vocant) aliquot Sociorum iuuenum summoti primarum literarum aperto ludo: namque iam diu tres ibi è Societate tanquam in statione morabantur, præbente Ciuitate impensas, & cerram coloniam postulante. In Monte Regali, ac Bibone, quanquam nihil è caritate in publicum detractum est; nihil tamen domi pestilentia imminuit. Siracusas calamitas communis in præsens non attigit: hic tamen Michaël Ochoia Nauarrus, quem sæpè memorauimus sanandarum dono infirmitatum fuisse diuinitus præditum, Kalendis Octobris, dum ex frugifera excursionem per Siciliam habita redit, morbo ex lapsu contracto decessit. Amplius anno in postrema hac excursionem posuerat, montana, & asperrima, & maximè auxilio egeña obiens loca: concionabatur frequenter, pueros, ac rudes collectos tintinnabulo diebus singulis ad christianam sapientiam informabat. Expiabat inueteratas in scelere conscientias, excidebat Santicas superstitiones, quarum adeo immanem sylum reperit, vt diceret nulla in Indiarum solitudine æquè necessariam validorum Sacerdotum securim. Interdum etiam depellebat morbos ab ægris corporibus, testante Ioanne Antonio Blondo Iosephi, & Dominici Sacerdotum in Societate germano fratre, qui ei comes ibat, etiam scædum cancerum sanatum, qui misero homini inferius labrum, mentumque depascabatur. Genus autem vitæ eius erat eiusmodi, vt nihil indigeret ad auctoritatem miraculis, summa comitas, indefessus labor, suauißima caritas. Vbicumque publica hospitalis domus adesset, nunquam alio diuersorio utebatur: si ea non adesset; casâ contentus, quam Oppidani commodarent, vitam tenuem, & asperam oblatâ, vel emendicatâ ripe sustentabat. Hisce recentibus, ac veteribus multorum annorum auctus laboribus; consentaneo religiosæ vitæ exitu ægram, & collacrimantem vniuersam Ciuitatem reliquit. Mæstæ solandæ Prouinciæ opportunè Ioannes Polancus aderat, quem Inspectorum antè missum commemorauit. In beneficio singulari reposuere Socij eius hominis se præ omnibus Prouincijs dignatos esse præsentia, gratulationeque, & obseruantia, quantâ par erat, exceperunt. Ille publicè, ac priuatim agens comiter ac paternè, alios monitis opportunis, plerosque exercitijs spiritualibus, alios aliter correxerunt: omnes nouo religiosæ perfectionis amore succendit. Ducentos septuaginta reperit in Prouincia, quos singillatim omnes allocutus est. Plurimum commendabat, vt dederent se orationi, & subigendis cupiditatibus, maximè existimationis: atque in consuetudine familiari modum religiosum tenerent: nequaquam naturali tantum quodam vsu, humanoque contenti: quam præcipuè rem vt inculcaerent, Prouincialem, Rectores, Præfectos rerum spiritualium, & Confessarios, tum in hebdomadarijs cohortationibus, tum quoties se opportunitas daret, admonuit. Prouinciæ Professorum Domus deerat, cui procurandæ vehementer institit: sed nihil transegit. Illud prudenter excogitauit cum ad discipulorum animaduersionem non inuenirentur qui vellent è secularibus nomen Correctorum subire, tanquam subinfame; homines reperit, qui idem munus honestiore titulo exequerentur, Adiutores Magistrorum eognominatos. Haud minùs curam Franciscus Sunyerus no-

nus Poloniæ Prouincialis in circumeunda, ordinandaque sua Prouincia intendebat. Hoc anno Iaroslauense Collegium formari cœptum. Tres latinæ institutæ palæstræ. Georgius Phrysius præpositus Rector. Profectum & in religione restituenda permultum: atque prænobilis femina post diurnam disceptationem, vt publicè vana dogmata execraretur, adducta. Sed nusquam latius, quàm Vilnæ, vt annis quoque proximis, regerminabat catholica seges. Memorandum spectaculum edidere quatuor germani fratres Radiulij, cum in Collegij Templo die Iouis sancto ad sacrum epulum pariter accessere; Nicolaus Christophorus natu maximus, idemque Lituaniæ Marefcalcus: Georgius ætate ei proximus Vilnensis Episcopi Coadiutor: Albertus, & Stanislaus nouellæ stirpes sub anni exordia in diuinos Saluatoris translati hortos; eosdem paulò post magna cum familiæ parte gestiens Catholicorum grex vidit publicè Antistiti sacro chrismate consignandam frontem præbentes. Vnde aucta ad vulgus Diuinis mysterijs veneratio: quem si saperent mortales, pulcherrimum nobilitatis, opumque vsu ducerent, posse diuinis rebus commendationem afferre. Hinc Vilnæ magna in vulgus ad orthodoxa inclinatio, quòd nobilissimus quisque pelliciebat præcedens. Atque adeo sub Paschales ferias in Vilnensi Collegio septem & quadraginta Hæretici, viginti Schismatici Ecclesiæ redditi: quibus mox incredibili Hæreticorum dolore Minister accessit, duodecim Satanæ annos ad circumueniendos mortales strenuâ impietate famulatus. Per Henrici in Galliam profectioem, iterum Polonia ad interregnum redijt, & longa certamina. Post quæ ad Stephanum Bathorum transiluanicæ Principem insequenti anno sceptrum delatum. Is, quam dudum expectabat, Sociorum in Transyluaniam expeditionem, dum maximè vrget, tumultibus bellicis nequiuit exequi. Primum, Bechesio quodam Vngaro è Trinitariorum hæresi coactâ turbulentorum manu, nouas res moliente: tum eo compresso prementibus Turcis, qui se per intestinorum motuum occasionem ad Transyluanicæ fines effuderant. Viennæ quoque pestilentia laboratum saluo Collegio: vbi cum Cæsar Maximilianus Pragam venisset; Carolus Archidux pro eo suffecti veterem domus Austriacæ pietatem affirmavit: præsertim cum die solenni Christi corporis, vna cum coniuge, in Collegio & rei diuinæ religiosissimè interfuit, atque in supplicatione incessit, quasi refundens aquas fontis, & quam ab immortalis Sole lucem accepit in obsequium eius latentis impendens. Quæ lux vt noua, quàm Hæreticorum momordit, tam Catholicorum oculos exhilarauit. Et multi hinc quoque ad exuendos opinionum impiarum laqueos adiuti: duo præ ceteris illaqueandorum aliorum artem tempore longo professi. Alter ab orci faucibus planè extractus, septuagenario maior, veneno ex ipsius tartareo Lutheri ore, quasi ex fonte hausto, adeo iam annis eneruatus, vt sedens impia dogmata recantaret. Magister Vittembergicus alter, grandis & ipse natu, prudens, ac doctus, & si hæresim demas, minimè malus. Is per diu ministerium verbi Lutheranici exequutus Viennam venit in Styriam profecturus, pertæsus, quemadmodum dicebat, Ministrorum, apud quos agebat, improbam vitam. Sed Viennæ thesaurum, quem non quærebat, inuenit. Pellectus à Patribus, reuictus, dedoctus errores, vna cum coniuge veritatis lucem respexit. Et sanè si qui sunt non planè plumbei, nec flagitijs corrupti; non magno negotio (adeo absurda est hæresis, & auxilium Dei promptum) orthodoxæ veritati se reddunt. Nec à Pragensibus cessatum Socijs. Sodalitia duo instituta sub clientela diuinæ Parentis: cæpti quoque hoc anno admitti Pontificij Conuictores: sic enim appellant, quod Gregorius Summus Pontifex, vti cæperat alibi, etiam Pragæ ad certum numerum alendum paternæ benignitatis partem deriuauit. Sed curâ maximâ laboratum in exposcendo Numinis patrocinio. Nam in comitijs Bohemicis, quæ hic habebantur, quatuor menses vna religionis causâ exagitata. Lutherani contra Regni decreta Catholicos duntaxat, & Hussiticis ritus permittentia sese conabantur intrudere, tanquam ab Hussitis non discrepantes. Sed Hussitæ non è suo ipsos grege; sed Lupos rapaces vocabant. Quare adiuncti Catholicis strenuè dimicant. Egregium patrabatur facinus, si potuisset ferri sententia, decernique, vti fas postulabat, pellendos. Sed quia multitudine superabat ea pestis, turbarum metu, in proximum conuentum controuersia referuata. Pragæ Rodolphus

Maximi-

98

P. Franciscus  
Suuerus, Po-  
loniæ Prouin-  
cialis.

99

Georg. Phry-  
sius Iaroslau-  
uensis Colle-  
gij Rector.

100

Vilnæ Radiu-  
lij fratres res  
Catholicas suo  
exemplo pro-  
mouent.

101

Hæretici, atque  
Schismatici in  
Paschate Eccle-  
siæ redditi.

102

Stephanus Ba-  
thorus Poloniæ  
Rex denunciatur.

103

Austriacorum  
pietas erga  
Sanctissimam  
Eucharistiam.

104

Duo insignes  
Hæretici resti-  
piscunt.

105

Pragæ Nostro-  
rum labores.

106

Gregorianum  
Seminarium.

107

De re catholica  
dimicatio.

- 108** Maximiliani filius Bohemiæ Rex coronatus, mox Ratisbonæ Romanorum etiam rite Rex creatus est. Vbi Franciscus Antonius Auellaneda, Hoffaus, & Theodorius Peltanus, quos ad Comitia Viri principes duxerant, obeundis Societatis muneribus, multos priuatum, ac publicè peperere vsus. Habitus est & Græcij Prouincialis Styriæ conuentus: in quo cum recens Collegium, contendentibus industriam Socijs, prompto ad omnia Principis studio corroboraretur, & vbertatem messis primitiarum lætitia præmonstraret; vehementer ab Hæreticis certatum, vt maturè malum Luthero impendens auerteretur. Propè miraculo fuerat, quòd Paschalibus ferijs quingenti sub vna specie communicarant: cum ante circiter viginti numerarentur. Collegium quoque ibidem Lutheranum ruebat, non solum Archiducalis incremento, sed etiam irâ, vt apparebat, caelesti: nam Rectorem, ac tres Magistros, aliosque multos extinxerat: ac nullum ferè Auditorum præterierat intactum lues, quæ extra id Collegium non emanauit. Cuius etiam calamitatis, vt solenne est Hæreticis cuncta mala in Iesuitas referre, non dubitarunt eosdem facere auctores, quasi putei illorum aquas viriassent: quod nemo, nec ex Hæreticis quidem non risit. Neque in conuentu, quem dicebam, dum Prouinciales Domini, ne Iesuitæ pellantur, negant in bellum Turcicum se pecuniam collaturos, quicquam attulere, quod criminis speciem haberet; sed id duntaxat vniuersè: Nullam se bonam fortunam, post eorum aduentum expertos. Imò, ob receptos eos, apparere & Deum, & Turcas iratos. Quæ cum dicerentur; non defuit, qui inepto ioco, seu per socordiam diceret id factu optimm fore, si Iesuitæ ipsi mitterentur ad Turcas. Quo loco Secouienfis Episcopus stultum dictum irridens: Profectò, inquit, Domini Prouinciales non benè sibi consulunt hoc modo. Nam si Iesuitæ, qui sunt viri mirabiles, & plurimum valent ad homines conuertendos, mittantur ad Turcam; nihil habebitis certius, quàm fore, vt conuertant eum ad fidem Papisticam. Quod si fiat; malum capitibus vestris. Idcirco magis expedit vobis, vt vestros Verbi Ministros ad eum mittatis, qui persuadeant illi Lutheranismum vestrum: atque tum vobis Turca erit clementior, & vobiscum contra Iesuitas pugnabit. Quæ in tempore dicta, cumque multorum risu excepta, aduersarijs pudore suffusis, quatuor seuera oratione grauius calumnias diluere; vt iam ipsosmet pigeret, puderetque incepti, Sed multò tamen grauius, diplomate edito eos coërcuit religiosissimus Archidux. Non ita quanquam paulo ante prorsus intractabiles, Hæretici se Brunæ gerebant: sed ad sustinendam eam Domum ipsi quoque stipem, ac subsidia conferebant. Persimilis hîc, atque Græcij Paschalia inter solennia notata rerum mutatio in frequentia Dilingani mensæ. Sed quantum iam esset profectum alter Paschæ diès ostendit. Mos erat Brunæ (hodieque non angustè per Septentrionem viget) fortassis olim ab religione ortus, sed in intemperantiam magna ex parte degenerauit: vt secunda Paschalia feriarum egressi ex Vrbe dicerent se in Emaus proficisci: cum ad Popinas suburbanas, & comotationes irent. Quam indignitatem cum Pater Alexander Hollerus Concionator diè Sancto Paschæ grauitè exagitasset; postridie populus, nec inuitatus, nec vllò edito campanæ signo, pro ebriolo illo egressu, in Sacellum Domus Nostræ conuenit magnâ frequentia: quibus ne deesset sua hilaritas sobria & salubris; Concionator quanquam extemporariam, lautam verbi Diuini cœnam è suggestu dedit. Atque Hollerus quidem Vrbanos maximè tractabat: at Pater Bernardus Coccius in suburbanum Templum desertum, olim Benedictinorum, cui loco vulgò nomen Cumarof, singulis diebus festis excurrere ad rem diuinam, atque Euangelij explicationem, magno fructu, quatuor Pagorum rusticos conuocabat. Dilingani interim, atque Augustani Socij in maximis versabantur angustijs. Augustæ iam pridem vulgò, ac sine scrupulo dabant sœnori pecuniam, quinos è centenis vsuræ nomine exigentes; cum ea duntaxat conditione, vt qui recuperare fortem vellet, debitorem sex ante mensibus appellaret. Quod negotium Romæ diligenter expensum Theologi multi pro iniquo damnarant. Hinc Antistes cum ab huius initio anni Societate interiùs vtens, reformandæ suæ Ecclesiæ manum seriò admouisset, & publica in primis scandala amoliri exorsus, ampliùs trecentas Concubinas ab Sacerdotum sinu abstraxisset; illum quoque publicæ iniuriæ mercatum euerfurus,
- 109** Græcij Nostrorum labores in Hæreticis.
- 110** Lutheranis quasi ex miraculo deficiunt.
- 111** Ridicula Nostrorum calumnia.
- 112** Secouienfis Episcopus Hæreticos argutè redarguit.
- 113** Brunæ Hæretici mitius se gerunt cum Nostris, & ad pietatè trahuntur.
- 114** P. Alexander Hollerus Concionator abusu Brunæ tollit.
- 115** P. Bernardus Coccius rusticos catechizat & concionibus iuuat.
- 116** Augustæ vsurarius contractus inoleuerat.
- 117** Concubinarum trecentarum à Sacerdotibus abstractarum.
- 118** Contractus vsurarius prohibetur ab Episcopo.

euerfurus, edito diplomate, eo quæftu implicitos venit ab Confefſarijs abfolui. Com-  
 mouit vniuerſam Auguſtam id edictum, & pars inuidiæ maxima in Dilinganos Socios  
 vertit: quod ſe ei negotio Pater Gaſpar Eiuodus Anglus immiſcuerat: eoquæ populi  
 tumultus proceſſit; vt coactus fit Epifcopus reuocare edictum: qui paulò poſt etiam  
 è viſta concedens omni liberatus eſt cura, quæ geminata eſt Confefſarijs. Nam de  
 qualitate contractus conſultus Romæ Pontifex; planè iniquum reſpondit. Neque  
 abſoluendos, qui non abſtinerent. Sed neque in ſuggeſtu, neque in cathedra eam  
 rem tractandam, ne daretur turbis occaſio: Quæ cum reſponſiſſet Pontifex; Epif-  
 copus, qui demortuo ſucceſſit, iuſſit abſolui: ex quo & in Collegium, quod conſue-  
 tis etiam ſubſidijs ex Epifcopali menſa ſpoliauit: atque in multos Parochos poſtha-  
 bentes conſcientiæ ſuæ vexationes quaſlibet, grauis infeſtatio coorta. Et hoc anno  
 Spirenſe Collegium exagitarunt Hæretici, Senatus expoliare ope conati. Itaque  
 Natali Sancti Ioannis Baptiſtæ die, dum concordiam cum Clero in vitam Senatus in  
 principe Templo inſtaurat; publicè profeſſus eſt, ſe eius fœderis vi nullam debere  
 Societati deſenſionem. Addidere cauſas ex adeo frigidis, atque imprudentibus ca-  
 lumnijs mendicatas, vt pro ſeditioſe, odioquæ Ieſuitarum, quod ſpectabatur, rei in-  
 dignitas commiſerationem pepererit aduerſus innocentes, odiumquæ retorſerit in  
 auctores iniuriæ. Commouit ea res grauiffimè Eccleſiaſticos. Canonici publicè in  
 Senatu conqueſti ſunt, ſibi, ac Societati illatam temere iniuriam, miro Decani ſtudio  
 ſe priùs, quàm Societatem Spira eiſciendum diſtantis. Epifcopus accito ſtatim  
 Rector Collegij, ſuoquæ patrociniò largè delato, inſuper à Cæſare literas exorauit,  
 per quas Senatui Societatis deſenſionem mandabat. Ita Senatus paulatim emollitus,  
 capitale ſtatuit, ſi quis Ieſuitas diſto, factouè violaret. Hac exagitarum procella Col-  
 legium peſtifera lues arripuit: tres extincti; ceteros fuga ſeruauit, qui extremo No-  
 uembri, malo iam emortuo, reſſi munia intermiſſa repetiere. Nec Treuiris ſat  
 quietæ res, tentante Senatu nouam inducere ſcholam, repugnante cum Academia An-  
 tiſtite, plerisque ex improbiſſimis diſſidij cauſam in Societatem conuertentibus: con-  
 iecturâ tamen falſâ, non tamen abſurdâ. Nempe è ſua ipſorum conſcientia: quia  
 non ludum literarium, ſed magiſtèrium impietatis moliebantur. At Colonia, poſt  
 luctuoſum anni ſuperioris caſum, ſupra opinionem, ac vota ſuebant omnia pla-  
 cidiffimè, cum fructu, & gratia Ciuitatis. Hoc anno primùm ad domeſticum Sa-  
 cellum iam non nihil auctum, aditus externis datus eſt, & germanica ibi concio  
 inſtituta. Duæ quoque conſtatæ Sodalitates: altera Sanctiſſimi Sacramenti, altera in-  
 tegerrimæ Dei Matris, quæ in eximiam breuè molem creuere. Stationes in Eiſfel-  
 dia, & Badenſi Ducatu etiamnum continuatæ. Heilingeſtadij in Eiſfeldia, iuſ-  
 ſu Principis Collegium præparantis, ſub annum extremum gymnaſium apertum.  
 Sed Forchemio diſceſſum, fructibus, qui ex eo genere temporariarum Stationum  
 expetuntur abundè lætis, ampliùs biennij culturâ. Nam Pater Chriſtianus, & Mat-  
 thias, cum domeſtico adiutore, ætates omnes, ordinesquæ complexi, laudabili arti-  
 ficio, & conſtanti labore cuncta ad Religionis florentiſſimæ facièm renouârunt. Puc-  
 ri, puellæ, ac rudior populus catechiſmum Caniſij, adiunctasquæ preculas, & roſarij  
 tractandi viam rectè perceperant. Ambigui religionis, nutantesquæ dubitationem,  
 plurimi hæreſim exuerant. Vniuerſè omnes Diuinorum eloquiorum, & ſacramen-  
 torum pabulo ſaginati: Sacerdotibus ad ea ſubminiſtranda inflammatis, edoctiſ-  
 que, ac directorio Polanci donatis. Ad hæc publicas Miſericordiæ domos, ſue in  
 quibus ægroti, ſue in quibus peregrini alerentur, celeberrimis quibusque diebus  
 diuinorum uſurpatione curauerant: quanquam fuit cum leproſis aliquandiu alter-  
 candum: quorum peior ſœdabat animum lepra, quàm corpus. Hæretica femina  
 Noſocomij procuratrix ſerebat, nutriebatquæ diram peſtem: adeo facilè deterri-  
 ma propagantur. Quâ Senatus iuſſu amandatâ, perpurgato animo elephantiaci  
 calamitate corporis pro ſegete ad æternam totius hominis felicitatem vti cœpere.  
 Inopes quoque, ac mendicos huius, æternæquæ vitæ ſubleuauerunt bonis: qui-  
 bus quoddam feſtis diebus, ad mendicandum, & ſuam colligendam annonam diſperſi  
 catecheſi non intereſſent; diem Veneris propriè deſtinarunt: additâ poſt ſolemnem  
 inſtitutionem, & cantum, quæ ad conueniendum pelliceret, commodâ ſtipe: præ-  
 claro

- claro inuento, vt idem & leuamentum egestati esset corporis, & succurrendi animo inuitamentum: quæque nimium stimulat mortalium rerum inopia, rerum diuinarum, quæ languidè mouet, fami quodammodo obsonaret. Iam libellorum catholicorum ingens vulgatus erat numerus, ingens hæreticorum incensus: & ad sanctam æmulationem vicini vndique Pastores allapsâ boni odoris suauitate erecti. His ergo, & id genus Forchemij perpetratis, quanquam tanquam peractâ messe maturus erat Euangelicis Colonis ad sua regressus tecta, quò vires ad nonos labores in domestico religiosæ disciplinæ otio repararent; tamen populus Forchemiensis, equè ac Bambergensis, tanquam in sementis opportunitate deserti, condoluere. Haud minor Dionanti gemitus Collegij discessu: quin eò etiam acerbior; quo bono diutius, pleniusque possessio priuabantur. Id Præposito Generali infacio, olim Socij in excursionem missi, aperto ludo, inchoarant, nullis fundamentis innixum: deincepsque precarium steterat populi rogatu. Sed cum iam Collegium Traiecti adoleret in propinquo, breuique surrecturum Leodij speraretur; Dionantinis eâ spe recreatis, supellectili vel in pauperes, vel domospas distributâ, & quæ maioris momenti priuati donauerant, suis cuique fideliter redditis, ad Collegia, quæ magis capacia incrementi essent, firmanda, ex Congregationis postremæ generalis mandato, operarij traducti: plerique Traiectum: vbi ineunte Iulio tres latinæ Scholæ. Anni iam initio secundissimo euentu totidem patuerant Antuerpiæ; & nouum ibi Templum dedicatum; Ludouico Requesensî Belgij Præfecto, Senatuque, ac populo Antuerpiensi spectantibus, additâ concione ab Episcopo. Dicitur etiam sunt inter Clerum, & Collegium ad femina elidenda discordiarum, certæ conditiones. Ibidem Pater Christophorus Rodericus præclaro erga Ciuem functus est officio caritatis, dum Requesensem mitigat, proditoris consilij detectis acerrimè animaduertentem in conscios. Sed mox infestum valetudini cælum expertus, simul cupiens à familiaritatibus Principum quàm longissimè abesse, & confessionum eorum tricis expediri, reuocatus in Italiam est, atque Lauretano Collegio præpositus: quam sibi ipse ærumnis, atque ætate iam grauior, eoque magis operæ sedentariæ, quàm peregrinationibus aptus, præcipuè sedem optarat. Iam Collegium Muffipontanum in Lotharingia maiore fama tollebat caput. Conuidtores admissi externo eis Oeonomo probatæ virtutis præfecto. Accurrebant è vicinis quoque Germaniæ Ciuitatibus auditores ab Hæreticorum disciplina elapsi. Cardinalis Guisus inchoatam à Carolo foundationem expleuit. Rerum Collegij componendarum præcipuus administrator fuit Salmæus Viridunensis Episcopus: qui dum supplicationibus instat, adeundis nudo pede Templis, distribuendâ populis inter sacra quotidie dape cælesti, alijsque pijs laboribus ad auertendos diuinâ ope Rhetos, qui Condè Principe magno numero Lotharingiæ imminebant, morbo correptus, quinto die sanctissimè obiit, ingenti pecuniæ vi pios in vsus legatâ, nec leui summâ Collegio, quod Viriduni ipse instituerat ædificando. Autumno nouum in Biturigibus Collegium inchoatum est, institutis Scholis Bernardino Castorio Rectore. Id egregiæ vir pietatis Abbas Niquettus iam diu moliebatur, qui quò res certius exitum fortiretur, & facilius confirmationem à Senatu Regio exoraret; effecit vt Archiepiscopi, ac Senatorum rogatu Henricus ipse Rex noui se Collegij fundatorem diceret. Et quidem bonus Abbas non sua modò, sed multo magis sese tradere Societati optabat: cuius voti ne compos fieret etas ipse, & valetudo, diuiniq; maioris obsequij respectus obstitit. Bellici interim tumultus maiori mole hoc anno resurrexere: transgresso ad rebelles ipso Regis fratre Alençonio Duce, mox & Rege Nauarræ secuto. Initio anni Annonenses Hugonotti Andausam vicinum Turnoni Oppidum per prodicionem nocturnam occuparunt. Ibi Turnonij Collegij Prioratus est: quem procurantium externorum Sacerdotum vnum Hæretici interfecerunt. Fortè euenit, vt nullus interesset è Societate, sed in eius turri Religiosi duo ex Monachis Casæ Dei, quorum ante Prioratus fuerat, hospitabantur. Horum alter Sacerdos vitæ innocentissimæ, Stephanus nomine, flexis ad carnificum conspectum genibus, spatium deprecatus, dum formulam suæ Fidei pronunciaret, in eiusdem fidei odium interimitur. Comitum quanquam brachio mutilatum, redimendum non leui summa

131  
Malè fonda-  
tum Dionan-  
ti Collegij  
dissoluitur.

132  
Traiectensis  
Collegij exor-  
dia.

133  
Antuerpiæ no-  
uum Templum  
dicatur.

134  
P. Christopho-  
rus Rodericus  
Belgio relicto  
Lauretano Col-  
legio præfici-  
tur.

135  
Collegij Muf-  
sipontani pro-  
gressus.

136  
Salmæi Virdu-  
nenis Episcopi  
virtutes, &  
mors.

137  
Biturigensi re-  
centi Collegio  
Bernardinus  
Castorius præ-  
est.

138  
Abbas Nique-  
tus eius Colle-  
gij fundator.

139  
Galliæ Bellici  
tumultus.

140  
Sacerdos Mo-  
nachus ab Hu-  
gonottis pro fi-  
de interimitur.

summa proposuere. Non multò post recepta ab Regijs Andausa est. Quos inter tumultus, Henrico enixè patrocinate, Socijs per Galliam fat fuit quietis. Vni Maldonato Parisijs nimia, vt opinio fuit, fama obfuit: quæ cum iam æmulum officere rationibus videretur; procellam ei moleftam porius, quàm periculofam exciuit. Bienio antè inter differendum de peccato originis; de integerrimæ Dei Matris Conceptione id tradiderat, quod Ecclesia Romana docet: non constare fidei Catholicæ dogmate ab communi eam lege fuiffe exemptam. Hanc placuit æmulis, tanquam Sorbonæ decretis aduersariam sententiam, pro hæretica notare: vt intelligas, quàm deesset audis calumniarum opportuna materia, qui adeo ab suis rationibus alienam arriperent. Quod ne ipsos quidem omnino latuit: eoque mox alteram de Purgatorio Maldonati opinionem adiecere. Denisetus quidam vnus Collegiorum Rector multis dubiæ fidei notis insignis siue vltro, siue aliorum inductu publicè contra sententiam de Conceptione inuehi cepit: ac Maldonatum ad Academiæ Præsidentem accerere. Qui cum respondisset in corpus Academiæ Collegium Societatis coopere nondum Academicis placuisse; res ad Antistitem defertur. Is pronunciat, quæ de ea re Maldonatus docuerit, cum Romanæ, Catholicæque Ecclesiæ sensu congruere, & mandatur typis sententia. Tum potentiores aduersarij exorti Claudius Sainctes Ebrouicensis Episcopus, Pelletarius Academiæ Prodecanus, ac Faber Doctor & ipse insignis. Claudius cum ante Maldonati doctrinam admiraretur, eiusque Scholas per amanuensum exciperet, atque multa ex ijs in editos à se libros translulisse profiteretur, quèd anno superiore delatus ad Pontificem fuerat, quasi contra eum concionaretur; timens ne id confirmationi Episcopatus incommodaret, falsoque ab Iesuitis delationem suspicatus profectam; mutatâ continuò voluntate, perferutari Maldonati scripta cepit; nanosque notare, demum ducem se æmulum officere. Non necesse est referre quemadmodum suam contra communem Romanæ Ecclesiæ sententiam confirmarent, ne pijs, ac doctis viris videar obtractasse. Sed mala causa, quoquomodo tuearis, malè defenditur. Tridentinum Concilium obijcientibus; respondebant id non esse receptum in Gallia. Gregorius Pontifex controuersâ cognitâ auctor fuit Episcopo Diplomatis Pij Quinti promulgandi. Sed obstitit Maldonatus ne nimis acerbum Doctoribus vulnus imponeretur. Quæ cum Pontifici moderatio temporis causâ placuisset; dedit ad Nuncium suum, ad Cardinales Borbonium, & Guisium: itemque Episcopos Altisiodorensem, & Andegauensem Apostolicas literas, per quas potestatem faciebat controuersia componendæ: quod & Rex nonnullis Præsibus, atque Senatorijs viris demandauit. Annum propè ipsum molesta causa tenuit: dum hinc ipsa pro se res, inde multorum auctoritate pollentium pugnat existimatio. Tandem sensim mitigatis animis, neque Maldonato, qui sanè hoc in certamine egregia dedit modestiæ, atque obedientiæ documenta, instante, rem consensescere passi sunt. In eo Maldonatus non satisfecit, quòd glifcente tempestate, scholas intermisit, vt quidem se ipse purgabat, ne postquam pro se Episcopus pronunciarat, si docere pergeret, canere triumphum videretur. Romani tamen Patres ne id commoti animi, ac minus patientis speciem haberet veriti, repetere labores iusserunt: quod anno insequenti miro omnium plausu, atque approbatione fecit, honoratorum auditorum, insigniumque personarum pulcherrima corona, in quibus ipse Pelletarius bono cunctis exemplo spectabatur. Vt verò discordiarum semina penitus, si fieri posset, exciderentur; Rex, ac viri Principes multi vehementer vrgebant, vt in Academiæ corpus Societatis Collegium coopertaretur: cuius rei exitum in tempore memorabo. Adnectantur turbæ turbis, Hispanicæ Gallicis. Administrabat Valentia Regnum Ignicus Lopus Mendoza Mondoxaris Marchio, inter quem & Ioannem Riberam Patriarcham, & Archiepiscopum Valentinum iam diu præcellendi æmulatio glifcebat: quo nullum habet Satan acrius discordiarum telum. Nuper Prorex, quodam sacrificante Episcopo, Sacerdotem, qui ab Euangelio recitato sacrum volumen sibi deosculandum attulerat; quòd stans porriggeret, coegerat spectante populo manu iniectâ porrigere flexo genu, haud sine aduerso murmure, periculoque dissidij grauiissimi, Sed Petrus Villalba Prouincialis, quo Prorex Confessario utebatur, cum

141

Maldonati de Conceptione B. V. ac Purgatorio iudicium Sorbonici Parisijs calumniatur.

142

Denisetus eundem Maldonatum taxat.

143

Item Claudius Ebrouicensis Episcopus Pelletarius Academiæ Prodecanus, & Faber.

144

Tumultus sopiuntur.

145

Hispaniæ res.

146  
Petrus Villal-  
ba Prouincialis  
nascensium cu-  
multum sedat.

147  
P. Michaelis  
Gubernio con-  
cionante Pro-  
rex offenditur.

148  
Prorex P. Gu-  
bernium Valen-  
tia discedere  
iubet.

149  
Minis impellit.

150  
Archiepiscopi  
Constituti So-  
cietatis causam  
defendi curant.

151  
Alphonsus Ro-  
manus mitti-  
tur ad monen-  
dum Regem.

152  
Prorex Colle-  
gij bona inua-  
dit.

153  
Archiepiscopus  
Iudices anathe-  
mate, Ciuita-  
tem interdictione  
obstringit.

154  
Regis respon-  
so omnia le-  
dantur.

155  
Prorex Socie-  
tati reconcilia-  
tur.

156  
Enerardus Pro-  
uincialis  
mandat vt in-  
uigilent in su-  
rum concioni-  
bus.

157  
Non est Socie-  
tatis, quæ Prin-  
cipes offendunt  
tangere.

eum perpulisset, vt in Metropolitana Ecclesia Sacratio coram multis rite satisfacere; scintillam incendij fumantis extinxerat. Haud multo post inter Sancti Nicolai solennia in Templo eius nomini dicato superioris anni exitu Michael Gubernius concionari iubetur. Siue meditatus, siue repentino instinctu de Sacerdotalis fastigij Diuina præstantia orationem grauissimam texit. Vera, sancta, vtitata Sanctis Patribus cuncta erant, quæ dicebantur, & plausum habitura, si mortales vera, quàm placencia mallent audire. Intererat Prorex, qui designari se suspicans supra modum excanduit. Accersit exemplò Villalbam: iubet protinus Gubernium Valentia amandare: cumque ille respondisset rem esse deliberatione dignam, quòd iussu Generalis non suo illic versaretur Gubernius; post ridie certius daturum responsum; in præsens visus acqueuuisse: sed mox, vt res docuit, iræ impotens, per publicum administrum Prouinciali, Rectorique denunciatur, intra tres dies Valentino territorio, intra decem toto Valentia Regno Gubernium amoueant: si reluctentur Collegij bona se inuasurum. Ad hanc denunciationem, vt res publicè gerebatur, vniuersa Ciuitas oculos arrexerat, spectaturam quid consilij Patres caperent. Apparebat iussu iniquum, extraque secularem potestatem. Qui Patriarcha à consilijs aderant, libertatem agi Ecclesiasticam clamabant. Venisse tempus, quo verum de Societate mundus experimentum caperet: rectum necne, ac sincerum honestum, & catholici iuris propagationem, an possessiones, quod vulgus loquitur, & agros, & priuata commoda consecratur. Hic si vacillaret; nil amplius dubij futurum, quin quam profretur religionem, & Sancta Romana Ecclesia defensionem, verba inania sint, & vilia, vbi cum latifundijs proprijs, opimisque redditibus in contentionem veniant. Hisce sermonibus non solum inter Ecclesiasticos, sed cuncto in populo feruentibus, statuit Villalua, misso ad Regem edocendum Alphonso Romano, Gubernium extra Valentiam, dum quid certius ab Rege cognosceret, haud quoquam mittere. Interim dicta à Prorege dies exit, ac protinus bona Collegij occupantur. Archiepiscopus anathemate Iudices obstringit, cessationem à diuinis indicit: tota Ciuitas scinditur in factiones. His ab Rege interuenient literæ. Nil iubens, significabat optare se Gubernium tantisper Valentia abduci: Prorege occupatis bonis facessere: Patriarcham diuinarum rerum restituere libertatem. Quæ ad effectum deducta reddidere pacem: ac Proregem tum alij, tum præcipuè Franciscus Mendoza eius filius, iuuenis omnibus virtutibus ornatissimus, toti Societati placuit: ita vt eodem anno Neapolim Prorex venerit; Salmeronem suæ, cum tota domo, conscientia arbitrum legerit. Egerrimè hunc casum tulit Enerardus Generalis, dolens, inconsulto vnus hominis studio, Familia vniuersæ conciri odium, & affirmari maleuolorum voces tumultuum causam in Societatem auidè conijcientium. Itaque cum ipsum Gubernium, vt erat meritis, accepisset; vehementer Prouinciales admonuit, vt in zelo suorum scientia temperando inuigilarent. Non defuere, quibus à Diuino spiritu fuisse ille impetus videretur. Necessariam enim libertatem, & constantiam esse, quæ prauè palàm facta magnarum quoque personarum corripiat: quod omnibus ætatibus Sanctissimi Viri fecere: ne Euangelicis canibus obmutescens per impunitatem roborentur, & serpent. Ea animi firmitudine si Concionatores ceteri vtantur; nec tam crebra fore ab laicis Magistratibus certamina, nec tot populorum scandala, nec sacras dignitates ita passim proculcatum iri. Id genus multa multi iactabant. Ceterum hominum sub obedientia viuentium haud dubium peccatum est, vbi in rebus adeo grauibus, non interrogatis Moderatoribus, suo velificantur arbitrio: præsertim cum vnus hominis conatus, vt nunc sese habent humanæ res, multum habeat strepitus, momenti parum: atque instar eorum medicamentorum, quæ vitiatos corporum humores excitant, non egerunt; longè magis obfunt, quàm profunt. Eam ob rem Societas, quæ in turbulento rerum mortalium quasi Oceano, opem si possit, naufragantibus allatura versatur; summoperè abstineat necesse est ab ijs atrectandis, à quibus plus vlcis faciat, quàm medicina. Quod Deo aspirante, excubantibusque Moderatoribus diligentissimè totum corpus custodit. Quanquam vt ne quis vnquam è tanto numero quicquam siue prudens, siue imprudens committat, dum hac infirmitate circundamur, optandum

optandum magis, quàm sperandum est: & potius quòd non crebrò eueniant scandala, quàm quòd aliquando eueniant, admirandum. Quàm verò Societas ad inuidiosa munia, quamvis specie blandientia, se non solùm non inferat, sed oblata repellat; idem sub tempus in eadem perspectum Hispania est. Rex, & Apostolicus Nuncius Religiosorum quorundam, & Cleri emendationem toto Regno moliebantur. In eam rem Societatis operam destinabant: atque ad res tacitè cognoscendas Consaluum Menendem Madritani Collegij Rectorem, licet multùm reluctantem, coëgerunt pergere. Quod vbi Patri Generali innotuit, Gregorium Pontificem diligenter admonuit, quantum ea res cetera Instituti Societatis perturbaret munera: quàm parùm ad emendationem, quæ intendebatur conferret: rogat bono Societatis nomini, concordia, paci quæ cum sacris Ordinibus, utilitati omnium consulat. Indè permotus, quod supra significauit, ad suum in Hispania Internuncium literas dedit, quibus iubeat omnino abstinere ab Societatis hominibus tum in ea, tum in eiusdem modi causis ab instituto ipsius alienis occupandis. Quod in alias quoque scriptum est partes: & multa eius generis negotia inuidiosa pompæ excisa. Nec tamen, quod saluis institutis priuati conferri ad correctionem publicam potuit, prætermisum est. Nam cum ad excidenda nefanda sacrilegia, quæ alibi per occasionem sacre confessionis existebant, id crimen fidei Quæsitores sibi exceperunt: & Pontifex simul ac Rex nouâ formâ, Italicorum instar, Confessoriorum subsellia ædificari iussissent; ceterorum plerisque cunctantibus, Societas obedientia præiuit exemplo: addidit quæ monitum Pater Generalis, vt cuncti Societatis Sacerdotes studeant eò seminarum pietatem redigere, vt singulis Dominicis satis haberent de peccatis confiteri. Exiit & Nauacarneri turba non leuis super committendo ædibus Collegij eius Oppidi templo: vbi illud tantùm notârim, & hunc inde ortum turbinem, quòd Alphonsus Sancius Collegij Rector, non exploratâ suorum Præsidum voluntate, transitum à Collegio ad Templum aperuerat. Tanti momenti est obedientia. Nec immeritò finite eos errare Deus, qui se ab eius ordinaria prouidentia ratione subtrahentes, suæque innixi prudentia à regia deerrant via. Granatæ hoc anno ædificatio noui Templi inchoata. Petrus Guerrerus Antistes initium fecit: qui benè magnâ ad ædificij, alimenterumque Collegij impensam, pecuniæ collatâ summâ, suo magno gaudio Collegij fundator declaratus est. Collegij quoque Compostellani semina iaciebantur. Cum enim annum iam Consaluus Consaliuus fructu vberissimo versatus in ea Ciuitate esset: ei quæ ægrotanti Paulus Hernandus successisset, qui & Archiepiscopo Francisco Blanco Diocesim iustranti, pari cum laude, & populi commodis adfuit; bonus Antistes nihil ardentius, quàm stabilem Societatis familiam apud se habere optabat. Collegium interim Numantinum longo ante fatum tempore maturitatem accepit. Soriam hodie vulgus appellat, quæ Latinis fuit Numantia. Vrbs prisca quoque seculis clara in veteri Castella. Cælum saluberrimum, agrum per amplum habet, magnam partem montanum. Primus Numantia Societatis notitiam præbuit Pater Ioannes Baptista Martinus indidem oriundus domesticorum causâ negotiorum missus: qui semel auditus è suggestu, probatusque, retentante Ciuitate, Moderatorum consensu ad sex persistit menses apud Bernardum Molinam doctrinæ Christianæ Præfectum, eximia bonitatis virum, qui institutionem Collegij cum pro virili iuisset, eiusdem in Templo demum mortuus requiescit. Ex probato Martinij experimento multis Numantinorum Collegij voluntas exarsit: in primis nobili Virgini Ioannæ Mendozæ. Hæc Ioannis Turrij Mendozæ viri inter suos primarij, & Ioannæ Toletanæ filia, Matris consilium sequuta, quæ post viri obitum in Berlangense Cænobium secesserat, cum perpetuam Deo integritatem consecrasset, suam quoque rem domesticam religioni statuerat dedicare: eo quæ Collegij Societatis institutionem auidè arripuit. Verùm quia voluntatem eius minimè adæquabat facultas; his anno millesimo quingentesimo sexagesimo sexto gestis, quod deinceps intercessit temporis, renouatis per interualla missionibus transmissum est, donec Ioannam Mariam Sororem suam viro, susceptaque ex ea filiola orbatam impulit, vt foundationem expleret. Itaque admissum hoc anno Collegium est: atque initio aliquot Patres in ædibus ad Sanctam Mariam

158

Neque in inuidiosis muneribus se ingerere.

159

P. Generalis Pontificè regat ne ad Clerum per Hispaniam reformandum Societatis Patres adhibeantur.

160

Obtinet à Pontifice.

161

Subsellia Confessoriorum in Hispania reformata.

162

Feminarum confessiones ad osiduum Nostris redigere iubet P. Generalis.

163

Sine obedientia ductu facile turbæ succedunt.

164

Petrus Guerrerus Episcopus Granatæ Collegij fundator.

165

Consaluus Consaliuus, &amp; Paulus Hernandus Collegij Compostellani semina iaciunt.

166

Collegium Numantinum, fundatur.

167

P. Ioannes Baptista Martinus in concione auditus Collegij desiderium excitat.

168

Bernardus Molina Collegium promouet.

169

Ioanna Mendozæ suis facultatibus iouat.

170

Matia Mendozæ fundationem explet.



171  
P. Ioannes O-  
forius primus  
Rector.

172  
Multa incem  
moda euicit  
patientia.

173  
Tarraconæ  
Domus proba-  
tionis à Card-  
Cervante insti-  
tuitur.

174  
P. Alphonsus  
Romanus cum  
Socijs proxi-  
mos iuuant.

175  
Cardinalis mo-  
riens Colle-  
gium suo xre  
subleuat.

176  
Domus Profel-  
sa Xerensis in-  
choatur per P.  
Io. Frias, &  
Laurentium  
Alphonsum.

177  
P. Coufalui  
Esquinelij in-  
diarum procu-  
ratoris mors,  
& laudes.

178  
Iacobus de Lu-  
na illi suffici-  
tur.

179  
P. Io. Castane-  
dz, mors voca-  
tio, & virtutes.

180  
Raphaël Pere-  
grinus occu-  
bit ex morbo.

181  
P. Christopho-  
rus Colladus  
ex fulmine.

182  
Religiosus  
mors non in-  
uenit impara-  
tos.

Marię de Spino diuersati, mox in conductam domum ad Sancti Sebastiani migrã-  
runt, Ibi primùm ordinatum Collegium duodecim incolarum, & litteraria institutio  
cœpta, Ioanne Oforio primo Rectore. Fuere & hic, vt alibi solent, ardua initia,  
multaque ab æmulatione, non bona, multa ab rerum egestate, domicilijque difficul-  
tate tolerata: quæ, Deo tandem propitio, constans patientia, efficacique virtutis  
nunquam interruptus, aut hebetatus fulgor euicit. Tarraconæ Domum probationis  
Cardinalis Cervantes instituebat. Iamque ad captandum situm, atque interim Tar-  
raconenses iuandos ineunte ætate cum Sacerdotibus binis, ac laicis Alphonsus Ro-  
manus eò contenderat. Qui omnes in Vrbe, agroque præclaras fecere operas. Sed exi-  
tit pretium maximè è moribundis. Nam cum tria essent Tarraconæ Cœnobia Re-  
ligiosorum, sed extra Urbis mœnia, quæ eo tempore amplificabantur, & muniaban-  
tur; si necessitas noctu ingrueret, quòd alij clausis Urbis portis excluderentur, ad  
nouos Religiosos per fugium omnes habebant. Hi commodatis in Vrbe ædibus ab  
honesto Sacerdote, vicinoque ijs Sancti Laurentij Templo utebantur: Cardinalis-  
que, ac Prioris Neboti viri virtutis amantissimi aiebantur impendijs: eà curâ, vt Car-  
dinalis paternam prouidentiam, Prior maternam indulgentiam exhiberet: cum re-  
pentè quindecim spatio dierum orbatu utroque sunt. Sed Deus, qui famulos suos ad  
immortales voluit spes erigere, ac docere sibi nequaquam necessaria ea præsidia,  
quibus nos maximè nitimur, opus prouexit: Nam & Cardinalis testamento commo-  
dum addixit censum: & Ciuitas multâ voluntate situm, quem Cardinalis Templo,  
domuique extruendis destinauerat, dedit, & multa insuper perstudiosi animi pigno-  
ra, Xerensis quoque Domus ( Assidonam olim dictum Oppidum putant ) inchoata  
habendis Professis: non magno aliquo inuitamento Ciuium priuatim, aut publicè,  
sed cuiuscumque opportunam manum iniiciendam Bæticis Patribus existimantibus  
propter eximium vsum, quem illic domus, vt Sancti Luca Portui vicina, habere po-  
terat, præsertim ad navigationes Indiarum Occidentis. Itaque Nouembri mensè, con-  
ducto in domicilio Ioannes Frias, & Laurentius Alphonsus docti, experientisque Sa-  
cerdotes, cum domesticę operæ ministro, eam sedem inchoauere. Magno India-  
rum Occidentis incommodo Pater Coufaluus Esquinelius Procurator earum primus,  
dum in ordinando illo officio sedulus elaborat, Hispali pridie Idus Augusti decessit.  
In Madritana Curia aliquot annos cum laude Prouinciarum Hispanicarum causas  
procurarat. Quippe ad Societatem iuris scientiâ clarus, natuque iam grandior ac-  
cesserat. Quo etiam incitatore cursu, atque æquabiliore constantiâ, vt ferè sit, ad  
perfectam virtutem, præcipuè ad existimationem sui proculcandam capessuit, su-  
premiusque ad vsque spiritum tenuit cursum. Procuratoris munus post eum Iaco-  
bus de Luna excepit. Obijt & Pinthiæ pridie Idus Iunij Domi Professorum Ioannes  
Castaneda post quinque & viginti annos in diuino famulatu exactos: ad religiosæ  
olim vitæ voluntatem incensus pij lectione libelli, in quem fortè in libraria taberna  
incidit: Tanti refert copiam in Ciuitatibus esse piorum voluminum, quæ vel non  
quærentium in manus incurrant. Valebat in suggestu. Cunctas virtutes, sed studio-  
sius pudicitiam, obedientiamque coluerat: sed proximo anno cum inconsiderato a-  
breptus zelo instituendi Guadalaxarę, vndè erat oriundus, Collegij Præsibus in-  
consultis negotium mouisset; idque Ciuitas, & multi Principes acriter suscepissent;  
neque in eo refutando, quod ita oportebat, molestiæ parum Superiores hausissent;  
iam moribundus, cum sincerius iudicium est, eà re grauissimè doluit, rogauitque  
Ioannem Emmanuelem Domus Præpositum, vt nomine suo à Patre Generali veniam  
precaretur. Raphaël Peregrinus dum Casaraugusta, vbi Collegium regebat, Valen-  
tiam pergat, vitæ cursum peregit sexto Nonas Maij, vir magnæ modestiæ, & iuandi  
proximos audis, vel supra vires: in Maiore Baleari natus, annum circiter vigesi-  
mum in religioso conuictu agens. Hos per consueta morborum tela mors rapuit. At  
Christophorum Colladum magnæ virtutis; atque expectationis Sacerdotem in ipso  
iuuentæ flore collapsum fulmen Barcinonæ pridie Idus Septembris extinxit. Paulò  
antè diuinam rem fecerat, tuncque lances in culina tergebat. Itaque quanquam ex  
improviso aggressu, tamen optimè præparatum, inque sanctę humilitatis, atque obe-  
dientię ministerio mors deprehendit: quæ inter ceteras religiosæ vitæ commoditas  
est

est amplissima: ut nisi planè perire vltro velis, supremo illo articulo, quo de beata, vel misera aternitate deciditur, nequeas imparatus offendi. Lusitania Ludouicum Confaluum de Camera amisit è prima nobilitate virum, sed haud dubiè virtutibus clariorem. Percarus olim vixit Sancto Parenti Societatis Ignatio: & sub eo aliquandiu Romanæ Professorum Domui Minister præfuit, diligens eius virtutum obseruator idem & imitator: ex cuius etiam ore multa de eius vita excepta in commentarios retulit. Electus inde in prima Congregatione Assilens, perennius, ut in loco memorauit, translatus est in Lusitaniam ad Sebastiani Regis institutionem: cuius & confessiones audiit vsque ad proximum ante hunc annum, cum se ab aulicis expeditit tricis: quod reliquum erat vitæ sibi victurus. Frequentibus totâ vitâ exercitus morbis, & oculis propè orbatus; non solùm patiendi captus tedio non est; sed cum mortales consueuerint facilem è vita exitum inter votorum prima expetere; ipse Deum rogauit, ut diutino se ante mortem, ac molesto languore cruciaret, vnde proficeret, inque suæ utilitatis cognitionem penitus descenderet: quod confequutus, longâ quartanâ, quæ tandem in hecicæ euasit, consumptus est. Dum sacra vnctione præmuniretur, Fratres magno numero cum cumulosos ad perseverantiam, vtque veri, ac germani essent Ignatij filij, & sui ipsorum victoria studiosi: ante omnia, ut sibi condonarent, quæ minus recta præbuisset exempla cohortatus est. Interrogatus quoniam tantum habuerat cum Rege vsum, nunquid apud eum ad animi sui leuamen curandum censeret; nil planè esse respondit: alioque in sermone adiecit; grates se Deo maximas agere, ob multa in se collata beneficia: sed præcipuè quæd cum duorum Regum Ioannis Tertij, ac Sebastiani confessiones audisset, multoque apud eos in honore, multaque fuisset in gratia; nunquam tamen hinc sollicitatus esset, ut vel suis priuatim commodis, vel consanguineorum seruiret. Cum hac tranquillitate conscientia, tandem vti semper vixerat, piè vltimum spiritum in Sancti Antonij Collegio Idibus Martij magno Regis dolore, magno pauperum, quorum semper amantissimus Pater fuerat, exhalauit: non leui etiam Indiarum detrimento, quarum commoda habuerat semper carissima. Ipsemet inde ab Societatis ingressu Brasiliam expeditionem, nondum quoquam illic Sociorum transgresso, optauerat: ac sepè institit postea, præsertim supremis. annis Aula radio, ut eò secedendi potestas heret. Dicebat insignia beneficia in Lusitaniam Prouinciam à Deo conferri tum maxime; cum maxime in mittendis ad Indos subsidijs: eamque ob rem magnæ spei hominibus vltro se spolians liberalitatem expromeret. Tum enim in sufficiens solbole excellenti, ceterisque Prouinciæ commodis augendis, quod Pater Diuinorum operum sedulus obseruator notatis probabat exemplis, nesciam vinci beneficentiam summi boni quàm largissimè respondere. Tertio idus Februarij in Angolam missi superiores anno Patres, cum Paulo Dia Præfecto Classis, in Loandæ Insulæ portum inuecti sunt: quem portum ferunt omni opportunitatum genere ornatum, interque primos terrarum Exscensione factâ cum vniuerso milite, supplicantium ritu, præunte tubarum concentu, ad sacram ædem Conceptionis Deiparæ progrediuntur: Patre Garzia cum Sacris Reliquijs è Sanctæ Virgulæ comitatu, sequente sub umbella. In ea Socij æde, quam & ab Lauretana Domo nuncuparunt, postea diuersati. Oppido Sanctus Paulus est nomen impositum, haud dubiè à Præfecti Classis obseruantia suum erga cognominem. Iam in initum erat ieiunium magnum: quod impensè statim Patres, tum maritimos Insule, ac Mediterraneos, tum confluentes ex Insula Sancti Thomæ, docere, adhortari, expiare. Ceterum inter veteres Insulæ accolæ Quadragesimæ tempus non nisi fastorum indicio noscitur, inolito more, Cæli inclementioris obtentu, nunquam ab carnibus abstinendi. Ipsos Patres, quia abstinebant, paulo mox, dicebant, scabie, atque elephantiasi coopertum iri. Sed illi nulla re territi, tum seueritate in neganda contumacibus absolutior, tum hortatibus, & exempli sui constantiâ, non cum detrimento, sed potius commodo valetudinis, absurdam consuetudinem sustulere. Triplex hominum genus illic degebant, Lusitani indigenaque Ethnici, & aduecti ex Regno Congi Christiani: quos tamen ex nominibus potius, quàm ex vita suspicari Christianos. Omnibus hisce dispertiri suam capere operam. Certo tempore Aethiopiibus propriè excolendis, quod postea semper factitatum est, diebus

183

Lusitanice res.

184

Ludouicus Cō. saluus ex Missio. Donus Professe Assilens electus.

185

Ante mortem longum molesto que mortem exoptat, &amp; impetrat.

186

Ante extremam vnctionem circumstantes hortatur.

187

Ex duorum Regum gratia nihil in tuum, aut consanguineorum commodum detrauit.

188

Pauperum amantissimus.

189

Brasiliæ Missionem ante Nollorū illuc accessum optauit.

190

Ad Indos mittendo non minuitur. Prouincia, sed augetur à Deo.

191

Angolæ Missio.

192

Supplicatio à Nollris instituta ad Deiparæ Templum.

193

Abusus inuentus vescendi carnibus in Quadragesima.

194

Non veloces scabie infensidos putabant.

195

Nollris abusum tollunt.

196

P. Franciscus Goucaus quibus

tuordecim an-  
nis in Custodia  
ab Rege Ango-  
lano detentus.

197  
Lusitani de  
prodicione cul-  
pantur.

198  
Dei opem im-  
plorant.

199  
Rex suspicio-  
nem deponit, &  
impositores pu-  
nit.

200  
Mortem arcti  
posse cantilenis  
putat.

201  
P. Goucanus  
moritur, ac se-  
peliatur.

202  
P. Bernardinus  
Ferrarius & P.  
Georgius Cas-  
trius in In-  
diam veniunt.

203  
P. Valignanus  
Visitator P.  
Rodericus Vin-  
centius Pro-  
uincialis India-  
rum.

204  
Prouincialis  
cum tribus al-  
ijs Theologis  
& Societate  
Goanæ syno-  
do interfuit.

205  
Franciscanus  
Theologiam  
Magister ex  
Nollis docet.

206  
Sanctissimæ  
Crucis particu-  
la Cocinum  
donat P. Vali-  
gmanus.

207  
P. Valignani  
excursiones, at-  
que labores.

208  
Excipiebatur  
vbique cum  
gaudio.

209  
Centum, &  
plus dissidia  
sedauit.

bus Dominicis attributis. Annum iam quartumdecimum apud Dambem Angolanum Regem Pater Franciscus Goucanus habebatur in Custodia: qui admonitus, vt significaret, quâ posset viâ vindicari in libertatem; respondit omnia potius, quàm arma experirentur: ne se, & Lusitanos reliquos in discrimen conijcerent. Hoc edito responso neuiquam tamen discrimen effugit. Legati ab vicino Regulo superueniunt: monentque plurimum Dambem, caueat sibi ab Lusitanis, quos circa se habet: moliri eos prodicionem, & conspirare cum Paulo Dia, vt Regnum eius, & argenti fodinas inuadant. Rex vehementer eâ oratione commotus, quid consilij capiendum sit, in alterum diem differt: quod spatium fuit Lusitanis ad opem diuinam confugiendi. Conueniunt in sacram adem, quam Cabaza Pater Franciscus extruxerat, & super alias preces magno sensu solenni formulâ Dei, & Beatorum tutelam implorant. Tum ad Regem profecti innocentiam ita suam probarunt; vt Rex, quò sibi satisfactum ostenderet; ipsosmet legatos falsi indicij auctores vincos tradiderit. At Patrem ex cura (vt fuit opinio) pacandi Regis, grauis inuasit morbus. Et quamuis Rex omni curâ habuerit, & circumire assidue domum noctes, & dies iussisset Cantores suos, qui voce, & pulsatis organis, pro vana opinione gentis, mortem detererent, ne accederet; tamen quarto Kalendas Sextiles mors adfuit, magno ipsius Regis dolore, & Lusitanorum, qui & rerum, & vitæ in eo tutelam habebant. In Sacello, quod nuper dixi, ab ipso extractum, datus est sepulture: ad quam honorandam Rex boues permultos Lusitanis donauit. In Indiam quatuor è Lusitania discesserit egregiæ operæ Bernardinus Ferrarius, Georgius Castrius, Emmanuel Clauus Sacerdotio præditi, & Thomas Anglus nondum Sacerdos. Sed & hoc, & Emmanuele sublato in itinere, Bernardinus tantum, ac Georgius peruenere. Ea Prouincia iam Valignani Visitatoris, ac Roderici Vincentij Prouincialis sedulâ curâ sensim excitabatur. Valignanus rebus Goæ compositis, multisque circa in supplementum dimissis, ac præcipue Alphonso Consaluo, Antonio Lopio, & Christophoro Leone Sacerdotibus; in Iaponiam ad visendas oræ meridianæ Domos Aprili mense egreditur. Interim dum ille abest, Archiepiscopus Prouinciale synodum Goæ habuit: cui Pater Prouincialis cum tribus Theologis è Societate interfuit: quibus & perscribendis decreta negotium datum. Sed præcipue in eo, coniunctis cum Bartholomæo Fonseca Inquisitore viribus, admissi sunt, vt primi Concilij acta, quæ quidam labefactare in Ethnicorum fauorem conabantur, immota conseruarentur, ingenti bono christianæ rei. Franciscanis quoque Patribus theologo præceptore carentibus toto hoc anno Pater in eorum cœnobio, illuc quotidie ab Collegio tendens, sacram doctrinam explicauit, magno non solum Ecclesiæ Indicæ, tantum penuria Magistrorum laborantis, adiumento; sed etiam caritatis religiosæ documento, ac nexu. Valignanus vbi Cocinum venit ei Ciuitati, quia ab Sancta Cruce inditum à Lusitanis cognomen habet; particulam è ligno Sanctissimæ Crucis à Patre Generali missam, ac certis à Pontifice indulgentijs ornatam, donauit. Quæ summâ voluntate accepta, magno omnium Ordinum concursu, & celeberrimâ supplicatione in Templum maximum perlata est. Hic duos inter Malabarum christianorum maximè potentes inimicitias graues sedauit. Tum domesticis rebus ordinatis Conlanum venit. Vniuersam Trauancoridis oram, inde viginti quinque spatio leucarum vsque ad Promontorium Commorinum secus mare porrectam, plus quindecies mille Christianorum complexam grauiter laborantem reperit. Biennium ferè ob bella Christianos inter & Ethnicos orta, & Christianorum Ecclesias ab hostibus vna cum Pagis exutas, cultura prope omni caruerant. Itaque non Socijs modò consolandis: sed & Neophytis instituendis operam dedit, Templis, eorumque ornamentis magnam partem restituitis, è corrogata aliunde stipe, (Nam gens ipsa summè inops est) & aucto numero Sacerdotum. Vbique summis obseruantix argumentis, occursu festo canentium, ac tripudiantium more gentis, excipiebatur. Ille vbique sacra faciebat, perque interpretem habebat adhortationem: tum conciliabat dissidia: quæ cum reperisset supra centum; nullum planè reliquit. Summi autem momenti fuit id, quod Conlani inter Sodalitatem Sancti Antonij, sub cura Franciscanorum Patrum, & Rosarij sub cura Nostrorum sustulit. Nam cum ex veteri lite mutua offensus coorta, cum malo exem-  
plo

plo populi, ad ipsos Religiosos sensim quasi contagio permaneret; Episcopo Cocinensi, & Conlanensi Lusitanorum Præfecto frustra sedare conatis; Valignanus non solum lite dirempta Sodalitatum inter se gratiam redintegravit; sed etiam, confectis rite tabulis, fraternitatis iure constabiluit. In Pago Mampoli, cum conuocatos in Ecclesiam Christianos grauitè obiurgasset, quod more Ethnicorum viuerent; illi positis humi genibus, clamoreque sublato veniam ceperunt poscere. Cui rei cum interfuisset Arelus Ethnicus, publicè interfectus dixit: Vera Patrem Christianis obijcere, præsertim quod festis diebus piscatione non abstinerent; ac se curaturum ut Ethnici quoque posthac eos dies feriatos haberent, ne æmula lucelli cupido Christianos sollicitaret. Intellexit Pater hominem à regno Dei non procul abesse: ac subinde seuocatum, facileque pellectum, tertio post die cum suis ad viginti baptizauit. In Pago Puducurucæ eodem modo reperit Christianos permixtos Ethnicis vsu vitæ communi, & moribus; quos cum in Templum vtrisque congregasset; ostendit quàm in ea diuersitate religionum pax coalescere, conseruarique non posset. Proinde quoniam Ethnicorum, & Mahometanorum falsi, & impij cultus erant; animum seridè cuncti ad vnam christianam religionem conuerterent. Ita pacem cum Deo, intersequè habituros. Quæ cum diceret, statim Ethnici clara voce omnes paratos sese professi insistant rogare baptismum. Tum Pater, quia moram trahere ipsum, dum cuncti rite instituerentur, non erat operæ; quatuor ex honestioribus Arelis, qui tanquam sponsores ceterorum loco essent, crine, quem superstitionis ergo in vertice ferunt, secto, catechesi fieri initium iussit. Progressus ad ipsam Commorini frontem, eamque partem, quæ Piscaria orâ nominatur, multò meliores Christianos inuenit, ac numero amplius quinquaginta millia, tanto populorum gregatim concurrentium, ac certantium ei pedes exosculari studio; ut necesse esset Patagantinos circumstare, ac sum mouere turbam, ne penè opprimerent. Punicali, vbi præcipua sedes erat Sociorum, amplificauit numerum vsque ad viginti: ut seni minimùm edificandæ linguæ nauarent operam, senescencibus, & morientibus successuri. Quibus omnibus magna alacritate se Christiani suppedituros receperunt. Hic enim, & quidem ex tota India nonnisi hic ex indigenarum Christianorum elemosynis Patres victabant. Resque, ut ijs locis, habebant pulcherrimè, curâ præcipuè Patris Henrici Henricij, qui iam indè ab Xauerij temporibus ei regioni præerat. Punicale ad Insulam Manariam, indè ad Sancti Thomæ coloniam Visitator progressus, inter cetera Hieronymum Concham, & Franciscum Pinnam ibi degentes in Coadiutorum spirituum numerum adscripsit, incundo cunctis spectaculo: cum viri ob multorum annorum labores emeriti, quasi vegeti animi tyrones de integro militiam Christi capesserent. Præfecti, ac Ciuium flagitatu, qui se domum amplificaturos, & scholam exadificaturos receperant, Magistrum ibi collocare elementariorum, ac numerum Sacerdotum amplificare constituit: quod ea peropportuna sedes erat expeditionibus in Pegu, Bengalam, ac Nagapatanum suscipiendis. Ad Christianorum indigenarum institutionem, quæ proprii ad eam rem templi, & hominis linguâ periti inopiâ claudicabat: Templum sibi ab Cocinensi Episcopo concessâ inchoauit: vnum Sacerdotum Neophytis propriè instituendis imposuit, accito ex Manaria Insula interpretè peridoneo. Demum veneratus Templi Thomæ Apostoli memoriâ, & martyrio inclita, inque regressu vehementer periclitatus à latronibus, Goam reuertit, quod Patres conuocauerat præcipuos ætate, prudentiaque, multa consultaturus: quæ pro experimento, quod iam locorum ceperat, habebat in animo nunquam in posterum conuellenda sancire. Octauo Idus Decembris in Ciorani recessu consultatio cœpta. Intererant, præter ipsum Visitorem, Rodericus Vincentius Provincialis, & Collegiorum Rectores, Nunnius Rodericus Goani: Franciscus Monclarus Bazainij: Antonius Acofta Salfettani: tum Emmanuel Teixeira, Bernardinus Ferrarius, Henricus Henricus, Franciscus Dionysius, Marcellus Vazius, Ioannes Mesquita, Balthasar Gogus, Petrus Vazius, Martinus Syluius, Petrus Ramon Tyronum Magister, Gomez Vazius. Horum decreta, adscriptis, vbi variatum est, pro vnaquaque sententia rationibus, & auctoribus: præter Valignanum, qui separatâ epistolâ suam de singulis sententiam explicauit, missa Romam sunt. Primum

*Hist. Soc. Iesu Tom. 4.*

M

omnium

210

Obiurgatur ab eo populus veniam petit.

211

Ethnicus christianas leges approbat, & amplectatur.

212

Inter diuersos religiones homines pacem consistere non posse ostendit.

213

Ethnici ex hoc Christiani fiunt.

214

In ora piscaria honorificè excipitur.

215

Punicali Notorum numerum auget, qui Christianorum elemosynis aluntur.

216

P. Henrici Henricij opera omnia hic bene habent.

217

P. Valignanus in Visitatione progreditur.

218

In S. Thomæ colonia Magistrum collocat, & Sacerdotes auget.

219

Templum sibi ab Episcopo concessâ exadificat.

220

Goam reuertit.

221

Provinciam Conuocatum hic cogit.

222  
Ejus Contem-  
tus decreta Ro-  
mam mittit.

223  
Prouincias  
non diuidendas  
statutum.

224  
Malaca non  
inhibendum  
magnum Col-  
legium.

225  
Superstuen-  
dentes delin-  
quendo Tra-  
uanconidias at-  
que Piscariæ  
oræ.

226  
Marganensi  
Collegio in  
Salfetis Re-  
ctorum dandū.

227  
Seminaria ad  
discendam lin-  
guam insti-  
tuenda.

228  
Ecclesiarum  
curam cum  
potestate iudi-  
candi non esse  
deserendam.

229  
Retinenda gy-  
mnasia elemen-  
taria.

230  
In Indiam  
operarios ex  
Europa mitti  
curandum, &  
flagitandum.

231  
P. Martinus  
Sylvius Ro-  
mam procura-  
tor mittendus  
eligitur.

232  
P. Valigiani  
exacta sui mu-  
neris cura.

omnium Prouincia nequaquam visa est diuidenda in duas: quarum altera citra, altera ultra Gangem Domicilia contineret. Sed constituendus Prouincialis Vicarius ultra Gangem, vt eo inuisente ea loca, occurreretur domesticorum necessitatibus, & ab vno, eodemque capite pendentibus vniuersis Domicilijs vtriusque oræ melius commercium, coniunctio animorum, mutuum auxilium conseruaretur. Neque Malacæ magnum Collegium instituendum, in Molucarum, Sinarum, & Japoniæ Seminarium: quod Malaca admodum exiguum oppidum sit, & annonâ omni longè importata vtens, & crebris exposita oppugnationibus hostium, maximè Acenorum, à quibus & hoc ipso tempore obsidebatur. Quamquam eius Collegij eâ quoque causâ fundatio concidit: quod cum Rex Lusitanus ei alendo Delubrorum Ethnicorum reditus attribuisset: reditus eiusmodi inuenti nulli sunt. Visum quoque est Trauanconidias oræ suam, itemque suam Piscariæ attribuendum Præsidentem, qui dispositos per Ecclesias Patres regerent; neque eos Cocinenſi Reſtori debere subijci: sed omnibus hisce vnum Superintendententis nomine præficiendum, ad quem paratum esset perſugium in subitis casibus. Item Marganense Collegium in Salfetis suo commendandum Reſtori, qui nequaquam Goano Reſtori, sed tantum Prouinciali pareret. Præterea curandum diligenter, vt Sociorum Seminaria ad discendas linguas instituerentur, quandoquidem sine linguarum præsidio fructus nec vllus referri, nec solidus posset: cum per Interpretem languerent adhortationes, & confessionibus locus vix esset. Certatum nonnihil est, virum Ecclesiarum cura retinenda esset, quemadmodum ad id temporis, cum cognoscendi etiam causas iure, & animaduertendi: an curandum, vt Antitistes certos procuratores præponerent, ad quos iurisdicſtio, & animarum cura ex iustitia pertineret. Eò tamen discessere pluri- mi, quò necessitas impellebat, nihil mutandum esse, quòd Episcopis nulli essent idonei administri. Quippe cum perpaucis indigenarum indoles eius negotij capax esset; nec ferè, si qui aduhererentur ex Europa, eos animarum magis studium, quàm pecuniæ duceret. Itaque in tanta necessitate nefas declinare id onus, quod non ex iustitia, nullo cum quopiam intercedente pacto, sed ex caritate susciperetur: & iurisdicſtio in noxis Neophytorum vindicandis animaduersionem magis paternam ob leuitatem culparum, gentisque simplicitatem, quàm Iudicum exempla requireret. Porro in sedibus retinenda puerorum indigenarum contubernia, & habenda gymnasia, vbi prima literarum, atque etiam arithmeticæ rudimenta traderentur, quòd nulli præterea essent Magistri, apud quos hæc possent adeò vitæ commercijs necessaria edificari: & fructus è teneræ ætatis conformatione vnicius extaret. Illud quoque visum est in deliberationem vocandum, an alios præter Lusitanos expediret in Indiam ex Europa Socios mitti: vbi summo omnium acclamatum consensu, non modò ex alijs quibusuis Prouincijs, cum gratiarum actione excipiendos libentissimè; sed etiam inuitandos, rogandosque, & supplicandum Patri Generali, vt quando vna Prouincia Lusitania nequaquam sibi ipsi, Brasiliæque, & Indiarum tot, tamque amplis regionibus posset sufficere; nullo modo Spiritui Sancto, Dominoque messis Operarios in messem suam mittenti, præcludi aditum sineret. Absolutâ Visitatoris consultatione, ex qua vsus extitit sanè maximus, non in Indiam modò, sed etiam Romæ, ad cognoscendum, & tanquam præuidendum oculis rerum statum; habuit subinde Prouincialis Congregationem Prouinciæ ad legendum qui Romam Procurator mitteretur. Delectus est Pater Martinus Sylvius, cum quo Melchior quoque Diaz missus est, qui res Indicas in Lusitania procuraret. Quam procuracionem, quia secerni à reliquis Prouinciæ negotijs necesse erat; Enerardus Patri Alexandro Vallaregio tradiderat. Addidit autem alteram subtilissimam curam Valignanus permagni momenti, ad penitus rerum statum Patri Generali significandum, Capita præcipua literarum, quas Præpositi Generales, indeusque à Sancto Ignatio, miserant, excerpta misit, adnotatis ad marginem quid vsus haberet, ferretur. Ad hæc cum prolixè de Prouincia in vniuersum, singulisque domicilijs scripisset; addidit etiam epistolam, in qua singillatim persequeretur capita traditorum sibi mandatorum: omnia tam subtiliter, & clarè; vt non solum promptissimam obsequendi voluntatem, sed mentem quoque cuius parem moli ostenderet. Quamquam autem an-



nus totus salubris admodum fuit; tamen vt nunquam certæ sunt cum morte inducæ, Petrus Touar post sacræ militiæ annum vigesimum Ormutij, Malacæ, in ora Trauancoride, præterea in extraordinarijs Missionibus, singulari innocentie documentis exactum, iamque Procurator Prouinciæ à Valignano destinatus, sublatu est. At Ioannes Capralis, & Ioannes Brauus ex vetusto languore consumpti. Ille annos sexdecim in Societate, & aliquandiu Magister Nouitiorum Goæ versatus, tum missus in Iaponiam, ac postea sanguine excreato reuocatus ad curandum, Cocinôque præpositus, tandem Goæ religiosè decessit. Brauus iam inde à Beatæ memoriæ Francisco Xauerio receptus Malacæ, quem & comitem perigrinationis in Sinas sibi delegerat, sex annos Goæ Magistrum Nouitiorum, totidem Collegij Rectorem egit, magna cum prudentiæ, ac ceterarum virtutum laude, visus post obitum Quadrij ad res Goani Collegij difficillimo tempore sustinendas reseruatus, quoad Valignanus cum tam bono comitatu succederet: adeo statim vt ille adfuit, valetudo, qua semper vsus erat tenuissima, in aquam intercutem euadens, penitus pessum iit. Ceterum anni sanctitas, dum in Europa Religio ardentius pertractatur, visa est etiam Barbaris gentibus celestem clementiam conciliasse: Iaponiæ præsertim, in qua multum hoc anno promotum. In Ora Meacensi, Ecclesia præcipuè Tacacucui adoleuit insigni pietate Darij. Ipsi Ianuarij Kalendis sub felici Nominis IESV auspicio septuaginta illic nobiles consignati. Rursus quinque & triginta, post alij, atque alij. Nam Darius iam ætate, & acceptis in bello vulneribus minùs sufficiens ad bellica opera, & Reipublicæ munia, Arcis administratione in Iustum Vcondonum filium translata, totum se quærendis Christo animis addixerat. Delegit opportunissimum in Arce locum, vbi nuper Fanum Idolo Iaponico steterat: ibique Templum è materia, vt cuncta sunt Iaponiæ ædificia, satis amplum, & Patribus recipiendis diuersorium condidit, mira vtrumque mundicie, ac nitore. Addidit hortulum iucundissimum, vt mos est in præcipuis Bonziorum Cænobijs (Niuas illi nominant) multa amœnitate arborum, florum, stirpium longè aduectarum artificio, & elegantia vel Europæ inuidendâ dispositarum. Circa Templum patentem aream aperuit, confitis vndique ad marginem arboribus ad ornatum, & opacitatem cum supplicatio duceatur. In areæ loco maximè spectabili Crux stabat, confitis circum multorum generum floribus, & fonte manu addito, aquâ perductâ canalibus, vt blanda hæc leuamenta fessos aduenas primùm omnium ad adorandam Crucem alliceret. His omnibus in primo nitore conferuandis tres Christianos ætate graues, ad id ipsum vnâ cum vxoribus, ac liberis alens, custodes apposuit: tametsi suâ ipse manu gestiebat, pleraque concinnare. Quicumque baptizarentur ipse ab sacro fonte suscipiebat, erudiebatque, Cruciculis, ac pijs Icunculis donans, vt quisque in orationibus ediscendis operam approbaret, quorum & conferuabat omnium in Codice ad id confecto nomina, & suum cuique gaudebat initio suâ scriptum manu tradere. Quin & Tori peritum, qui præcatorios conficeret globulos, quos gratuito diuideret, victu, ac mercede de suo attributis acciuit: qui illud supra mercedem incomparabile donum adiecit assiduitate hortationum, & comitate; vt fieret ipse quoque Regni heres cælestis. Ad Templi ædificium nil fuit adhiberi, quod aliis deflorasset vsus: cum diceret non corda solùm, sed & cetera noua esse oportere, quæ diuino cultui dicarentur. Quo tempore nullus in Arce Patrum aderat; Pastoris ipse locum implebat. Quotidie manè edito signo, itemque sub vesperam conuocans in Templum Christianos, vbi præter ea, quæ pro sua quisque addebat pietate, pariter vniuersi positis genibus elatâ voce orationem Dominicam, & Salutationem Angelicam quinque pronuntiabant. Diebus verò sanctioribus addebat adhortationem, vel de suo ingenio, vel de volumine pio. Quatuor singulis annis legebat tanquam Procuratores, qui propagationem fidei vrgerent: pauperes, & ægrotos inuiserent: mortuos humi darent: necessaria compararent ad festos dies: exciperent hospites, & id genus obirent munia: prima sibi in his quoque & laborum, & curarum assumens. Quicumque Christianorum aduenirent, quamuis antea ignoti, obuijs excipiebat vlnis, ore, vultu, verbis latissimis: planè tanquam indulgentissimus Pater suauissimos liberos diu desideratos reuiferet: nec modò cunctis benignè hospitium; sed &

233

Petrus Touar  
moritur.

234

Item Io. Ca-  
pralis.

235

Tum Ioannes  
Brauus S. Xa-  
uerij Socius.

236

Meaci multi  
baptizantur  
Darij militis  
opera.

237

Ab eodem  
Templum, &  
Domus Nostris  
ædificatur.

238

Et Viridarium  
ad Templi or-  
natum.

239

Darij in bap-  
tizatos pietas, &  
liberalitas.

240

Sacre Templi  
suppellectilis  
studium.

241

In pastorum  
defectu assidui-  
tas, & zelus.

242

Christianos  
aduenas benignè  
excipit.

243  
Quid ac operibus misericordiaz sentiret.

244  
Suorum militum in bello extinctorum vxores, ac liberos tanquam patens incipit.

245  
Bonzius ad fidem inuitat.

246  
Ad humanandos mortuos multa splendide comparat, eoque comitatur.

247  
In Nocturnis excutionibus viginti hominum millia baptizantur.

248  
Bonzius ad fidem conuertuntur.

249  
Paschalia cum fructu aguntur.

250  
Idola à pueris conteruntur.

251  
Blasphemia anus in S. Crucem diuinitus punitur.

252  
Diabolus fidei prædicatione fugatur.

tenuioribus vestes præbebat. Hoc suæ vxori non multum ipsi dissimili assidue occinens, vt pietatis, ac deuotionis suæ studia in operibus misericordiaz, vel proprias largiendo vestes, fundaret, si vellet se, & liberos curæ esse Deo. Suorum militum in pugna cæforum vxores, ac liberos planè tanquam patens protexit, & aluit. Et Sanctum Ixibaxidonum olim potentem in Regno Voari, iam pro opum volubilitate Iaponicarum, omnium rerum egenum excepit in suas terras, attributo reddito ad totam alendam Domum: aduocans in Arcem cum sociorum quis adueniret: & ita quasi dominum suum tractans. Senibus Bonzijs adhortationem efficacissimam admovebat, vitæ alimenta spondens, ne terrena stipendia amittendi metus ab cæstibus abstereret. Et quoniam vilissimum inter Iaponios habebatur humilium hominum mortua curare corpora; vt sanctum hoc opus inter Christianos suam dignitatem obtineret; ipse non solum feretrum cum Damasceno stragulo comparauit; sed & vexilla serica octo candida, depictis in quoque sacræ Passionis argumentis, & nomine IESV aureis literis. Quæ cum omnia Christianis cum sua quoque candela comitantibus in exequijs, vel tenuissimorum præferrentur; & ipse in agmine spectaretur Darius; clarè apparebat in mortis honore Christianæ viuacis caritatis, quamque esset erga pauperes vitæ præditos munifica, quæ adeo erat magnifica erga defunctos. Hac igitur viri virtute, & industriâ, non Tacacucui modò, sed & alibi circa Meacum fide adolescente, quò tamen maiores erant in Ximo Bartholomæi opes; hoc amplior accessio Ecclesiæ facta est. Nam cum victoria ex hostibus, tam præter opinionem, ac supra humanas vires parta, de qua supra scripsimus, diuinum adesse sibi fauorem clarè perspexisset: suisque Proceribus, ac Bonzijs aptè denunciasset, certum sibi esse in suis terris non ferre diutius impios cultus; Patres Gaspar Coëlius, & Ioannes Franciscus Stephanonius, ac Frater Michaël Vasçus circumire terras, euertere vbique Idola, statuere Sacrosanctæ Crucis Insignia, populos baptisino initiare, vt modico intervallo ad viginti millia hominum adiuncta Ecclesiæ sint: eorumque fermè dimidium in Oppido Cori, hoc latius, quò magis præter opinionem. Quippe multa hîc erant, & præcipua Bonziorum Cænobia: quorum hortatibus ita adhærescebat superstitioni populus, vt Bartholomæus attentare in præsentia eam rem minùs auderet. Sed vbi Patre Gaspare instante inceptum probauit; inter alia præsidia famulum è suis egregiè fidei misit, qui ad excludenda Bonziorum venena Patri cibos suâ manu præpararet. Audax & pium cœptum Deus adiuuit. Propinquorum nobilium suafu Bonziji audito Euangelio plerique fidem amplexi: cænobijs triginta exinanitis, multis delubris, vel incensis, vel ad pium cultum translatis. His Cori magnum inter icinnium gestis; ad celebranda patientis Domini, ac resurgentis solennia, Omuram Gaspar Bartholomæi vocatu concessit. Ad vbertatem messis Capralis quoque ex Bungo accurrit, Patrem Balthazarem Lopinum, & aliquot Iaponios iuuenes, qui prædicando adiuuarent, adducens. Ergo post Pascha sub triumphantis Christi felicibus auspicijs diffusi omnes per Pagos, & Oppida ingenti vbique superstitioni instrumenti strage edita, cuncta pietati, cuncta Christo subiiciunt. Bartholomæo animus interim augebatur & pietas. Itaque diem Diuo Bartholomæo Apostolo sacrum magna Omuræ cerimonia honorauit: quamuis nullus interesset Patrum, habita cohortatione ad suos nobiles, vt pietatem colerent, ac potissimam omnium rationem ducerent animarum suarum: sibi quoque certum esse progressionem post hac in christiana virtute continenter habere. Haud minùs ardebant Christiani recentes. At pueros in primis gestientes, exultantesque vidisses in Idolis frangendis, comportandis, conculcandisque occupatos. Aderat manifestis indicijs sancto operi è Cælo Deus. Euenit, vt anus Ethnica, dum Crux magnâ celebritate excitatur, impio ore diceret: Quid, rogo, plus habet lignum illud, quàm alia? Atque illâ ipsâ nocte, præsentis Dei vindictâ domus eius igne fortuito comprehenso tota conflagraret; & pariter anus in ea. Vnus diuinæ benignitati Pagus obstinatiùs obstitebat: in quem dum Pater Gaspar è proximo, quem iam expurgarat, transgredi cogitat; Diabolus in puellam ingressus cœpit clamare iam sibi ex alio eieccto populo, non nisi receptaculum illud, ac perfugium restare. Hæ voces Paganorum duritiem molliuere, vt mallet Christo Victori sedem apud

apud se, quàm eiectio Diabolo esse. Ita ea quoque statio erepta Diabolo est. Cetera de genere hoc mitto; non enim colligere omnia consilium est, sed subinde aspergere hoc in opere diuinæ indulgentiæ exempla, quibus cælestes in Iaponia segetes, si non ut olim, cum vbiq; terrarum conferebantur, signorum admirabilium, quasi imbre largissimo; tamen quasi rore saluberrimo educeant. Inter hæc Capralis missio in Indiam Balthare Lopio; qui quàm posset maxima operarum auxilia paratum in nouale adduceret; Vsq; Regis Bungenis accitu repetijt. Rex Tosæ, qui Bungenis Regis filiam habebat in matrimonio è suo Regno extorris Funai in Regnum Christi haud paulò meliùs, ac certius à Patre Ioanne Baptista sacro lauacro conscriptus, in Tosam redierat, pacatis iam Dynastis: & ille quidem ingentes ferebat animos in suas omnes Prouincias Euangelium inuehendi. Sed fides Tonis haud constitit. Statim rursus eiectus, desiderium terreni Regni cælestis leuauit. Latis tamen initijs cognitis, libenter in Bungum properabat Capralis, si quæ daretur occasio arrepturus. Sed Rex Bungenis ideo acciuerat, ut filium ipsius loco secundo genitum, & aliquot nobiles Christianos consecraret. Eum filium vbi primùm venit in lucem Rex, & Regina dedicarant Pagodis. Indè tanquam Bonzium educarant, & Cœnobiorum reditus addicebat Rex, & Vsq; Cœnobium destinabat regia extructum magnificentia, & amplis instructum vestigalibus. Neque hæc tam superstitionis agebat studio, quàm Iaponum more Dynastarum: qui quò pacatiora heredi filio relinquunt patrimonia; ceteros ferè in Bonziam ignauiam summovent. Sed puer mirificè abhorrebat ab ea vita, multò propensior ad Christianam. Quam Rex propensionem sequens, persuasum habens pro Christianorum præceptorum noticia, Regno nihilominus, si is Christianus, quàm si Bonzium fieret, cautum fore; ad Patrem Capralem adductum, eum se penitus dedicare Ecclesiæ ait, ac sperare eo factò magnam aliorum quoque, præsertim Nobilium, accessionem futuram. Quatuordecim erat annorum puer, indolis optimæ, & nonnihil Christianæ fidei rudimentis imbutus: quæ vbi perdidit, sacro fonte vnà cum aliquot Nobilibus illustratus, Sebastiani nomen accepit. Interfuit celebritati Rex genibus affiduè flexis, & nudo vertice, quanquam in asperissimo frigore: & mox nouella Christi soboli conuiuium dedit. Iam instabant Natalitia Domini solennia, & Funaium Capralis, vbi præcipua vis Christianorum, aduocabatur. Voluit Rex vnà Sebastianum pergere, quamuis impeditissimo itinere, ac perincommoda tempestate. Magnâ gratulatione, ac festiuissimo apparatu celebrata Natalitia sunt. Eodemque die Sebastianus sub vesperam, accessit Christianis nobilibus, nullo Ethnicorum admisso, iussit id facere, quod ipse faceret: ac statim suspendit sibi Rosarium ab ceruice: cumque itidem Nobiles fecissent; in eorum comitatu præcipuas Vrbs vias inambulauit: iubens, si quod Idolum inuenirent, euerti. Hac ratione testatum velle omnibus dicens Christianum se esse. Hinc primùm Bungenis Ecclesia cœpit caput attollere. Namque, ut maximè per Nosocomij occasionem erat exorta, ad quod se debilium, vlcerosorum, aliorumque id genus tenuissimi quique conferebant; ita ad hanc diem ferè in infima tantùm plebe consisterat. Iam verò cum filium Regis, & opibus, & sapientia inclyti, totque insuper Nobiles cum eo Christianos videbant; non solum Fideles erigebantur; sed & Ethnici, qui modò Christi pauperes ne sermone quidem dignabantur, adiciebant animum ad baptismum. At Bonzium non poterant concoquere à filio Regis non modò repudiatam ipsorum sectam; sed ita, ut mallet esse Christianus. Id enim uerò summæ loco iniuriæ, & infamiæ duxere. Melchior Figeredius Insularum Gotti Christianos reuifens & ipsos erudit, expianit, confirmauit, & duobus in Pagis quadrimestri spatio facilè ad Ecclesiam quingentos addidit. Præclara eodem hoc anno se spes in Brasilia ostendit religionis propagandæ: quanquam admodum impar initio exitus fuit, non sine culpa Europæorum. Supra Urbem Sancti Saluatoris ad leucas quinquaginta in Septentrionem Flumen Regale est. Huius accolæ post gesta multis annis cum Lusitano bella: tandem pacis, & Euangelij amor cœpit. Eius rei causâ Oratores, qui Patres ad se mitti rogarent, in Urbem venerunt. Hos Prouincialis in Neophytorum Pagis aliquandiu habuit explorandæ fidei, atque constantiæ: atque vbi experi-

253

P. Capralis Vsq; Regis accitu redit.

254

Rex Bungi filium, aliosque nobiles Christo consecrati dedit.

255

Regis filius Sebastiani suscepto nomine cum alijs nobilibus baptizatur.

256

Sebastiani feruor.

257

Bungenis Ecclesia subleuatur.

258

Bonziorum offensio.

259

P. Melchior Figeredius Insularum Gotti Christianam fidem promouet.

260

Brasiliæ res.



261  
P. Gaspar Lau-  
rentius cum  
fratre Io. Salo-  
nio, aliisque  
Christianis in  
Brasiliam tran-  
seunt.

262  
Iter cum ple-  
taie coniun-  
ctum.

263  
Ad Brasiliam pa-  
gum perue-  
niunt fugiti-  
um Lufitano-  
rum perflu-  
gium.

264  
P. Gaspar apud  
Paganorum  
primos suspi-  
cione se purgat.

265  
Sacellum, ac  
domum impe-  
trat.

266  
Catechesis tra-  
ditur.

267  
Baptismus dif-  
fertur.

268  
Circumiecti  
Viri Patrem  
iurant.

269  
Etiam & ferox  
Barbarus.

270  
P. Gaspar ora-  
tione Barba-  
rum mulcet.

271  
Accessit ad Pa-  
gum Surubis  
& fundat Ec-  
clesiam.

experimenta respondent, expeditionem Patri Gaspari Laurentio, nomine inter Bra-  
silios claro, delēgat. Vniuersus Sancti Antonij Pagus, quem ille percurrerebat, se tan-  
quam parente orbari conquerens, cum Gaspare proficisci volebat: nec potuit pro-  
hibere, quin clanculum quatuor cum vxoribus Viri praeirent. Rebus praepratis anni  
exordio cum Ioanne Salonio Fratre solū viginti ē Christianis Sancti Antonij, qui  
adiuarent sanctū opus delectis, iter ingreditur. Vnā contendit Lusitanorum ma-  
nus, exploratura num apta esset coloniae sedes: vnde factum est maximē, vt spem  
exitus frustraretur. Iter pacatē paratum, ac piē. Summo manē antequam se darent  
in viam, Litanias pariter omnes, & preces aliquot pronuntiabant, vt Deus ad  
suam gloriam amplissimam cuncta gubernaret. Idem factitabant vesperi. Interdū  
Pater nunc hos, nunc illos vel catechesi erudiebat, vel inflammabat studio pietatis,  
vel consolabatur, & confirmabat: praecipuē curans, ne cui pauperiorum necessa-  
ria vitae deessent. Incedebant omnes pedibus, ac ferē nudis, ob aquas frequenter  
intercursantes. Quinto Kalendas Februarij ventum ad flumen est, relictisque Lusi-  
tanis in propiore mari loco, quem condendo Oppido delegere; Gaspar, & Salo-  
nius cum Antonianis Neophytis, sex inde leucis distitum Brasiliorum Pagum con-  
tendunt petere. Pagus ad mille capitum conficiebat: quorum dimidium erat eo-  
rum, qui anno millesimo quingentesimo sexagesimo octauo ab Lusitanis fugerant.  
Ipso in ingressu Gaspar mulieres conspicatus, quas ē Sancti Antonij Oppido prae-  
uuisse dixi cum Viris: cum optimē eas nosset, quippe quas baptizarat, & matrimo-  
nio iunxerat: deque Viris interrogans, respondent ab ijs hominibus mactatos, ac  
deuoratos. Hanc nimirum paci, religionique moram Satan quaesuerat. Quod in-  
telligens Pater, mulieribus ab seruitute iniqua liberatis, iniuriam dissimulauit. Spar-  
gebant tamen ij, qui olim ab Lusitanis fugerant, morem esse Patrum Brasiliis in  
cetus cogere, vt captiuos exteris tradant: & hunc rumorem augebat cognitum  
Lusitanorum, qui sex inde leucis substiterant, aduentus. Quamobrem Pater conuo-  
catos Paganorum primos iubet metum omnem ponere. Adesse se non seruitutem  
ijs impositurum, sed libertatem communiturum: atque ab cecitate, qua preme-  
bantur, abduetos legem sanctam edoceat, viamque salutis aeternae, & filios faciat  
Dei. Quae cum latis animis accepissent; protinus extruendo Sacello, iuxtaque tu-  
gurio ad diuersandum Patri, manus admovent. Postero die absolutum est opus, di-  
uina peracta, & catechesis inchoata: nomine Oratorio, & inde Pago Sancti Apo-  
stoli Thomae indito. Ingens subinde Crux octoginta procera palmos erigitur.  
Tum velut in Pagis circa Baijam matutinae catecheseos, ac pomeridianaē inducta  
forma: ac Salonijs instituire pueros proprie aggressus, in schola breui numerauit  
centum auditores, christianasque preces edocuit. Baptismus, quoad res stabilita-  
tem adipisceretur, visum est abstinendum: tantum nonnullis agentibus animam  
diuinum donum impertitum est: & primū omnium infantulae, quae Maria vocata,  
protinus, tanquam Caeli tessera accepta, reliquit terras. Interim ex circumiectis vic-  
cis, etiam accolarum Fluminis Sancti Francisci, quod est flumen in Brasilia lon-  
gē princeps, multi accurrebant ad Patrem, vt ipsos quoque inuisere, & Templa  
suis in Pagis excitare vellet. Horum praecipuus fuit inclytus in eo tractu Surubis  
nomine, latē formidatus, ob multas Europaeorum caedes nunquam ad pacem inflex-  
us. Is prius germanum suum fratrem salutandi causa ad Patrem misit, tum adfuit  
ipsemet cum magno comitatu, perterritis omnibus, qui Patri bene cupiebant: rati  
ad eius necem Surubim venisse. At Gaspar, cui viuere Christus erat, & mori lu-  
crum; coram eo & cetera multitudine, antequam venirent in congressum, oratio-  
nem de rebus Diuinis instituit. Cumque ij, qui Surubis aduentum, pro cognita  
eius ferocia, interpretabantur, nihil expectarent aliud, quam vt iamiam sermone in  
medio Oratori Diuino caput abscinderet; ab concione nihil planē loquutus, nisi,  
Gaudeo te venisse; suum in Pagum reuertit: quo quanquam suspicionem suam  
affirmabant, qui aduentum eius in partem deteriore tractabant; tamen est postea  
cognitum eloquentia Patris, & praesertim vi, & magnitudine vocis obstupefactum  
Barbarum, plura fari non potuisse. Ad eius mox Pagum leucis ab Sancto Thoma  
duodecim Euangelicus praeco vadit, & ipso Surubi conferente laborem, aedificat  
sacram

facram ædem, sub Ignatij Martyris nomine. Misit ad firmandam magis pacem unum è suis fratribus ad Prætozem Surubis: quem benignè acceptum Prætor, Lusitanicè ipsum, & comites vestitos remisit. Rebus eo loco constitutis, Gaspar ad Pagos Sirigio flumini adiacentes processit, quos cum primùm ingrederetur, ante omnia interrogabat, num quis grauius ægrotaret. Horum enim fortunatissima conditio erat: qui salutari baptismo, dum valentibus differtur, æternæ salutis præparabantur. Multa in eo excursu pericula tubijt: interdum ab non amicis populis, sæpè ab rerum inopia, nonnunquam in difficultate viarum per lacunosa loca, aut lutosa, eademque hisfuta graminibus obsita, vt neque gressus promoueri, aut explicari per aquam ac lutum tectis eruribus posset, ac nuda spina conscinderent. Multis pacatis Vicis, trium incolas ad mare deduxit frequentem populum conflaturus, qui tutelæ Sancti Pauli commissus est: quod pridie Anniversarij Principum Apostolorum destinato in loco confedere. Tam lætâ spe cognitâ Prouincialis Patrem Ludouicum Granam, & Franciscum Pintum auxilio mittit: quanquam ætate iam inclinatâ Ludouicus, recusato etiam equo, quem Lusitanus offerebat, totum pedes confecit iter. Pagani Sancti Thomæ magnâ gratulatione, festoque apparatu ornatis vijs virentium arborum ramalibus, extructisque rusticano ritu fornicibus, exceperunt. Ex vicinioribus Pagis statim multi conueniunt, etiam se velle congregari, & sacras habere domos testantes. In vno iam ædiculam Diuinis rebus edificarant: quò cum Patres accessissent, maiorem, locoque opportuniore conditam Beatæ Mariæ à Spe dedicarunt: vbi sacrificium sacrosanctum primùm Ludouicus fecit, concionante Gaspare, Brasilijs clamantibus pro se quoque, Fiam ego filius Dei: quâ formulâ baptismum petunt. Iam duodetriginta Pagi libenter in pacem, catechismumque confenserant: cum Mamaluchus (ita appellant ex Europæo, & Brasila natos) cœpit veterem cantilenam, nimis suo ingenio mobilibus populis, & seruitutem pauperibus occinere: Patres eâ causâ cœtus Brasiliorum cogere, vt mancipent Lusitanis. Quid enim aliud expectare milites, qui ad mare confiterant? Affirmabat hæc vehementer belli fama, quod Prætor sanè non opportunè contra nobilem Brasiliam interiora solitudinis habentem, vocabulo Apiripem, adornabat. Itaque Incolæ Sancti Pauli, pauculis omnino residuis, fugam cepissent: alij deinde, atque alij Pagi dissipantur, & ad Apiripem fugiunt, tribus tantùm reliquis Sancti Thomæ, Sancti Ignatij, & Virginis à Spe, quanquam fugæ & ipsi imminerent. Gaspar blandè mulcere trepidos, & solari, ostendere inania timoris: perituros ærumnis, & fame in syluis: in cœtu, & Societate, atque ad eod in eodem loco, vbi iam domos suas, ac Dei habebant, pacem, ac libertatem habituros: illi miserabiliter soluti in lacrimas, ter, quaterque testari, se neque Ecclesiam, nec Diuinam fugere: rogare Patrem, vt secum proficisceretur, perspecturum quàm cuperent filij Dei esse. Ceterùm Lusitanorum præstolari copias non audere: En iam, inquit, hi pauculi prægressi infesti sunt, sororesque nostras captiuas abducunt: quid patiemur cum exercitus venerit? Multi Nostrorum satis experti sunt quid sit seruitus. Quæ cum dicerent, qui captiui fuerant, cicatrices, quas feruens oleum, ac verbera fecerant, ostendebant: ægrè retenti in præsentia. Rursus Mamaluchi iniuriâ irritati, qui viro inter eos nobili uxorem eripuit, deserta petunt loca: multis tamen manentibus, qui dicebant velle se sub ipsum Templum occidi. Gaspar post profugos egressus, ad fluminis ripam confidentes, opperientesque comites assequitur. Cuius illi admirati caritatem; Quando, inquit, causâ nostrâ tantùm laboras, redibimus. Tu tamen etiam atque etiam vide, ne causâ nobis exitij isto studio sis, Pater Prouincialis. vbi res ad eod turbulenta vidit, loco Patris Granæ, nec loquentis Brasiliicè, nec tantis sufficientis laboribus, Patrem Ioannem Pereriam magnæ apud Brasilios auctoritatis, Brasiliicè loquentem mittit, vt omni conatu cum Gaspare sedandis concitatorum animis insisteret: cuius rei exitum annus proximus demonstrabit. Ceterùm eod præclara illa cœpta conabatur Ioannes sustentare impensius; quò clariora indolis ad pietatem aptæ documenta cernebantur in Neophytis Pagorum quatuor circa Bayam. Nam iucunda in his æmulatio pietatis glifcebat, præsertim inter eos, qui mensâ dignabantur cælesti. Hi iam sibi planè exitimabant

272

Inde ad Pagos Sirigio fluminis pergit.

273

Litenis pericula euadit.

274

P. Ludouicus Granæ, &amp; Franciscus Pinus in auxilium mittunt à Prouinciali ad S. Thomæ Pagum.

275

L. Lusitanus exercitum.

276

Ab alijs Pagis desiderantur.

277

Templum B. Mariæ à Spe uocatur.

278

Mamaluchi suppliciter de Patribus ingeunt.

279

Recentes in fide turbantur.

280

à P. Gaspare confirmantur.

281

Iterum à Mamaluchis tententur.

282

P. Io. Pereria à Prouinciali proficiscitur, vt cum P. Gaspare tumultus sedent.

283

Eucharistiæ fructus.

ab

284  
Nostris in Pa-  
gis quæterni  
distribuntur.

285  
Ex Europa sex  
operarij cum  
Sanctorum re-  
liquijs adue-  
niunt.

286  
P. Serranus in  
Italiam Pro-  
uinciam Procu-  
rator venit.

287  
Mexici res.

288  
Nostra Colle-  
gia expectantur.

289  
Guaxacæ Col-  
legium insti-  
tuitur.

290  
Proprijs Re-  
ligiosi aduer-  
santur.

291  
P. Euerardus  
Domum cum  
litibus recusat.

292  
Tandem omnia  
pacantur.

293  
Missio in Me-  
chuacana Pro-  
uincia.

ab omni peccati labe purum animum conseruandum : itaque vitam instituebant ce-  
tero populo recti exempli luce omni ex parte conspicuam : & ita existimabat po-  
pulus ijs viuendum : ad eamque formam suos quisque componebant mores ; vt ipsi  
quoque fierent tandem mensæ Diuinæ participes. In singulis horum Pagorum iussu  
Patris Euerardi quaternos de Societate Prouincialis collocauit, quod commodius  
populum excolere, disciplinæque tueri leges Religiosæ possent. Et aduecti hoc an-  
no sex partim Itali, partim Lusitani virtute, studioque salutis proximorum, & vo-  
luntate multa pro Christo tolerandi benè instructi, opportunum fuere supplemen-  
tum. Eâ tamen re toti Ciuitati Sancti Saluatoris optatissimi aduenere, quod multa  
attulere Sanctorum reliquias : in ijsque ex vndecim millibus Virginibus Cap-  
ita quatuor, & Beatæ Virginis effigiem Romæ ex Exquilina Sancti Lucæ expref-  
sam : quæ ornatissimâ supplicatione Lusitanis deducuntibus, non modò ex Vrbe,  
sed etiam ab Villis ad eam rem congregatis, illata in Collegij Templum sunt, die  
Sanctissimo Christi Corpori sacro post meridiem. Deiparæ effigies in Collegio  
Bayensi tantùm in sanctioribus per annum diebus cæpta populo magnâ pietate  
confluenti ostendi : Virginum capita, ac cetera sacra pignora per cetera Societatis  
domicilia sparsa. Huius anni exitu Pater Gregorius Serranus Collegij Bayensis  
Rector Prouinciæ Procurator in Italiam venit. Prosperrimè in Hispania noua So-  
cietatis labores procedebant, & inchoata superiore anno litterarum studia Mexici  
vehementer incitarant primis in Urbibus Collegiorum sitim. Mechucani, & Ci-  
ues Sancti Angeli, & Zacatecani, & Guatimalenses, & Guaxacani vehementer in-  
stabant : datis non ad Prouincialem modò, sed etiam Romam literis ad Patrem  
Generalem, & in Hispaniam ad Regem Philippum. Quæ fuit causa quamobrem  
Rex nouas ab Patre Generali Religiosorum copias postulare, laudans Societatis  
vitam, doctrinam, & exemplum, & nominatim quantum nouæ Hispaniæ Patres  
proficerent. Sed vt nunquam ab sanctis progressibus Satanæ abest inuidia ; conatus  
est improbus non magno in spem motu maximum facere compendium. Guaxaca è  
primis est eius Regni Ciuitas, Hispanorum frequentia nobilium, ac locupletum,  
octoginta leucis ab Mexico. Huc multùm, diuque rogatus Sancius, ipsum Mexi-  
cani Collegij Rectorem Didacum Lopium, & Ioannem Rogerium misit, qui per  
quadragenarium ieiunium præsto essent. Horum vsu expertæque industriâ inflam-  
mati Ciues certam pecuniam ad stabilem sedem ponendam decernunt, Quidam  
Canonicus ædes donat admodum opportuno situ : quarum possessio Ciuitate tri-  
buente inita pacatè est. Sed ecce lis ex vicinitate Patrum Prædicatorum, qui pri-  
uilegijs rati suis fraudem fieri; Episcopum ex eadem familia permouere, vt e-  
tiam, interposito anathemate, eâ Sede Patres interdiceret. Lopius, & Rogerius So-  
cietatis tueri iura aggressi, quæ nouo etiam Gregorij Pontificis diplomate Socie-  
tate confirmata cognorant. Idque Diploma subinde misit Româ Euerardus, iu-  
bens proferri, vt constaret æquitas causæ. Ceterùm Domum donatam remitti, ne  
ex litibus nouæ sedis auspicia caperentur. Sed cum hæc peruenerunt in Prouin-  
ciam literæ; iam optimo cum populi exemplo, non modò cognitâ melius causâ,  
Antistes, ac Religiosi Societati satisfecerant; sed etiam ille Domum Societati op-  
portuniore loco donat, eximijs cum paternæ caritatis documentis. Ita concordibus  
animis, viribusque coniunctis commune Religionis bonum promoueri cep-  
tum. In Mechucana Prouincia pascuarum adhuc sedes fuit Episcopi; nec magna  
ibi Hispanorum frequentia, sed permagna indigenarum. Accersiti à Clero Socie-  
tatis homines per interregnum Episcopale. Templum ab eo, & reditus certos vi-  
trò delatos accepere. Ita tanquam in statione Sacerdotes duos, cum tribus Lai-  
cis, Prouincialis ibi collocauit, quoad Visitator Plaza, cui rem Generalis commi-  
serat, perpetuane sedes ponenda esset, statueret. Vnusque Patrum Scholastico-  
rum Collegium à Clero ædificatum, tantisper dum rite disciplina vsu formaret,  
procurare, & pueros docere Grammaticam permixtus est. Plaza cum Socijs qua-  
tuordecim in Peruuiam, quod rerum instantium aduocabat grauitas, pergens, Pana-  
mam tertio Idus Februarij venit. Nouem eorum statim, & ipsum Visitatorem gra-  
ues morbi inuasere, & tanquam solenne tributum Iacobum Suarium ibidem mors  
abstulit,

abitulit, quinto Nonas Martij, virum prudentem, ac pium, qui multos annos Martimerinum Collegium in Sicilia rexit. Ceteri quanquam dubiâ valetudine, repetitâ navigatione, duodecimo Kalendas Iulij Limam attingere: Plaza terreno itinere, quo salubrius utebatur, prægressus, rerum statum domesticarum multò reperit meliore loco, quàm fuerat proximis annis. Tamen religiosa disciplina multa habebat laxiora: ad quæ seuerius formanda, & Societatis legum custodiam inducendam sedulo institit. Sed nihil æquè iuuit ad incitandam domi, forisque pietatem; atque Sociorum recens aduectorum vegeta, ac robusta exempla. Eminebat inter omnes Balthazaris Pinne, & Ioannis Montoyæ: quorum ille Societatem in Sardinia fundarat; hic Siculæ Prouinciæ præfuerat, ardor in ætate fessâ integer. Statim ægressi linguam ediscere, breui perdiscere. Ceteros inter labores bis in hebdomada verba tacere Pinna in foro instituit: Dominico die ad Seruos Æthiopes: feriâ autem sextâ puerorum elementariorum agmine præeunte, cum capitum fidei contentu, deducebatur in locum fori frequentissimum: vbi superiore quopiam loco conscenso contentione magna, de peccati fuga, de completenda virtute, de nouissimis declamabat sic; vt non multitudo solùm ad audiendum plurima conflueret; sed, & ipse positâ sellâ Prorex publicè interesset. Pater Montoya præcipuè se excipiendis confessionibus indigenarum dedit: valdè admirans vnde olim increbuisse opinio tam ineptos esse Christianis Sacramentis Peruuos: cum perbona ipse indolis reperiret. Quod in Vico Sancti Iacobi magis apparuit: vbi etiam diuinissimum Christi corpus, quanquam magno delectu, cœpit præberi, maximo emolumento suscipientium. Nimirum permagni interest, ad Discipulorum profectum & nomen, præstantia Magistrorum. Interim Alphonus Barzana, & Ludouicus Lopius cum Confaluo Ruitio Fratre Potofinos excolebant: quorum consilio, & industria, tum Magistratus Ciuilis, tum Ecclesiastici iussu aleatores, & questus infamis mulierculæ solum iussa mutare: ceterorum verò siue Peruuorum, siue Hispanorum nemo propè reliquus fuit, qui generali confessione rationes conscientie suæ non composuerit. Bartholomæus Hernandus in Oppido Guanuco, mox etiam Guamangæ Christianam Doctrinam in compitis interpretans, sæpè perorans in Templis, & alia obiens solennia, sanctitatis nomen virtutis constantiâ adeptus, in ceteris fructibus Virorum nobilium graues inimicitias diremit. Michaël Fontius, & Christophorus Sancius ad Oppida Bracamori, & Ciaciaporæ pari euentu profecti. Ioannes Zuniga Collegij Cusquensis Rector ad montes excurrit, qui Andes vocantur, & ad mare Arcticum spectant. Sunt ea iuga propter asperitatem inhospitalia, & conualles proximæ propter aëris inclementiam, & incubantis caloris vim valetudini perniciosæ. Tamen quia nihil imperuim, nihil formidolosum auro est, eam Coca ibi proueniat: cuius vt supra memini, quæstuosissimum commercium in Peruuia est; valde ab externis, & indigenis celebrantur. Ceterum, quia non tam multos Diuina, quàm humana innitant lucra; inopiâ Sacerdotum, nunquam ferè Diuinis de rebus ibi sermo auditur: quo maiore opportunitate duos menses in earum solitudinum cultura Zuniga desudauit, Portillo interim, quem Lima Visitator misit Cusqui salubriter laborante. In Ambaris, & Caxatambi Vicos, aliquot iam annos Catechistâ, & Sacerdote destitutos, duo profecti, exceptique apparatu fessio, ornatis flore vijs, & arcubus virenti fronde extractis: Hic non solum baptismum impertire permultis, alios matrimonio Ecclesiastico copularunt, catechismo omnes erudire; sed etiam ne per eorum absentiam Christiana doctrina in obliuionem veniret; trecentos ferè pueros diligentissimè edoctos, tanquam Præceptores futuros inter populos salubri inuento distribuere.

294  
Iacobi Suariz  
mors.295  
Nostrorum flatus  
Lima.296  
P. Pinna, &  
Montoya in  
Peruuia labo-  
res.297  
Peruuus Chri-  
stianis Sacra-  
mentis non in-  
epti inueniuntur.298  
Alphonus Bar-  
zana, & Ludou-  
icus Lopius  
excolunt Poto-  
finos.299  
Eijciuntur alea-  
tores & merc-  
tices.300  
Bartholomæi  
Hernandi labo-  
res.301  
P. Zuniga ex-  
cursionibus ad  
montes.302  
Ambaris, &  
Caxatambi Vi-  
cos duo ex No-  
stris excolunt.

# HISTORIÆ SOCIETATIS IESV PARTIS QVARTÆ

A. D. 1576.

Liber Quartus.

Soc. 37.

1  
Post Annum  
Sanctum multi  
per Europam  
morbī.



2  
Primus Procuro-  
ratorum Con-  
uentus sub Eue-  
rardo.

3  
Possuimus cu-  
rat Iudæis sin-  
gulis Sabbatis  
concionem sic-  
ri.

4  
Bellarminus  
ex Belgio reuo-  
catus ad Iudæos  
iuuandos.

5  
P. Io. Tellerius  
pios libros in  
Carceribus in-  
ducit.

6  
Obscænos li-  
bros Bibliopo-  
las remouete  
curatur.

7  
Per exercitia  
spiritualia S. P.  
Ignatij factus  
collectus.

NNVM Sanctum annus excepit, sparso ab Vrbe per chri-  
stianum Orbem Iobelo, propè par sanctitate; sed Italia,  
atque aded Europæ partibus multis funestus, tanquam præ-  
paratos cælo animos properaret Deus in tuta subducere. So-  
cietas vniuersa, tum occasione Iobelæi, quod Pontifex ei  
propriè, eiusque gymnasia frequentantibus impertijt, per  
exercitia spiritualia, intentionemque religiosæ vitæ custo-  
diam, nouum vigorem hausit: tum verò in populis ad ean-  
dem celestem indulgentiam excolendis segetem vberimam habuit diuinæ glo-  
riæ. Æstate ineunte primus sub Euerardo Procuratorum conuentus est habitus:  
decretumque, nemine discrepante, nullam apparere causam Congregationis ge-  
neralis cogendæ. Procuratorum, præterquam Siciliæ, quem pestilentia inter-  
clusit, nullus desideratus. Quin ex India quoque, ac Brasilia interfuere. In  
Vrbe multa in communem vtilitatem curata de nouo: inter cetera, vt magna  
vis Catechismorum grecorum per totum Orientem spargenda typis excuderetur.  
Iudæi, per absentiam Patris Baptistæ Romani aliquot iam annos Laureti fructuo-  
sè laborantis, propè derelicti iacebant. Et his, Possuini maximè industriâ,  
allatum est adiumentum: curatumque, vt singulis Sabbatis lex, & Prophetæ  
ab Christiano homine eorum gentili probo, ac docto explicarentur. Qui dum  
inanes cæcæ gentis superstitiones redarguit; Bellarminus ad id reuocatus è Bel-  
gio, controuersa cum Hæreticis fidei dogmata tractare in Romano Collegio  
cœpit: atque hæc, ac pariter quæstionum conscientiæ schola, quæ ad hanc  
diem, solum bis in hebdomada habebatur, in quotidianam versa. Pater Ioannes  
Tellerius in custodijs publicis catenulâ ferreâ suspensos pios codices collocavit  
multiplici cum fructu: non enim ex ijs vincti multa solum præclara discabant, ab  
inanibus colloquijs, ac ludis ad salutarem traducti disciplinam, carcereque in scho-  
lam conuerso; sed etiam vexatione, quæ dat intellectum, præmolli, diuini ver-  
bi semen facilè excipiebant: nactique libertatem eosdem libros prophanorum lo-  
co inducebant suas in domos, & amicorum. Et sanè inestimabilis librorum in  
vtramque partem vis est: ideoque curatum est cum Bibliopolis, & impetratum  
à multis, suas vt tabernas obscœnis voluminibus perpurgarent: neque amarent  
lucra, vendendis animarum venenis collecta. Non omitam specimen fructus è  
spiritualibus Sancti Ignatij Exercitijs in multis præstantibus viris: qui siue Laici,  
siue Ecclesiastici per ea excoli voluere. Vnus ex vna Fundamenti meditatione,  
totum se commutatum in virum alterum fatebatur. Alius tantam in se efficaciam  
eorum senserat; vt miraretur cur Societas concionando, aut alijs ministerijs da-  
ret operam: cum hoc vno armorum genere, si seridè vteretur; breuè, quemad-  
modum loquebatur, totum posset mundum virtuti subiicere. Atque ille quidem  
statim suam familiam trium ac triginta capitum numero, per generalem Confes-  
sionem expiatam, inducto Litaniarum, nonnullo etiam meditationis, atque exa-  
minis conscientiæ vsu quotidiano, in religiosæ familiæ speciem ordinauit, Me-  
morandum inter Tyrones constantiæ documentum dedit Ioannes Baptista Ca-  
uanagus. Duo fuere in Societate germani fratres Cauanagi, quæ familia est  
Medio-

Mediolani nobilis, Ambrosius, & Ioannes Baptista Pomponij Cauanagi, & Aureliæ Spatianæ filij. Ambrosius biennio antè receptus, superatis domesticorum rentamentis, inter ipsa Tyrocinij rudimenta ad triumphum euocatus excessit è vita. Quæ mors iamdiu religiosæ militiæ cupidum, nihil terruit Ioannem Baptistam, sed plurimum incitauit. Itaque vbi primùm septimumdecimum annum attingit, longa flagitatione tandem expugnauit potius quàm impetrauit ingressum. Pupugit id acriter propinquos, post amissum Ambrosium, non hominis solum, sed etiam pecuniæ causâ: cum opima hereditas Ioannis Baptistæ capiti inhæreret. Ergo aduolat Mediolano Pomponius doloris, ac minarum plenus. Vbi nihil profecit: cum Ioannes Baptista ad Sancti Andream, ratus extra religiosa castra victoriam magis in prono fore; vt ad ædes Alciati Cardinalis ducatur, per ipsummet Cardinalem à Patre Generali impetrat. Ibi amplius quatuor horas solus inter suos relictus adolescens verlatu variè, & exagitatus, admirabili planè firmitate, & sapientiâ, blanditias, minas, rationes falsas refutauit. Cùm obijcerent imbecillitatem corporis, perpetuoque in religiosa vita valetudinarium fore; respondit supremi Iudicij die, non id quærendum ex se, qua valetudine vsus esset; sed quàm voluntati diuinæ paruisset. Cæsari Spatiano Præsuli ornatissimo, cuius erat sororis filius, amorem eius Matris obiectanti; id ipsum, quod olim Albertum pernobilem adolescentulum Ordinis Prædicatorum candidatum respondiisse legimus, respondit: Tabulâ pictâ, in qua Christus Dominus cruci affixus, ex vna parte cum suauissima Parente, & Sancto Ioanne ex altera cernebatur, quæ fortè ex pariete pendeat, ostensâ: Quemadmodum neque caritas Matris, neque Conlobrini fecerat, vt ad eos, quos acerrimo confoslos dolore cernebat, consolandos Christus Dominus è Cruce descenderet; ita nec sibi siue Matris, siue cuiuspiam necessariorum causâ religiosam ponendam Crucem. Cùmque illi iterum religionis austeritatem, mentione etiam lecti factâ, obiectarent; Aspiciat, inquit, lectum, vbi Christus quiescit, Crucem demonstrans. Et ad Patrem conuersus: Crede, inquit, Domine, si tantulum eius dulcedinis degustares, quâ ego redundo; aliter loquerè: quamuis non hæc mihi dulcedo sit causa, cur velim Deo seruire: sed quòd id meretur ille, & postulat ex me. Demum frustrâ exactâ die, ad Sancti Andream sub vesperam reduxere, praelio, non bello se victos existimantes; si modò iterum nancisci solum, adoriri que & quater per ocium detur. Eo consilio Pontifici supplicant, leuitatem pueri prætendentes, & à Patribus circumuentum. Quare sineret apud Alciatum triduo, sine Patrum subsidijs haberi, ad constantiæ, & vocationis experimentum. Cùm Pontifex annuisset, tanquam ad carnificinam mæstissimus adolescens solus ducitur. Res erat totâ Romanâ Curiâ celebris: nomenque Societatis iniuriâ passim lacerabatur, tanquam ad se non tam iuuenem, quàm eius hereditatem attraherent. Et haud dubiè immensa impendebat moles infamiæ, si vocationis gratiam Tyrunculus, vt poterat abiecisset: interpretaturis perperam mortalibus, cui constantia defuit, ei humana potius inuitamenta, quàm diuinam vocationem adfuisse. Itaque cum tanta res in vnus tenera adolescentuli virtute sita esset; dum ille in acie configit, Patres ad Sancti Andream in Quirinali monte, quasi cum Mose sublatis manibus, diuinum auxilium sacrificijs, ac precibus assidue implorabant. Nec sanè frustra. Acriter ac multifariam nouus, & fortis bellorum Dei bellator, modò agmine, modò singulari certamine appetitus incruentam retulit palmam. Omnium acerrimè agens solus cum solo oppugnauit Pater, ostendens iam liberum posse de se statuere; quòdque nondum vestes religiosas induerat, nullam impendère notam: quidquid concipere votis posset, effusè promittens. Cum Cardinali mirificos habuit sermones. Interrogatus quamdiu eum habuisset instinctum; num ne cuiuspiam Sociorum hortatu in eam mentem venisset; respondit, Quartum iam annum se in petenda Societate fatigari, neque à quoquam inductum: sed ad hanc diem repulsum. Causam verò eius consilij nonnisi eam fuisse, quòd existimaret perarduam in seculo salutis æternæ negotium. At hæc subiicit Cardinalis, tuorum propinquorum impugnationes, nihil ne te commo-

8  
Io. Baptistæ  
Cauanagi in vo-  
catione con-  
stantia.

9  
Pia, ac sapida  
eius responsa.

10  
Vocationis de-  
fectum perpe-  
ram interpreta-  
ri solent morta-  
les.

11  
Io. Baptistæ  
Vocationis cau-  
sa.

uent? Planè nihil, respondit. Quin potius magis confirmor. Quibus, alijsque permultis prudentiam senilem, & robustam virtutem spirantibus vocibus, Cardinalis, vterat conscientia optimæ, christianæque doctus sapientia, vocationem diuinitus immisissam intelligens, adhortari ad perseverantiam cepit, benigneque complectens, ac benedicens, addens ei sese quodammodo inuidere; ad Tyrocinium remisit latissimum: nisi quod Pater rogauerat ne ita subito mutaret vestes: se enim ad Sancti Andree, vt cum eo ageret, venturum. Venit, eoque die ibi diuersatus; postridie vbi reuertit domum, decubuit: fortè vt id, quod sæpè Ioannes Baptista prædixerat, eueniret: aliquam ei penam diuinitus impendere. Ægrotum valde rogatus Ioannes Baptista inuisit, modestiâ, & grauitate mirè omnes afficiens: quoque id sapius, ac liberius factitaret; permittit Pater optatas Societatis vestes assumere. Qui non multo post conualescens, filij constantiâ, & innocentia Societatis clarè perspectâ, Mediolanum letus reuertit. Ac Ioannes Baptista consentaneo talibus inijs progressu, post multos præclaræ militæ annos, haud minus dedit specimen pietatis, cum emeritus euocatus in Cælum est ad quietem, quàm dedisset in primo ad pugnantium labores. Et quidem diuina sapientia, & gratia in vocandis maximè ad religiosa castra hominibus iucundissimè admirabilis cernitur. Idem sub tempore eodem die admissi ad Tyrocinium sunt Antonius, & Camillus, qui deinde Hieronymus dictus est, Barisonij germani fratres: hoc iucundius, quod alter de altero vsque ad vltimam prope diem ignorabat. Lucius vero Bencius, qui vnicum Patri solatium supererat in sæculo, cum Franciscus, Andreas, & Hieronymus præcessissent, ad eos quartus accessit: nec inuito parente, quin lato potius cunctos à se liberos Deo, à quo acceperat, redditos. Quanquam hæc exempla fratrum, qui terni, quaterni; etiam quini secuti Societatem sunt, & quidam vnâ cum ipso parente, adeo sunt frequentia; vt in ceteris familia huius singularibus ornamentis, id quoque iure possit reponi. Ceterum dum lata hæc soboles adolescit in terris, vetusti quidam, diuque spectati duces missione bona decorati sunt. In his fuit extremo anno Ioannes Polancus, vir nunquam abundè laudandus: qui cum Romam, Prouinciâ Siculâ perlustratâ, nondum planè confirmatus è longo morbo rediisset; tertio decimo Kalendas Ianuarias in Sancti Thomæ Apostoli peruigilio, alterâ noctis horâ decessit, quadrado ante nonum & quinquagesimum annum ætatis egressus: quinque & triginta in Societate traductus, maiore communi bono quàm estimari possit. Sanctus Ignatius capacem omnis laudis indolem nactus ad cor hominem sibi formauerat. Cuius opera sic vtebatur; vt sub extremum suæ vitæ tempus summam ei, adiuncto Madridio, potestatem omnium rerum permiserit. Nec Laynis, ac Borgiæ temporibus minus valuit: qui vel impediti publicis totius rei christianæ curis, vel aduersa valetudine, pleraque eius prudentiæ committebant: gnari sub disciplina Ignatij enutritum, peritiâ domesticarum rerum, & consentaneis Instituto virtutibus abundare. Ille autem totum se ad Præpositorum fingebar sensum, permissam sibi potestatem delibans parcissimè: nihil scire, nihil posse videbatur, nisi subesse, omniumque voluntatibus inscribere: laboriosus, indefessus: cui pro otio negotium. Quæ, quamque grauiâ eodem tempore diu tractarit munera, suo loco memorauit. Cuius rei cum ad fratrem perlata essent querimonie, isque scripisset cupere se, vt aliquantum laboribus leuaretur, quod studijs literarum, quærendoque nomini vacaret; in hunc modum respondit. Video hanc tuam voluntatem ab amore proficisci; sed planè ab amore non admodum spirituali. Susceptus pro Deo labor nullus magnus est: quod si supra labores occasio offerretur vitæ quoque impendendæ Dei, ac boni publici causâ; id verò eiusmodi est, vt non amoliri, sed valde expetere nobis, alijsque debeamus, quos ex norma omnis boni amoris, quæ diuina voluntas est, diligimus. Haud negarim admodum me occupatum: verum Dei gratiâ onus leuante, nihil inde molesti sentio; æquum potius esset, vt cuperem tandem aliquando aliquid pro Christi Domini seruitio, & auxilio animarum illi vsque adeo dilectarum, laboris assumere, quàm cogitare de quiete. Nam delicatus plus nimis forem, si aliam vellem

12  
Oppugnans pa-  
rens grauitat  
ægroat.

13  
Antonius, &  
Hieronymus  
Barisonij ad So-  
cietatem ve-  
niant.

14  
In Societate  
crebro fratres  
ac parentes in-  
gressi.

15  
P. Polanci  
mors, & virtu-  
tes.

16  
Quanti illum  
faceret S. Igna-  
tius.

17  
Quanti Lay-  
nius, & B. Bor-  
gia.

18  
Eius obedien-  
tia, modestiâ,  
& indefessus la-  
bor.

19  
Sapiens ad fra-  
trem respon-  
sum.

lem quietem, quoad peregrinatio hæc perseverat, quam quæ in medijs ærum-  
nis pro Christi Domini gloria susceptis mihi conceditur. Hos immenso animo  
labores pro Christo complectens, non solum abundè domesticis sufficiebat mu-  
neribus; verum etiam ad multos, è Romana Curia præcipuos Viros, quorum  
excipiebat confessiones, instituendos, ocium, viresque reperiebat: modestiâ,  
facundiâ, dexteritate: sed verâ in primis virtute, quam oris quoque dignitas de-  
corabat, mirè in animos influens, & capiens Deo. Super hæc ad libellos pios,  
quorum nonnulli exierunt in lucem, scribendos curarum partem deriuabat.  
Nam fecundissimo erat ingenio, iudicioque peracri, præsertim in rebus agen-  
dis, ac vitâ instituendâ. Historiam Societatis moliebatur, atque in preparanda  
abeius exordio ad obitum vsque Sancti Ignatii copiosissima sylua, vnde Historia  
texeretur, quod habuit spatium ab creato Generali Euerardo ad Siculam profes-  
sionem, incomparabili totius Societatis beneficio posuit: tribus magnis volu-  
minibus adeo diligenter confectis; vt nihil ferè magnum, aut paruum, ad sola-  
rium posterorum è primis illis temporibus desiderari queat. Aliorum quoque  
deinceps ab Ignatio temporum breue Chronicon antè scripserat, adnotatu di-  
gna in dies, vt eueniebant, perscribens; vnde & statas ipse ad totam Societatem  
litteras excerpbat: quas litteras eâ prudentiâ, pietateque conficiebat; vt tenera  
Societas ex ijs haud modicam ad adolescendum, tanquam ex iucundissimo, ac  
saluberissimo rore, vim hauserit. Tam multa, vt vnus posset efficere; præter di-  
uinum, quo roborabatur auxilium, hæc præcipuè adiumento erant. Perturba-  
tiones, tanquam obsequentiâ administras habebat in potestate, perpetuam-  
que animi æquabilitatem possidebat: idem semper grauis, serius, accuratus,  
nullam transmittens ab opere vacuam partem temporis. Ad hæc cuncta habe-  
bat in ordine digesta, eumque ordinem tenebat constantissimè: eo febat, vt ni-  
hil eum ex rebus agendis præteriret, neque vnquam perturbaret multitudo, aut  
distraxeret varietas, aut grauitas opprimeret: neque postremò ad vacandum si-  
bi, Deoque otium deficeret. Inter cetera priuatæ pietatis studia Pater Ledesma  
tradidit, eum cum vitæ Christi Domini, ac necis mysteria in totius hebdomada  
dies distribuisset; solitum quotidie cuiusque diei mysteria, in tres partes iterum  
distributa tribus temporibus meditari, & quotidie singulorum Societatis Colle-  
giorum, ac præterea regionum, vbi aliqui Sociorum ad euangelizandum versa-  
rentur, in precibus recordari: insuperque plurimorum nominatum, quos nosset:  
vt planè mirum sit in tanta, veluti solitarij, ad res diuinas attentione; potuisse  
coniungi tam distractas rerum agendarum curas: vel cum tanto negotiorum  
strepitu adeò tranquillam mentis quietem. Nam certum est, statim vt ad Deum  
accedebat, siue Sacerdotales exequuntur preces, siue diuinis operaturus, siue  
conscientiæ suæ excutiendæ, aut meditationi rerum cælestium daturus operam;  
curas omnes, quasi iussas, obsequioque obtemperantes, faceßere ab eius cogi-  
tatione solitas: nec perstreperere vnquam, vel commoueri, donec vltro ipse diuino  
persoluto penso rursus accerferet. Adeò Marthæ cum Maria in eius ordinatæ  
mentis domicilio benè conueniebat. Agnoscebat in se hæc Dei beneficia, & ami-  
cos, vt ad grates agendas iuurent, interdum inuitabat. Iam verò tantâ cum  
animi tranquillitate evidens est priuati cuiuspiam emolumentum respectum nequa-  
quam potuisse consistere: sed solum absolutam nutui Superiorum submissionem,  
quidquid statuere de ipso, & quocumque versare modo vellent. Nec ipse dissi-  
mulauit: nam rogatus aliquando per litteras, vt reuifere Hispaniam vellet; istud  
respondit, in eius potestate est, qui me regit: nam ex quo semel addixi me Deo,  
sub hominum obedientiâ; verè affirmo non recordari me, aut petiisse, vt duce-  
rent, aut mitterent huc potius, quam illuc, ac ne optasse quidem. Quippe Deus  
vbique est, & vbique præsto est sese querentibus. Propensionem adeò cuique  
suam erga nationem naturâ insitam, ita ad rectum perduxerat; vt fateretur, ad  
alienas potius, si quopiam, se studio propendere. Quod tum educationi solebat  
tribuere: quèd tertio decimo ætatis anno egressus è Patria, adolescentiæ partem  
in Gallia, reliquam vitam in Italia egisset: tum multò magis Societati, cuius pro-  
priam

20

Domi, forsque  
petuili operâ,  
atque consilio.

21

Libellos con-  
scripsit.

22

Societatis Hi-  
storiam scriben-  
dam meditaba-  
tur.

23

Quibus iuaba-  
tur auxilijs ad  
tam mira ope-  
randa.

24

Christi vitam  
ter in die me-  
dirabatur.

25

Orabat pro  
multis.

26

Rebus agendis  
non distraheba-  
tur, sed facili-  
me Deo vnie-  
batur.

27

Erga Deum  
gratissimus.

28

Erga Superio-  
res promptissi-  
mus.

29

Ab Patriæ, ac  
propinquorum  
amore remo-  
ta.



priam hanc disciplinam dicebat. Eodem modo planè animum à propinquorum amore seiunxerat: vt si quid horum causâ agendum esset; ita non excitaretur sensu, impetuque naturæ; vt esset animi inductio, ac deliberatio adhibenda. Testimonio sunt, quas interdum ab ijs interpellatus, literas rescribebat. Conquesto per litteras fratri, quod eius filio patrocinari ad Sacerdotium impetrandum abnuerat; post alia, hunc in modum respondit: Verum id quidem est, cum tam increbuerit absurda consuetudo in personis Ecclesiasticis, vt consanguineis studeant, eorumque causam agant: non tanquam pauperum, neque tanquam meritorum; sed planè tanquam consanguineorum: volo dicere non spirituali affectu, sed carnali, minimè decòrum videri mihi, me, qui prauitatem hanc reprehendo, id committere, quod in alijs condemno: ac meæ Religionis hominibus offerre exempla, vt propinquis suis non spiritualia curent bona, quæ sunt nostro consentanea instituto; sed terrena, quæ incertum est vtrum adiumentum, an secus illatura sint ad summi boni adeptionem. Neque verò satis est, si opiner nepoti meo inesse dotes, quare dignus Ecclesiasticis facultatibus videatur: exemplum enim valeret ad aliorum patrocina, in quibus facultates illæ nequaquam benè collocarentur. Ad vltimum neque ex me, neque ex hominibus professionis meæ, siue peti, siue expeti terrenæ facultates debent: cum omnino eâ causâ, quod potiorum paupertatem, quàm diuitias (vt est Christi consilium) arbitrarer, animum induxerim cuncta mortalia abdicare. Quod si eiusmodi forent mihi consanguinei, qui crederent sin minùs ad huius vitæ bona consequenda adiuuarem, cetera adiumenta parùm referre; hi planè significarent, se parùm intelligere, quid maximè referat: atque his, ac mundo fateor ego me planè mortuum. Ad eundem de instituendorum filiorum ratione scribens: ante omnia monet id primum, ac summum ante oculos habeat, vt ad consequendum vltimum, ac beatum finem, ad quem Deus diuitias creauit, gloriamque, & obsequium Diuinæ Maiestati præstanda regat, inueteque. Et quia ad hunc finem multò plus pollent pietatis, & animi bona, quàm corporis, atque externa, propterea Patrem ita dispensare curas debere, vt primo quidem loco, & conatu virtutes, tum literas, deinde bonam valetudinem, postremò externa vitæ præsidia liberis quærat. Nam filios, inquit, relinquere diuitijs affluentes, atque adeò desides, ac circumuallatos occasionibus superbiz, flagitiorum, & id genus vitiorum; non est magnum Parentis de prole meritum, respectu finis, quem semper præ oculis, veluti cynosuram, habendum prædixi. Ac subdit vile monitum, vt quamdiu per ætatem perfectè non sapiunt, instituendos in timore Dei, ac literis curet. Sed nullam eo tempore vim naturali propensione ad hoc, vel illud vitæ genus capeffendum afferat: neque sinat vlli adhærescere, antequam per ætatem, lumenque diuinitus impertitum perpendere rem satis norint. Porrò ipsi fratri consulenti de vitæ statu mutando, hoc dedit consilij. Commendauit, inquit, rem Domino, & commendabo: sed certi nihil pronunciari potest, nisi cum omnibus adiunctis statum causæ cognoscam. Hoc vniuersè dixerim, mutationem oportere in melius fieri, vel nihil mutandum. Melius autem intelligo, non honorum, atque humanæ præstantiæ incrementum; sed maius adiumentum ad finem vltimum felicitatis nostræ: & ad quem vera prudentia vias inuestigat maximè opportunas. Si sperarem te, vitæ genere mutato, rationem initurum tuæ perfectioni, & communi bono magis accommodatam; auctor essem protinus mutandi: sin autem nil præterea sperandum esset, quàm accessus dignitatis, & pecuniæ: id tibi nequaquam conducere censerem. Nam si excipias maius auxilium ad salutem propriam, atque opem proximorum, in Dei gloriam vberiorum; melior communiter, ac tutior est mediocritas, quàm excellentia, quæ solet homines vehementiùs mundi huius amore implicare, & obliuionem afferre bonorum permanentium, curasque mortalium effundere frustra, atque abijcere multas in res, quibus solidi boni nihil inest. Christus Dominus, qui sanctam humilitatem nobis vsque eo factis, dictisque commendauit, virtutis eius amore cor tuum incendat. Testimonio hæc sunt, quàm naturalem amorem erga propin-

30  
Societatis hominibus propinquorum animæ, non bonæ curanda.

31  
Salutaria Fratri monita ad liberos bene instituendos.

32  
Quod Fratri consilium dedit de mutatione status.

quos in christianum, atque caelestem commutasset: quanquam christianæ paupertatis, humilitatisque studiosus verè, atque ex animo esset: qui non sibi eam modò adamasset; sed optaret quoque propinquus: experimentum enim verà; constantisque virtutis id est. Quippe amor naturæ ingenitus homini, vel in virtutis scholâ præstantium mentibus imponit: vt quanquam humanarum rerum ipsi nil velint; eas tamen optent, ac sæpè curent necessarijs suis. At Polancus in omnium, ac præcipuè propinquorum animis, hætenus existimans plus debere se illis, quos coniunctiores natura fecisset; inferi penitus cupiebat efficacem christianæ veritatis disciplinam, atque eam æstimationem caducarum rerum, quam Christus Dominus edidisset. Itaque hoc in primis Matrem suam per literas adhortatur, vt in recto vsu rei familiaris, ceteraque vitâ tum suâ, tum filiorum, ac domûs vniuersæ clucerent virtutes: non solum morales, & humanæ, sed christianæ: vt appareret vitam institui secundum lumen sanctæ fidei, & spem æternorum bonorum: atque adedò discerent à perituris bonis abstrahere animum; nequaquam ijs, nisi tanquam adminiculis ad caelestia consequenda vtentes. Sanctissimis ex hoc genere monitis, quas ille Vir totus Deo plenus siue ad suos, siue ad alienos dabat, literæ plenæ erant. Qui sanè adedò recto caritatis ordine temperauerat erga consanguineos affectum; vt ne bona quidem spiritualia ijs, nisi secundum summæ prudentiæ legem optaret. Nam cum aliquantò post, vnus ex eius fratris liberis Alphonus Polancus nomine Salmanticæ literis studens in Societatem optaret admitti; ac Prouincialis ambigeret, vtrum planè idoneus ad id vitæ genus esset; fuit è Patribus Salmanticensibus, qui recipi adolescentem cupiens ad Polancum scripsit, rogans vt rem ipse Romæ cum Patre Generali transigeret. Cui Polancus id dedit responsum, non debere ad admittendum in Religionem, suffragium esse carni, & sanguini: si iudicarent idoneum, qui coram aderant Patres, illi reciperent: si illi reijcerent; non esse cur ipse commendaret Patri Generali id, quod Societati non expediret. Ceterum fidei erga Societatem, solidæque humilitatis promendæ egregiam materiam proxima Comitia præbuere. Vbi cum haud deessent, qui grauem ei factam iniuriam quererentur, atque is ad externos quoque rumor euasisset; literis ad eos datis, ipse omnem aduersam opinionem absterfit, vt suo loco demonstrauit: grauius contestatus cuncta ordine, quietè, ac ritè gesta. Domi autem iam planè priuatus, tanquam infimus è numero, is qui semper ab ortu Societatis maximam eius partem administrarat, spectandâ modestiâ, atque obedientiâ cœpit agere. Nec vitæ supremus actus quicquam à prægressis degenerauit. Vbi sensit momentum instare nouissimum; christianis præparatus mysterijs è libello, quem ad iuuandos morientes paulò antè in lucem ediderat, iussit sibi aliquid recitari: ac lectore quærente, quid potissimum mallet audire; recensè, inquit, capita: cumque is singulorum titulos percurrrens ad illud venisset, in quo de erigenda in Deum spe agitur, istud, inquit, lege. Moxque interersistentem, ne longinquo sonitu moribundo crearet molestiam; iussit pergere: ac subinde IESV nomen inuocans, ad mansura excessit gaudia: de quibus solito frequentius animaduertent Patres proximis antequam decumberet diebus habuisse sermones: cum inclytus ille animus è corpore eminens, quò mox erat subiturus, cogitatione præcurreret. His de Vrbe memoratis; inter ea, quæ per Italiam sese offerunt relatu digna, non omiserim de Lauretano Collegio, quod Societati quò diutius exoptatum, ed iucundius accidit. Cum ad hanc diem Canonici, & Clerus non admodum cum Socijs ex animo coniuncti agerent: siue quòd ob stare eos commodis opinarentur suis, siue qua alia Dæmonis fraude; hoc anno mirum in modum conciliati sunt, vt inuicem verâ obstricti beneuolentiâ, eque Sancti Pauli præcepto, honore præuenientes, in diuinum obsequium operam fructuosius, iucundiusque conferrent. Hanc animorum inclinationem Christophori Rodericij è spectata virtute collecta auctoritas, modestia, & comitas maximam partem fecit: & Iulius Feltrius Cardinalis de Ruere Vrbinatis Ducis filius peramanter Collegij comoda auxit. Porrò ad Sanctam Deiparæ Domum, plerisque Italie lo-

33  
Mōnia ad Matrem.34  
Nepotem in Societatem admitti non vult si idoneus non sit.35  
Se ad vitæ exitum præparat.36  
Moritur.37  
Laureti Nostri cum Canonicis conciliantur.38  
P. Christophorus Rodericius ad id iuuat.

39  
Ioannes Au-  
striacus Lau-  
retum venit.

40  
P. Rodericus  
Ioannis con-  
fessarius ad al-  
terum eum di-  
rigit, vt liberius  
se aperiat.

41  
Ioannes ad tres  
horas in S. Vir-  
ginis eade per-  
stitit genuflexus.

42  
P. Rodericus  
Ioanuem Ma-  
ceratam comi-  
tatur.

43  
Ioannem, &  
Comites ad pic-  
tandum in-  
struit.

44  
Missio ex Pe-  
rusino Colle-  
gio.

45  
Ingens eroga-  
ta eleemosyna.

46  
P. Curtius A-  
modæus inui-  
sentem Episco-  
pum iuuat.

47  
Senis Congre-  
gatio B. V. in-  
stituitur.

48  
P. Gurtea Ful-  
ginij conciona-  
tur cum insigni  
fructu.

cis pestilentia vel malo, vel metu interseptis, populorum modicus fuit con-  
curtus; sed instar multorum fuit siue ob dignitatem personæ, siue ob religionis  
eximia documenta, Ioannis Austriaci accessus. Inter huius, ac superioris anni  
confinia venit, voti exoluendi causâ, quod in Nauali bello, cum memoranda  
illa de Turcis reportata victoria est, quinquennio antè susceperat. Cum Roderi-  
cio veteri suo Confessatio totum animi sui statum communicauit. Sed is ne ex  
veteri vsu, necessitatem illi videretur imponere apud se confitendi; cum adhor-  
tatus esset, vt rationes vitæ totius generali confessione ad liquidum perduceret,  
idoneumque Confessarium obtulisset, quod maior libertas Principi esset; cavit in  
conspetum eius deinceps venire: cumque iam confessionis adesset tempus; sum-  
monit se secretiorem in locum familiaris eius expianda intentus. Quo Ioannes co-  
gnito, misit hominem, qui nunciaret, vt quando ipse tam salutariter occupatus  
erat; suo loco, quem mallet sibi Confessarium mitteret. Ita quod optabat sua-  
uiter Pater assequutus est. Eius tamen è manu voluit Princeps sacrosanctam  
Hostiam in Diuinæ Matris cella suscipere; in qua, præter alias salutationes, lon-  
gasque moras, eo die continenter ad tres horas perstitit flexis humi genibus,  
eoque completus est rerum cælestium gustu, ac loci veneratione; vt diceret, si  
(quod Deus auerteret) Italiæ periculum à Turca immineret; eius se loci propu-  
gnationem ex omnibus electurum. Abeunti Maceratam vsque comes iuit Rode-  
ricius: non ambitiosa affectatione, nec inanibus prolequutus officijs: sed planè  
dignâ Sacerdote, ac religioso viro obseruantia. Totum iter in pijs colloquijs ex-  
gere, sanè salubriter, ac iucundè, vt sunt itinera aperiendis colloquentium pe-  
ctoribus, ac pietatis negotijs opportuna. Maceratam vbi ventum, ijdem con-  
tinuati sermones. Cumque Pater exponeret, quod sit Christianorum bellatorum  
officium: quàm oporteat eos nominis diuini studiosos esse; statuit Princeps, vnâ  
cum suis Nobilibus, præscribere sibi eas leges, quibus Iuramenti, vt vocant, So-  
dalitas continetur: vt quoties quis iuraret, tot argenteos nummos in eleemo-  
synam largiretur. Delegata statim cura certis è familiaribus, qui obseruarent  
fontes, & mulctam exigerent. Quæ rectè æstimanti eò sunt materia Historiæ  
nobilior; quàm iniectâ Barbaris catenæ: quod pronius est homini alios, quàm  
se vincere: Deoque gloriosius vitia expugnari, quàm corpora. Nobilium ex hoc  
genere expeditionum è Collegio Perusino maximè salutare suscepta, duobus  
Sacerdotibus per Diocesim digressis. Quorum alter, cum in Oppido inter  
concionem pauperis hominis summam commendaret inopiam; illapso in populum  
diuino quodam benignitatis æstu, initium fecit stipem conferendi Oppidi Curio,  
paucis pecuniolis, quas habebat ad manum in medium effusis: ac ceteris inde  
secutis (rem planè miram) tantum constatum est; vt sexcentorum, & octo pau-  
perum, non ad vnius diei lenandam famem, sed ad multorum mensium alimen-  
ta suffecerit. Perusinus Antistes Vincentius Herculanus iussus à Pontifice oræ  
maritimæ Senensis loca visere; Curtium Amodæum Collegij Rectorem, cui Ioan-  
nes Baptista Alexander successit, secum duxit. Et Curtius ita se attemperauit,  
vt simul Societatis institutis, simul Episcopo, atque Ecclesijs, quas recognoue-  
re, plurimum satisfecerit. Ipso verò in Collegio iam bina florebant Sodalitia, præ-  
sertim iuniorum: in quo Ciuium, & iuris seu Cæsarei, seu Pontificij publicorum  
interpretum præcipui censebantur, non minùs pietate, quàm ceteris ornamen-  
tis insignes. Senis quoque hoc anno Academia, & Sodalitas in clientela magnæ  
Matris Virginis ad instar Romanæ instituta. Ex hoc Collegio Ioannes Gurtea  
Fulginij per Quadagesimam concionatus: & quia præter modum publicè pro-  
fuerat; iussus aliquot menses subsistere. Tres ac triginta concubinas ad pudici-  
tiam reuocatas collocauit in tuto: ipsis quoque viris, vel ad iustas nuptias, vel  
ad castitatem pellectis, pessimoque exemplo ab oculis Vrbs sublato. Paces duas  
ac viginti conciliauit: Et quidem sex inter pertinacissimè dissidentes, cum caris-  
simorum cædes intercessissent. Rei malè partæ summam ingentem ad dominos  
reuocauit: multosque senebres contractus diffraxit. Sed precium operæ penè  
maximum extitit mercatus tempore, qui percelebris Fulginij ab die septimo an-  
te

te Kalendas Maias ad Iunij Kalendas habetur. Nam præter expositas Diuini verbi pretiosas merces, terrenaque sectantes lucra, de cælestibus monitos; dedit cum Magistratibus, atque Antistite operam, ne Meretrices, quæ solebant confluere, publicæque infamem suam, ac Satanicam mercaturam exercere, vspiam reciperentur. Ac ne circumforanei quidem Mimi seculis, atque impudicis diestis, ac motibus popelli animos corrumpere. Re benè gesta Fulginij, Ameriam Gurrea tetendit diu expetitus. Longè ibi diuersam faciem rerum ab ea reperit, quàm Societas olim induxerat. Cuncta subortis inhorruerant dumis: & ferebantur cum gemitu Amerini: eoque tum Ciuitas, tum Ioannes Antonius Lazarus Episcopus precari enixè cøperunt, vt vellet Societas pristinae partem cure populo sui amantissimo reddere, rursus adem Sancti Angeli offerentes: à qua statim Episcopus, quæ olim fuerat in causis abeundi, curam animarum ad Sanctum Proculum transtulit. Itaque Gurrea Moderatore, aliquot concessi, qui tanquam in itatione versarentur, quorum præcipuè operâ grauisissima dissidia, quibus Ciuitas in factiones distraeta, consumebatur, restineta. Florentinum quoque Collegium suam memorandi euentus expeditionem habuit, Christophoro Truxillo Vicetiam ad ieiunij magni coniectione profecto. Sæpè euenit, vt eum è suggestu descenderet, multi circumstiterent, qui annos multos ab salutari Pœnitentiæ Sacramento, vel ob pellicatum, vel ob inimicitias, vel ob iniqua negotia, aut alias eiusmodi causas abstinerant. Sed ardor sub Hebdomadam Sanctam, eum promulgatum Iobelaum est, in immensum efferbuit: tam celebri vicinas per Vrbes diditâ nouæ rei famâ; vt Veneti certos legarent homines, qui cognoscerent rem, atque idoneis testibus confirmarent. Plena pietatis inter cetera fuit supplicatio feriâ terciâ Sanctæ Hebdomadæ per Urbem ducta, in qua Niniuitarum pœnitentia representabatur. Præcedebat Ionas habitu prisco, vultu seuro, horribili voce inronans, Agite pœnitentiam: sequebatur Rex positâ coronâ, ac regio cultu, cilicio amictus, & sacco: post eum amplius mille homines nudo pede, nudis lacertis, nudo capite, cetera sacco tecti, oculis in terram fixis, viridem oleæ ramum læua sustinentes: dextra acre flagellum; quo se validè verberabant. Post eos puerorum innumerabilis multitudo, concinno habitu, varijsque cum argumentis incessit. His affinia reliquam per Italiam gesta: multis præsertim in Regni Neapolitani Urbibus à Bobadilla, & Ioanne Victoria. Atque ipsa Neapolitana Prouincia nouam quasi formam accepit. Præfuerat illi inde vsque ab ortu, ad hanc diem Salmeron, vir ad scribenda volumina genio, ingenioque totus intentus, ac factus. Quare ipsemet intelligens, ad clauum rectum tenendum requiri gubernatorem, qui in id totus incumberet; simul quietis, & cœptum opus perficiendi cupidus; successorem ab Euerardo vehementer, ac diu petijt. Euerardus quèd in Collegij Neapolitani administratione experimentum optimum Claudius Aquauina præbuerat, extremo Martio ei Prouinciâ demandauit: quam Kalendis Aprilis, protinus vt solennem quatuor Votorum Professionem emisit, suscepit. Claudius, & vegeta iuuenta, & disciplina Romæ hausta, & pietatis egregiæ viribus pollens, rem placidè; sed efficaciter capessit, domi pariter, ac foris carus, ac venerandus. Et quoniam Hieronymus Surianus Nouitiorum Nolæ Institutor, graui, ac periculoso tenebatur morbo; missus item Roma est Bartholomæus Riccius: vt coniunctis cum Prouinciali viribus; dum ille prouehendis instat veteranis; is erudiendis insudat tyronibus; tota Prouincia, quod feliciter euenit, sese alteram gauderet. In Collegio Beatæ Virginis Congregatio instituta est: ac de domo quoque Professæ Neapolim inducenda, ferid agitari cœptum. Idem sub tempus Prouinciæ Siculæ Iulius Fatus præfatus est: ac Hieronymus Domenechus Hispaniæ multum petenti, ac Valentino Collegio Rector concessus, agrâ præ tam benè meriti viri desiderio cunctâ Siciliâ. Pestilentia interim pertinaciter sæuens, latèque Insulam peruagans, Politiij Patrem Blasium Sancium, dum percussis diuina subministrat, occidit. Messana Pater Ludouicus Nunnus dum circiter mille suspicione pestiferi affatus segregatis operam Confessarius nauat; non contagione, sed laborum susceptorum

Hist. Soc. Iesu Tom. 4.

O

mole

49  
Arcentur Meretrices.50  
Mimi cœrcentur.51  
Pater Gurrea Ameriam tendit, vbi de restituendo Collegio instatur.52  
Residentia Gurrea præficietur.53  
P. Christophorus Truxillus Vicetiam cum fructu concionatur.54  
Supplicatio pœnitentiæ influuita Niniuitarum more.55  
pp. Bodadillæ & Victoriae per Regnum Neapolitanum labores.56  
P. Salmeron à gubernatione recedit.57  
P. Claudius Aquauina Prouincialis Neapolitanus designatur.58  
P. Bartholomæus Riccius Magister Nouitiorum.59  
Congregatio B. V. instituta in Collegio Neapolitano.60  
Iulius Fatus Prouincialis datus Siciliæ.61  
Hieronymus Domenechus in Hispaniam missus.62  
Peste in Sicilia grassante mortui è Societate.

- 63 Ignatius Mulletus tyro sanctitatis odorem reliquit. moie occubuit. Ibidem Ignatius Mulletus quarto tyrocinijs mensē febrī extinctus; eo tamen hic nominandus, quod, ut Rector Ioannes Baptista Carminata scripsit, odorem rarissimæ sanctitatis reliquit. Atque hoc anno Tyrones in proprijs, longēque à Collegio distis ædibus collocati. Adiciatur Sociorum numero Praeses Augustinus Ghisulphus, qui viuens, ac moriens optimè de Societate meritis, supremo in morbo summè optauit in ea mori: & promisit Vxor, quò liberius se Vir Deo manciparet, statim in cœnobium recessuram. Itaque cum in eo voto expirasset, habitum est id honoris cadaveri, vt cum pileo quadrato, & tunica, in morem Societatis, in Collegij Templo humaretur. At Carminata summo Equitum Melitenfium Magistro postulante, cum Iacobo Baso, ad sacri Aduentus concionēs Melitam protectus, eam Societatis opinionem excitauit, vt æmula Equitum Ciuitas subdium & ipsa flagitarit. Itaque Leonardus Capanus, & Iulius Vitus Sacerdotes cum adiutore missi. Quorum in profectioe diuinæ documentum tutelæ apparuit. Nam cum eos paruo nauigio conscenso tempestas orta Siraculas repulisset; ac Siracufani Patres traiectionem opportuniorem opperiri iussissent; nauigiolum, ex quo descenderant, repetito statim cursu in Pyraratum portestatem venit. Sed iam stylo citra fretum reducto, Longobardiam Prouinciam pestilentia ægram ab lata commemoratione, & veneratione cælestium incamus. Mediolani tertio Idus Februarij nouum in Templum Professæ domus sacra corpora Fidelis, & Carpophori Martyrum illata sunt. Colebantur antea Arona, vnà cum Gratiniani, & Filini corporibus: vnde visum est Borromæo Cardinali, ac Visitatori Apostolico augendæ venerationi ad Mediolanensem lucem transferri debere in Templum, quod in Sancti Fidelis nomine magnificè exurgebat. Ergo cum in Collegium Brerianum pridie clanculum deportata, totam noctem perpetuis vigilijs, orationibus, ac flagellationibus, non solum Socij honorassent; sed etiam Cardinalis, qui cum Familia, & Canonicorum parte ad decimam vsque horam perstitit; sub auroram ad Sancti Simpliciani tulere, vt mox cum publica gratulatione reciperentur. Vbi lux clara emouit, è principe Templo, cum Clero, ac Religiosorum ordinibus, populique immensa vi, Cardinalis eò processit, nec quempiam passus est sanctæ Sarcinæ famulatum priorem delibare. Ipsemet, ac Visitator Apostolicus sublatam ex Altari aliquantum viæ gestarunt: iterumque sub vestibulum Sancti Fidelis susceptam inuexere in Templum, cum intermedio spatio Sacerdotes è Societate gestassent. Idem sub tempus Foroliuij Pater Melchior Brocha septenas doctrinæ Christianæ scholas puerorum seorsim, ac puellarum iustituit latissima Vrbe, ac longè quàm antea quietiore: cum puerorum greges, qui diebus feriatis modò clamoribus, lussibus, lapidationibus cuncta miscebant; iam congregati in Templis, & modestiam discerent, & laudes Deo concinerent. Binæ institutæ ad perpetuandas scholas virorum, ac mulierum Sodalitates, quas ab humilitate appellauit. Et quidem egregio exemplo mulieres, quæ iam in Sodalitatem dederant nomina, ipso postremo ante cineres die, vniuersæ ad diuinum epulum Christi corporis accedere: cælestes animorum delicias tum maximè appetentes; cum seculum intemperantissimè in corporis effunditur voluptates. Quinquaginta tum erant numero: sed breui plus alterum tantum sancti exempli illecebræ pellexere. Nec minus virorum Sodalitas creuit: vtramque Collegij Patribus in diuersis Templi Sacellis stato tempore hortantibus, ac monitis opportunè iuantibus. Melchior, vbi res Foroliuij per sese iam stabat; Bononiam, aliasque ad Vrbes excurrit, eius generis magna dexteritate, ac felicitate scholas vbique instituens. Nam videbatur proprio quodam ad id diuinitus præditus dono: iamque latissimè florebat, quas trionio ferè ante Ferrariæ inchoarat. Latissimas quoque laborum Societatis primitias posuit Vercellis Troilus Rosanoua cum Socio: vbi & Episcopus, & Sabaudus P. Michael Botellius Farusij à concionibus ad Cælites transiit. Dux, quod fuerat Humiliatorum Cœnobium offerentes, vrgebant, vt in Collegium exciperetur. Tarusij per Quadragesimam Michaël Botellius magno successu diuinum verbum promulgabat: cum occupatus morbo ægram relinquens Ciuitatem, ac suarum virtutum odore perfusam, tanquam in acie cadens, ad laborum

borum præmia euolauit. Vir laudatæ vitæ, facundiæ, prudentiæque, quam in regendis haud semel Collegijs promptis. Natione Lusitanus: vnum & quinquagesimum ætatis, tertium circiter ac trigessimum Religiosæ vitæ annum decurrens: Olybppone ingressus, sed in Italiam statim vocatus. At Venetijs cum primum cœpit apparere lues Heëtor Leonellus, & Guidus Toscus in agrorum curationem luis deuoris capitibus, gloriosam paucis diebus mortem oppetere: quibus contagio infectis Franciscus Bonus Mediolanensis Coadiutor multa caritate ministravit illasus. Heëtor Fanensis erat patria, vnius, & quadraginta annorum ætatis, duobus & viginti in Societate exactis. Diu humaniores literas doctus: dein Mutinense Collegium rexit, ac Brerani Collegij res domesticas procurauit: quæcumque gereret multum probatus. Guidus ex Oppido Romano Diœceseos Nouariensis, ætate septem & triginta annorum, circiter quinquaginta in Societate versatus: quorum partem maximam in docendis grammaticam pueris impenderat: iamque dabat operam confessionibus: ingenij probi, ac disciplinæ religiosæ ingens amator. Hofce Iunio raptos, pridie Kalendas Augusti Cæsar Helmius Fulginas sequutus est, qui sex ac viginti annos in laboribus lummis prima Societatis exordia Venetijs Rector prouexerat, iamque quinquagenario maior pro Mario Beringuccio, qui Romam ad Congregationem Procuratorum concesserat, Domui moderabatur cum popularis morbus extinxit. Cadaver in Lazaretum, vt vocant, ad sepulturam Magistratum iussu delatum. Reliqui Socij (tamen plerique salubriora in loca exierant) domo inclusi: quibus interim alendis diuina bonitas, vt inter tot angustias, atque impedita commercia, & beneuolorum absentiam, abundè suppeditauit. Bononiæ Antonius Vincius post Longobardiam Prouinciam inspectam, suæque Rhenanæ mandata Romæ procurata, morbo interceptus interijt, septimo Idus Septembris, magnorum vir meritorum: quæ triginta annorum, quos ferè in Societate vixit, interuallo varijs in Prouincijs, grauissimisque muneribus, illibata semper fama, & communi approbatione collegerat. In Pago Buterfonio Brabantia natus, Louanij animo ad Societatem adiecto, Romamque missus aliquandiu Ministri munus obiit. Inde in Siciliam transgressus, ac præesse Cathanensi Collegio: mox etiam cum regia Classe ad Insulam Lotophagorum agris curandis ire iussus, cum diuino miraculo, vt in loco memoratum est, Barbarorum manus, cum Socijs euasisset; in Germaniam inferiorem transfatus est. Primus Treuirensis Collegium, mox Rhenanam Prouinciam rexit. Denique in rerum agendarum maturitate, anno circiter septimo supra quinquagesimum viuendi curlum expleuit. Ibat tum superioris Germaniæ, atque Poloniæ Prouincias inuisurus, multum optatus à Polonis præsertim, quos nullus vnquam ex Vrbe Moderator adierat: & erant res eius Prouinciæ bono loco. Nam cum Stephanus Transyluania Princeps Polonici Regni suscepisset insignia; vt rei Catholicæ, Regnoque vniuerso, ita Societati spem optimam dabat. Suffragia hominum, quibus ille Vir creatus est Rex, haud dubiè Numen diuinum probauit: vt non solum quæ postea consecuta sunt, sed statim exordia fecerunt fidem. Nam cum periculoso dissidio Polona Nobilitas distracta, pars ad Maximilianum Cæsarem, pars ad Stephanum detulisset Imperium, & uterque suscepisset; cuncti paulatim sine bello, & sanguine, ad vnius Stephani obsequium conuenere. Et Cæsar paucis post mensibus vitâ persuetus, Stephanus inter prima perbenigni erga Societatem animi pignora, Collegiorum possessiones, quoties tributum Pagis imponeretur, iussit immunes esse: ac summam, quæ exigenda ex illis foret, ex Fisco regio compensari. Multos è Societate varijs locis perlibenter audiuit Concionatores: ex quibus longè maximam non approbationem modò, sed & admirationem tulit Martinus Laterna. Is ad Petrum Kostkam Culmensis Anstitem sacro initiandus Diaconatu missus, cum Alberto, vtrumque Episcopus ad serendum Dei verbum, quamuis inuitos, quod Præsidum suorum iussa non haberent, aliquandiu retentauit. Mox & Culmam, quo conuentum Prussia generalem indixerat, secum duxit: iussos in ea Nobilibus multitudine cum Deo laxare retia. Qui cum paruisent, in fagenam Ec-

74  
P. Heëtor Leonellus, & Guidus Toscus Venetijs pestiferis ministrando occidunt.

75  
P. Cæsar Helmius ibidem moritur.

76  
P. Antonius Vincius Bononiæ.

77  
Eius virtutes, ac munia in Societate.

78  
Stephanus Transyluania Princeps in Polonia Regem eligunt.

79  
Eius in Societatem amor, & munificencia.

80  
P. Martinus Laterna Culmæ concionatur.

81  
Item Mariem-  
burgi.

82  
P. Laurentius  
Nicolai ad Sue-  
ciæ Regnam  
missus.

83  
Maximiliani  
Cæsaris mors.

84  
Canisius, Auel-  
laneda, Fran-  
cisus Antonius  
Ratisbonam  
veniunt.

85  
Rodolphus in  
Cæsarem eligi-  
tur.

86  
Societatem se-  
amare profite-  
tur.

87  
Viennæ septem  
ex Noltris pe-  
ste interempti

88  
P. Nicolai Be-  
ceni mors, &  
virtutes.

89  
Beatos Spiritus  
moriturus vi-  
det.

90  
Io. Teloensis  
Olomutij Epi-  
scopus primus  
ex Collegij  
Germ. alumnis.

91  
Domus Prob.  
Brunensis sua  
per Episcopum  
recuperat.

92  
Christianæ reli-  
gionis per So-  
cietatem pro-  
gressus.

93  
Io. SloKemius  
ex Anabaptista  
Catholicus.

64  
Anabaptistarum  
mores.

clesiæ sanctæ felicissimè concludere spiritualium piscium multitudinem copiosam, rei famâ longè dispersâ. Eâ commotus Palatinus Sendomiriæ, cum sub Autumnum Rex Marienburgum venisset; à Patre Prouinciali institit, vt Laternam eò mitte-  
ret, insignem sperans, si ab Aulicis audiretur, rei catholicæ vtilitatem. Nec ina-  
nis euasit spes. Auditus est Laterna sæpè latinè, multò frequentius Polonicè dif-  
ferens, cum plurimorum emendatione morum, omnium miraculo: cum egregias  
animi dotes multò spectabiliores faceret pusilli statura corporis, genæ inuestes,  
gradus nondum supra Diaconum. Eodem tempore Pater Laurentius Nicolai  
Noruegus in Sueciam missus est: qui, dissimulatâ professione Societatis, Regine  
consolandæ, aperiendæque catholicæ fidei sensim ostio operam prudenter da-  
ret. Pridie idus Octobris obiit Ratisbonæ Maximilianus Cæsar, vbi Comitiam ha-  
bebantur. Ad ea Pontifex, cum Moronum Cardinalem legasset; adesse illi Ca-  
nisiu iussit. Is Auellanedæ quoque, qui cum Oratore Hispano venerat, ad con-  
fessiones vsus est operâ. Duxerant & Franciscum Antonium Cæsarei. Qui simul  
omnes non in aulis, sed priuatis in ædibus honesti Sacerdotis vnâ cum comitibus  
diuersantes, & domi consuetam disciplinam tuebantur, nec foris quicquam,  
quod ab Societatis abhorreret instituto, tractabant. Summâ enim curâ etiam, at-  
que etiam Euerardus admonebat, ne se vltra professionis limites porrigerent:  
denunciâs diuinum auxilium in ijs non affuturum, quæ Deus minimè à nobis  
deposceret. Cæsare mortuo finis Comitij impositus est: atque Imperium filio  
eius Rodulpho delatum. Is à Francisco Antonio salutatus, oratusque vt patro-  
cinium Societatis vellet suscipere, neque aures præbere obretractatoribus; multâ  
cum familiaritate respondit, Societatem sibi vnice caram: & quamuis nullus in-  
tercederet deprecator; acrem se eius propugnatorum, ac perpetuum fore.  
Quod non verbi causâ dictum suadebat inter cetera Rodulphi de Laurentio Ma-  
gio excellens opinio: apud quem paulò antè, licet subterfugientem, sed Pontifi-  
cis voluntate adactum, confessione peccata expiarat Pragæ: eiusdemque de ma-  
nu sacrosanctam Eucharistiam susceperat. Interim Viennam pestifer morbus  
exercuit, haud immuni Collegio, ex quo septem interemit. Olomutij diutius  
languor Nicolaum Becanum Seminarij Præfectum absumpsit, virum omnibus  
virtutibus, sed ante omnes obedientiâ inelycum: patientiâ quoque insignem,  
cum in sesquianni quartana nullo nec gestu, nec verbo significationem vnquam  
defatigationis, aut patiendi fatietatis ediderit. Ac longinquam morbi molestiam  
mortis incunditas adæquauit. Nam cum mente rectissimâ constaret, aliquoties  
exclamans properandum esse, quod pulchros puellios, atque Angelos cerneret;  
inter eas voces expirauit: vnus & triginta annorum ætatis, è Diœcesi Busco-  
ducenti, Louanij in Societatem octauo antè anno receptus. Olomutianam Ec-  
clesiam trium Antistitum, alio super alium raptò, funeribus mœstam, noui Epi-  
scopi Ioannis Teloensis creatio exhilarauit, multâ Gregorij quoque Pontificis  
voluptate: quod primus is Præsul è Collegij Germanici tam Gregorio cari insti-  
tutione prodierat. Domus quoque Probationis Brunensis hoc Pastore firmitatem  
accepit: recuperatis, quæ duobus antè annis intercepta fuerant, bonis. Iuuat,  
vt incrementa animaduertantur pœnitentium, & Romano ritu communican-  
tium sub Paschales ferias, numerum adnotare. Circiter octingenti censi hoc an-  
no sunt: cum vt aliàs retuli, ante Societatis aduentum citèter viginti numera-  
rentur. In reuocantis ad catholica sacra fuit Ioannes SloKemius, qui religiosam  
insuper, atque humilem in Societate vitam adamauit. Is Traiecti loco nobili or-  
tus, parente Senatore, in Morauiam transgressus, Anabaptistarum se gregi mis-  
cuerat. Sunt magno in Morauia numero Anabaptistæ: genus hominum Stoici  
fastus, ac supercilij: gregatim viuunt, ac liberos communiter educant, quan-  
quam non promiscuè gignunt. Nemo inter eos vacuus ab opere est: sua quisque  
ediscunt artificia, quæ discreti per classes in amplis atrijs, & porticibus longis  
exercent: barba longa, talari veste, mira in incessu, ac toto corporis habitu  
contumacia. Atque vt innumerabilia error diuerticula habet; sunt ipsi quoque  
Sectarum inter sese multarum. Horum è numero Ioannes, insigni Dei beneficio  
(nam

( nam sunt omnes uti superbiæ, ita pertinaciæ extremæ ) catholicâ luce perspectâ, statim animum ad perfectam virtutem adiecit: sed vxoriæ prohibebant com-  
pedes. Tamen quò Patrum vsu quamplurimo frueretur; gratuitam illis præstare  
operam conuehendâ domum aquâ capit. Nec multò post vxoris obitu solutus,  
inque Sociorum numerum adscitus, opificium, quod in impietatis disciplina di-  
dicerat, pietatis obsequio mancipauit. E quatuor præcipuis Moraviæ Urbibus  
Snoynia est, ac propter eam percelebre Monasterium Præmonstratensium. Huc  
Alexander Hollerus Brunensis Domus Rector ab Abbate ductus, & populo, &  
Parochis, quos Abbas sub se habet ferè sexdecim, operam salutarem nauauit: ac  
Religiosos non solum per exhortationes iuuat; sed & vitæ quotidianæ ordine in  
horas singulas, Abbatis iussu, ipsis, ac Seminario, quod triginta iuuenum Abbas  
alit, præscripto. Græcij hoc anno Rhetorum classis inducta, & Conuictorum  
contubernium institutum: in quod ex prima nobilitate amplius triginta paucis  
mensibus recepti, fremere licet Hæretici. Archidux suam ditionem recognos-  
cens, duos è Viennensi Collegio Sacerdotes comites duxit, sibi & populis ad  
pietatem peropportunos. Iam Domini Prouinciales Stiria dnas Societati candi-  
dè laudes attribuebant: nam & in Archiducis, quàm in ipsorum gymnasio, iu-  
uentutem institui diligentius, & exsultari in populo religionem, deterio per-  
conaciones, & catecheses insectiæ puluere, fatebantur. Haud obscurius Ingolsta-  
dij apparebat quid Societatis disciplina præstaret: nam cum ob frequentes cum  
Academicis contentiones aliquot antè annis, Monachium simul Philosophiæ,  
simul Rhetoricæ, & Humaniorum literarum studia, quod Pædagogium appel-  
lant, translatum fuisset; ea quidem Monachij bellè procedebant; sed Ingolstadij  
paulatim fiebat solitudo, labebanturque cuncta in deterius. Eam ob rem diu  
Princeps instituit, ut Ingolstadium rursus ea studia reuocarentur. Et quoniam  
optimè merito Principi nefas erat diutius aduersari; certis ad pacem cum Aca-  
demia conditionibus editis, reditum est: eiusdemque rogatu Conuictores Ingol-  
stadij excepti, & Monachij retenti. Erant, qui hanc Ingolstadio disciplinarum  
restitutionem in tempore factam, Societatis etiam causâ existimabant, ut Dilin-  
gani edè scholastici transferrentur, si opus foret. Quippe Episcopus, quèd scèneris  
ille contractus improbaretur, in asperitatem intolerandam euaserat; & quan-  
quam interdum expellendos Iesuitas esse dictitabat; tamen subtrahendis alimen-  
tis, & vexatione acerbissimâ, haud obscurè eò tendebat, ut fugam per se ipsi mo-  
lestijs victi capeferent. Rhenanam Prouinciam Balduinus ab Angelo Belgica  
Prouincialis inuisit: Spirenses Fuldensesque turbulentas res præcipuè, si fieri  
posset, compositurus. Ac Spiræ quidem quietiora fuere omnia. Canonici com-  
muni consensu opportunas Collegio ædes decreuerunt extruere, quibus inædifi-  
caturum etiam scholas recepit Episcopus, cum in præsentia remotis ab domicilio  
vterentur. Ceterum Fulda, quæ iam diu aduersus Abbatem tumebat tempestas,  
sedum in modum erupit. Nam cum agrè ferrent Capitulares adigi se ad pudic-  
itiam, & dignam professione vitam; ac Nobiles bona Abbatia, quæ oppigno-  
rata possidebant, representato pretio repeti: atque ab exhaurienda plebe iniquis  
scenoris arceri: ad hæc Hæretici furerent, quèd reuiuisceret catholica pietas;  
atque institutas Heilingestadij ab Moguntino scholas: ac reliqua in Eisfeldia gesta  
Abbatis exemplo tribuerent: quasi iam nimium catholici Principes auderent; con-  
sensu omnes noua moliri cœpere, obtendentes imminuta ab Abbate Capitula-  
rium priuilegia: Nobiles indignis modis vexatos: plebem iniquis operis obtri-  
tam. Fortè euenit, ut eodem tempore Iulius Herbipolitanus Episcopus tentaret  
suum, ac Fuldensem Principatum coniungere, ea ratione, ut in præsens ipse, at-  
que Abbas vicissim alter decerneret successorem: cum eo ut post alterius  
obitum, alter superstes vtrumque Principatum obtineret, coniunctumque in po-  
sterum habendum successoribus traderet. Quod consilium cum Balthasar magnâ  
semper constantiâ repudiasset, inde Capitulares, ac Nobiles in spem venere pos-  
se Herbipolitanum ad suas partes traduci. Exaggerant apud eum concitatos po-  
puli animos, finitimos Principes exacerbatos, atque in occasionem intentos:  
impen-

95

SloKemius So-  
cietatem iugre-  
ditur.

96

P. Alexandri  
Hollerii Snoy-  
niæ in Moravia  
labores.

97

Græcij Rhetor-  
icæ classis, &  
Seminarium  
instituitur.

98

In Stiria Socie-  
tatis fructus.

99

Item Ingolsta-  
dij.

100

Dilingæ No-  
stri ab Episcopo  
vexantur.

101

P. Balduinus  
ab Angelo Rhe-  
nam Prouin-  
ciam visitat.

102

Spiræ Canonici  
ædes Collegio.  
Episcopus scho-  
las ædificat.

103

Fuldae tumultus  
contra Ab-  
batem excitan-  
tur.



impendere haud dubie catholicis reliquijs extremum naufragium, nisi ipse ad Principatus quoque Fuldenfis gubernacula manu porrectâ, suâ pietate, ac prudentiâ cursum malè coherentis nauiculæ tot inter procellas temperet; atque insanis, è fluctibus, ac vorticibus euolutam in tranquillum deducat. Hæc dum coquuntur, Balthasar Hamelburgum in ditione Fuldenfi Oppidum, sed Herbipoli, quàm Fuldæ propinquius, concessit: conaturus illuc quoque iam diu eiectam catholicam pietatem reuocare: atque ipsum Herbipolitanum Antistitem cum eo communicaturus consilia, ad se inuitauit: quæ fuit seditiosorum consilijs optanda commoditas. Nam cum per absentiam Principis liberius Fuldæ commiserent, ac demum deiciendum à Principatu Abbatem, consilio habito, statuisserent, cum armatis ducentis Equitibus Hamelburgum properarunt: quò postridie Herbipolitanus venit, qui erat dies decimus ante Kalendas Iulias. Abbas Antistitem mira alacritate excepit: cumque multi id quod agebatur insusurrarent; citius se extrema passurum, quàm de tanto Præsule secus quicquam suspicaturum asseuerabat. Aduentu Episcopi palàm seditio patefacta, iussusque Balthasar Principatum abdicare. Aderat Hamelburgi Petrus Loppercius Phriso è Societate Sacerdos: cuius dudum operâ Abbas in literarijs studijs utebatur, tumque concionatorem ad populum adhibebat, idem Herbipolitano familiaris, cuius fratris filios erudierat. Hic egregium constantis animi experimentum dedit. Nam cum Cancellarius Herbipolitani Abbatem urgeret, ut Principatu cederet, suam iussus explicare sententiam, audacter respondit, se quidem haudquaquam tantâ esse prudentiâ, ut in re tam graui quicquam pronunciare possit: hoc breuiter dicere, mori se malle, quàm id suadere, quod Cancellarius suauisset. Quæ cum è Cancellario Episcopus cognouisset; hominem accersit, suum erga Abbatem, ac religionem catholicam, nisi maturè prospiceretur, per Saxonem, atque Hesselum breuè Fuldæ delendam, studium præfatur: tum interrogat quid consilij ancipiti in causâ ipse ferat: censeret ne è republica fore, si Abbatiz Fuldenfis administrationem, quam omnes obtrudebant, assumeret: adiiciens de studio, quo Societatem Herbipoli, ac Fuldæ prouehere cogitabat. Loppercius modestâ libertate, Quanquam supra ingenium meum, inquit, deliberatio est; tamen quando Celsitudo tua iubet, proloquar quod sentio. Nam & id fortè tempus est gratum animum pro paterno erga Nostrum Ordinem studio significandi. Nullo profus modo Celsitudinem tuam censéo hisce immisceri turbis debere, nisi sedandis. Nam etsi alia prætendant turbulenti; certum est tamen id solùm eos ægrè ferre in Abbate, quod Catholici omnes, ac boni viri admirantur. Non est tuæ conscientiz videri subitis, ac repentinis fauere tumultibus. Pessimum exemplum est per subiectos Principem prodi, abijci, pro libidine assumi. Hos motus, qui coërceri debuerant, si videaris exequutus; quæ ad alios Principes, non solùm veteris, sed nouæ quoque religionis de te fama ibit? Nam quisque vel in rebus alienis odit exempla, quæ aliquando in suam perniciem possent assumi. Grauior mouetur res, quàm ut vel Pontifex, vel Cæsar se incijs transactam probaturi sint. Fac demum cetera absint incommoda: id sanè euidentis est: quamuis Abbas Principatum abdicet; tamen id ratum non fore. Nunquam conueniunt ius, ac vis. Quidquid hinc transigatur tanto in armorum strepitu, tot inter minas; vi extortum, ac metu, qui in constantem virum cadat, putabitur. En tibi mox inimicitiz, controuersiz, turbæ, non in aliena ditione compressæ, sed accersitæ in tuam. Hoc igitur, quantum ego video, res christiana publica à te: hoc, quam adhuc commertus es virtutum, gloria postulat, ut ad compescendam hanc seditioem, & conseruandum iusto Principi obsequium, curam, auctoritatem, vires conuertas. Hoc sermone videbatur Episcopus commoueri: sed tum alia afferebat contra, tum quòd multitudinis sedandæ viam non inueniret. At Petrus: Si alia, inquit, consilij viæ minùs placent; hoc superest vnum meâ sententiâ, ut coniunctis cum Abbate viribus, vterque ex Oppido, vel Nobilitate inuita, erumpatis. Tum Abbas necessariâ corporis instructus custodiâ Ratisbonam ad Cæsarem pergat. Sed cum Episcopus ne id quidem probaret; in eo perseverans, non

104  
P. Petri Loppercij consilia ad Abbatem.

105  
Et ad Episcopum Herbipolitanum libera responsio.

non esse tantum sibi virium, ut Nobilibus, ac Civibus inuitis tentare eam rem auderet. Gliscebatur interim seditio, & Abbas deposcebatur ad necem: ad incutiendum potius, ut vero simile est, terrorem, quam ad facinus perpetrandum. Emanavit ille quoque rumor in vulgus Petrum esse, qui Abbatis constantiam roborans concordie moram offerret. Quare & ipse ab armatis tanquam ad necem insanis clamoribus conquiri cepit: quorum primos impetus cum diuino propè miraculo ex alijs in alia fugitiuus conclaui euasisset; tandem quòd diu nequiret fallere, post fusas ad Deum preces, vtrò se obtulit. Continuo comprehensum per compita toti Ciuitati spectandum ad ludibrium trahunt. Erat Pater, ut ab oratione surrexerat, sine pileo, & pallio, tunica tantum breuicula, nimirum viatoria, in qua Fulda Hamelburgum pedes itabat, amictus: stipabant circa, præque, & ponè Nobiles: alijsque alia in contumeliam proclamantibus, tertio quoque passu insistebant: atque vnus admodum vocalis intonabat, Duce-re se eum: qui ipsos ad extremam inopiam redigere, vitamque, & animas eorum perdere impura doctrina voluisset. Cumque Pater se purgare pro tempore conaretur; vnus è turbâ ingenti cum spatha ambabus sublata manibus, veluti medium scissurus irruit: quem coercere proximè stipantes, poenâ capitis denuncia-tâ, si quis hominem violaret. Ergo Dei præco, cum in singulos gradus necem opperirens iret, ea diuinitus fiducia roboratus, ut iucundè, ne dum granatè esset occubiturus, in custodiam ducitur. Petro subtracto, Abbas, ut dein ipse rerulit, vehementer animo concidit, cessitque minis. Consciuntur abdicatio-nis tabulæ. Hanielburgenses obsequium nouo Principi iurant: cuncta, quantum in tali causa potuit, confirmantur. Tum Petro libertas redditur: quem Herbipolitanus perhonorificè habuit, ad iniuriam, ut aiebat, se inuito irrogatam à Fuldensibus compensandam. Mox potestate abeundi facta, Treuiros ad Pro- uincialem, ac Vistatorem abiit: inde statim Fuldam, ut Collegio Osualdi Re- Ætoris decumbentis loco præfesset, remittitur. Porro tot inter tumultus pax Collegio constare non potuit. Nam etsi Herbipolitanus, ut fidem faceret rei catholice studio sese duci: patrocinium impensè pollicebatur; tamen cum admi-nistris non admodum fidelibus vteretur, & populo ex noua licentia creuisset audacia; multa Dei famulis toleranda, atque exorbenda fuere. Erat Fuldæ ho-mo Hispanus, Petrus nomine non indoctus, sed siue parum sanus, siue à malo Dæmone obsessus absurdissimas palàm contra Romanum Pontificem, veram Ec-clesiam, & Christum Dominum opiniones fundabat: adiiciens apparere sibi Chri-stum Dominum, & mortem minitari, nisi interficeret Idololatrias. Is ab aduer-sarijs tanquam idoneus lectus est ad Patres vexandos. Accingebant ferro, & ad Scholas, ac Templum mittebant, vbi vesano tumultu, horrendisque clamori-bus cuncta turbabat. Idem quodam die, vbi diluculo potuit Templum ingres-sus, abdidit se, & cum iam Sacerdos ad altare Sacrosanctum Christi corpus po-pulo ostenderet; horrendum inelamans, magnis & crebris lapidibus cepit Sa-cerdotem appetere. Tantum pauca intererant mulieres, quæ se fuga proripuè-re. Sacerdos post altare, cum diuinissima Hostia, raptim fugit. Ex Patribus, dum incautiùs accurrunt, duos sacrilegus lapidator propè interemit: sed aliorum ac-cursu eiectus tandem, ac sacrificium peractum est. Apparuit & ibi diuina prouid-entia, quòd cum quidam desperati planè ingenij homo se furij deuouisset, ni die Sancti Stephani Protomartyris Iesuitarum aliquem interficeret; cum ira, & vino plenus in Templum ad perpetrandum facinus inter vespertinam psalmo-diam irrupisset, sclopis egregiè preparatis; tamen nemini detrimentum asferre potuit. Multorum quoque constantissima erga seruos Dei beneuolentia palàm facta est, præsertim discipulorum, qui vel cum periculo capitis, palàm se tot inter turbas Societatidare nomen velle profitebantur. Interim re cognita priùs Maximilianus Cæsar, mox eius successor Rodolphus Herbipolitano die dicta, dum res paulatim componeretur, maximo Teutonicorum Equitum Magistro Fuldensem administrationem delegauit. Inde omnibus meliorum temporum spes oborta. Sed dum Fulda tumultuatur; totum Belgium rapinæ, cadesque barbara

106

P. Petrus à Ful-  
densi plebe ad  
necem quæri-  
tur.

107

Comprehendi-  
tur ac iudicijs  
afficitur.

108

In carcerem  
trahitur.

109

Abbas abdicat  
se Abbata.

110

P. Petrus à vip-  
culis liberatus.

111

Collegium Ful-  
dense vexatur  
ab insano, seu  
dæmoniaco.

112

Nostris à disci-  
pulis alijsque  
defenduntur.

113

In Belgio tu-  
multus in por-  
culo exurgit.

fcedi-

feditate infestabant. Nam cum Ludouico Requesensi mortuo, nec dum quopiam à Rege suffecto, administrationem Ciuium ordines suscepissent; Hispanus miles, quod stipendia non representarentur, Antuerpiam, ac Traiectum diripuit. Inde coortis atrocibus inter indigenas, atque externos factionibus, ubi ubi hi illos, hos illi deprehendissent; plurimum fundebatur sanguinis, nec nisi interneccione rabies explebatur. Omnia itaque formidine, suspicione, sanguine plena erant. Socij quanquam exposcendę duntaxat à Deo paci intenti sedulo operam dabant, vt in neutram partem vergerent, ac neminem e direptoribus in sacro Penitentia Tribunali absoluerent; tamen suspiciones populi tumultuantis, grauiusque exasperati euitare non potuerunt: præsertim Antuerpiæ, ubi Hispani multum consuetudine Patrum utebantur, duoque e Natione Sacerdotes Petrus Trigofus, & Michaël Ferdinandus in Collegio degabant. Itaque septimo Kalendas Octobris cum quosdam Anglos inani proditiōis metu, & tanquam Urbis incendium molientes comprehendissent; rumor in vulgus dicitur, inter Iesuitas Anglos plurimos proditiōis Socios delitescere, cum vi magna tormentarij pulueris. Ortum inde rumorem postea narrabant, quod paulo ante quàm Angli caperentur, vnus eorum iussit aliquantum pulueris (nam erant regij milites) domum suam deferri, quam baiulo vt indicaret, dixit prope Iesuitas esse: isque inter eundem interrogatus, quod puluerem ferret; ad Iesuitas respondit: vnde orta suspicione, auctaque illico à maleuolis; populus satis antè concitatus, tanquam lymphatus ad hominum duo milia maximo tumultu ad Collegium concurret. Forè omnia clausa erant, etiam Templi ostia, quod Dei famuli in Templo, gymnasioque matutinis perfuncti laboribus, ad prandium secesserant. Turba non inuento aditu, domum cingunt, parant vim, ac faces, fenestras lapidibus verberant. Exciti ad tumultum Patres nil sibi conscij, nec causam tumultus scientes, coguntur in Templum, Christo Domino sua offerunt capita, seque inuicem complexi in singula momenta necem opperuntur: tandem emissio per teatium, qui fortè domi erat, scholastico correctore, rogatique per eum tres Proceres affuere. Otho Comes de Herbestein præfectus sexdecim vexillis Germanorum militum; Federicus Perenottus Marchionatus Antuerpiæ Gubernator Cardinalis Granuelani frater, & Gossuinus Antuerpiæ Maregrauus. Hi cum iam ad fores Collegij faces admouerentur, interuenere: cohibitoque tantisper populo, ac rem se cognituros testati, in Collegium admittuntur. Noluerunt pro sua humanitate quicquam scrutari: sed paulum immorati egrediuntur, ac fidem faciunt Societatis innocentiam à sese compertam, quod & confectis mox literis testatum rite voluerunt. Ita quieuit tumultus: non tamen dira suspicio profus occidit. Quare Comes præsidium militum, qui iniuriam arcerent in Collegio apposuit, ac Trigofus Lyram leuandæ inuidiæ secessit. Nondum mensis exierat, cum gemina Leodij tempestas exorta latiore compressa est exitu. Nam cum Leodienses, ob direptionem Traiecti, omnia suspecta haberent, & ad motum quemuis proditiōem timerent; quibusdam armatis Oppidum ingressis, populus commotus, sensimque temerè gliscente suspicione, ad arma concurret, proditiōnem clamans: latere in Iesuitarum ædibus proditores, Magistratus mitigando, vt verisimile est, populo, cum honestorum Ciuium manu milites viginti mittit, qui domum scrutentur: ingressi dum latebras quamuis repostas excutiunt; deprehendunt in Sacello rectorem Patrem Nicolaum Minutium sacrificantem, eò ipso temporis articulo in Hostia Sacrosanctæ consecratione occupatum: quam, cum de more sublatam adorassent; mitiores facti, optimèque ex ijs, quæ viderant affecti, domo egrediuntur, & falsa, quæ de Collegio ferebantur, renunciant. Hic putatur ea maleuolis occasio spargendi rumoris fuisse, quod fama ferebat, Hispanos Traiecti Collegio pepercisse, siue religione id fecerint, nam & Sancti Francisci Cænobio abstinere: siue quod vtrobique nihil sperarent prædæ. Porrò Traiecti Collegio iam florente, quanquam vt dictum est, prædatores ei pepercissent; tamen cum omnia lucu, ac merore ob trucidatos Ciues squallerent; multique superstitum solum mutassent; schola tantisper intermissa sunt. Eadem ceterum

114  
Antuerpiæ in  
Nostros deri-  
uatur.

101  
102

115  
Ex leuissima  
causa.

101  
102

116  
Collegium, ob-  
siderat, & lapi-  
dibus impetit.

117  
PP. tanquam  
morituri ad  
Templum con-  
fugiunt.

118  
A Proceribus  
tumultus feda-  
tur.

111  
112

119  
Leodienſe Col-  
legium populus  
inſimulat, atque  
infestat.

120  
Satellites ad Sa-  
crificij aspectum  
mulcentur.

121  
Traiecti ſcholæ  
intermiſſæ.

Belgium peruagata prodicionis suspicio est: ac Duaci maximè aduersus Societatem, & Collegium Anglorum increbuit: ex qua tamen non tantus dolor exitit, quantum gaudium ex composita cum facultate artium controuersia. Quam ad rem maximè profuit Iacobus Scipmanus. Is enim ubi ad Collegij eius gubernacula admotus est, cum plerisque viros doctos è facultate prauis contra Societatem opinionibus imbutos offendisset, tanquam Socij cuncta ad se pertrahere vellent, gratis docendo; comiter, atque officiosè tractans, paulatim ita mitigauit, edocuitque opinionibus falsis absterfis; vt vehementer omnes viam concordie ineundè cuperent. Fauebat plurimum Vniuersitas Collegio: cui datis literis egregium testimonium prebuit Thomas Stapletonus Vniuersitatis per id tempus Rector. Præter alia in hæc verba: Fidem facimus, & testamur sub certa scientia, & longa iam aliquot annorum experientia, Patres, & Professores Societatis Nominis Iesu hic in Collegio Aquicintensi Philosophiam, & bonas literas docentes maximo hætenus cum fructu, ad incredibile Vniuersitatis huius incrementum, & ad summum Dei Optimi Maximi honorem, hanc docendi Prouinciam exercuisse. Sic enim à quo tempore hic primùm docere cæperunt, domi in ipso Collegio non minùs veram, ac sanctam pietatem adolescentum animis instillarunt frequentissimè concionando, confessiones excipiendo, & ad sacram synaxim adolescentes suos creberrimè perducendo; quàm bonas literas accuratè, & diligentissimè docuerunt: vt & numerosissimam habeant intra ipsos Collegij parietes iuuentutem, & extraneorum præterea multitudinem ingentem: non minùs pietate, & bonis moribus insignem; quàm literaria eruditione præstantem. Sane reliqua Collegia sic sua singulari industria ad emulationem excitarunt; vt alterum quidem iacens, penèque vacuum sub Regente nouo horum Patrum æmulo, & imitatore sedulo, egregiè iam resforescat: alterum de nouo institutum non aliter sibi florere posse videatur: nisi ad horum industriam quamproximè accedat. Plurimos ex hoc Patrum Collegio Artesia, & Hannonia Pastores, multos schola nostra Theologos, optimè institutos, & comparatos accepit. Planè sine horum Patrum industria artium studia iam olim in hac Vniuersitate, aut concidissent, aut obseuro sanè, ac duro loco fuissent. Foris præterea ita populum Duacensem frequentissimis concionibus, & confessionum exceptionibus ad pietatem, & verum Dei cultum inflammarunt; vt nemo pius horum Patrum studio se meliorem factum non agnoscat. Multi aut impij ad frugem reuocati, aut tepidi ac segnes accensi, & incitati horum industriam fuerunt. Quæ quidem omnia ita se habere publica vox, & fama loquitur, frequentissima populi synaxis diebus festis, ac Dominicis in Ecclesia ipsorum parochiali oculo demonstrat. Denique boni hic omnes, atque prudentes viri salutem propemodum huius Vniuersitatis, certè artium, & disciplinarum studia ab vno Patrum hic docentium Collegio pendere profitentur. Quorum omnium suffragijs ad maiorem, & publicam attestationem, vt noster quoque calculus adderetur; hæc ita se habere hoc instrumento mea propria manu scripto, & sigillo officij Nostri Rectoralis munito, omnibus, & vniuersis fidem facere volui. Rebus hoc curiu fluentibus, ijs, quibus commissa erat controuersia, peroptabant tam salutari docendi officio Societatem sine suarum legum detrimento fungi: ac demum varijs pertentatis vijs, ea in præsens visâ expeditissima est; vt certo stipendio reliquis duobus Collegijs Regio, & Marcenensi attributo, ea quoque gratis docerent: opportuno sanè tollendis querelis, incitandaque æmulationi, remedio. Nam ubi cetera paria erant, ad auditoria frequentanda tantùm certamen relinquatur industrie. Hoc igitur pacto in Duacensi Collegio, & paci publicæ, & priuatis legibus consultum est. Ceterùm Iacobus Scipmanus, cum propter valetudinem Joanni de Haya Seruio administratione, relicta, Antuerpiam fuisset translatus; ibi sexto nonas Maias, non morbi vi, quod & Medici adiudicarunt; sed ob toleratos labores, succo vitali prorsus absumpto, extinctus est. Vir fuit optimè de Prouincia Belgica, ac præcipuè de Collegio Louanicensi, ac Duacensi, quæ rexit, meritis: patriâ Iprensis, sexto & quinquagesimo anno Seculi Societati additus.

122  
Duacense quo-  
que Collegium  
iurbo peruadit.

123  
Iacobus Scip-  
manus Colle-  
gij Rector tur-  
binem mitigat.

124  
Thomas Sta-  
pletonus de  
Collegio Du-  
acensi benè testa-  
tur.

125  
P. Iacobi Scip-  
mani mors.

126  
Ab Gallia tum-  
multibus Soci-  
etas immu-  
nis.

127  
Parisijs Schola-  
stici dirigitur.

128  
Maldonatus  
Lutevia Tolo-  
sam secedit, in-  
de Mussipon-  
tum.

129  
Hugonotti per  
Monachos  
Mussipontanam  
Academiam ve-  
xant.

130  
Dei vltio in Ia-  
dentes cadit.

131  
Io. Hayus in  
seculari habitu  
de transubstan-  
tiatione in Eu-  
charistia Argen-  
torati cum Hz-  
reticis disputat.

132  
Euincit cum  
Ministorum  
dedecore.

Haud minores per Galliam motus bellici strepuere; sed diuini Nominis, ac Regis patrocinio stetit Societas vbique incolumis, nusquam sua aduersus vitia, atque errorum monstra remittens bella. In Parisiensi Collegio scholastici ad mensuras confessiones, & quotidianum sacrum sensim adduci cepti. Rex decem adolescentibus pauperibus sub disciplina Sociorum alendis, nobilium quorundam impulsu seminarum, impensam addixit. Maldonatus præ inuidiosi auditorij magnitudine à theologica cathedra ad stylum curam traduxit, commentarios in sacras literas condens, partem operæ simul adhortationibus in Sacello Collegij gallicè habendis impertiens. Neque id diu fas fuit: nam Pontifex controuersiam de Conceptione, cum mira prudentia ad id temporis per sese fuisse concessere; tandem iussurus non aliter de ea, quàm congruenter Tridentino Concilio, & Sixti Quarti diplomati disputari, atque sentiri; Maldonatum tantisper Lutetia iussit facessere, ac Tolosam nominatim secedere, peropportunam in ea Ciuitate tanti viri operam ratus. Sed cum ob impedita armis itinera penetrare eò nequiuisset; ad Bituriges abiit. Mussipontanam Academiam mirificis adolescentem auctibus, nec accurrentium modò auditorum frequentia, sed Lotharingæ toti dimissis à Collegio operis fructuosam, ferre Hugonotti nequibant. Itaque Monachos Monasterij Gozziensis, quod fuerat ad Academiæ subsidia destinatum, ad intendendam litem incitarunt, gratulantes inter se, cuniculos repertos, per quos alienam operam occulti ipsi, atque inuisi, exurgens illud catholicae fidei propugnaculum inter ipsa fundamenta euerterent. Sed facillimè deprehensi, elusique cuniculi sunt: bonosque Monachos non solum ius in officio continuit; sed etiam (documentum quoddam diuinæ dexteræ) cum Prior Monasterij, qui litis vrgendæ causâ Romam vsque contenderat, statim vt re infecta ad suos redijt, miserè interemptus sit ab homine spurio. Ceterum etiam Argentorati Societatis, & Collegij Mussipontani nomen cum dignitate, catholicaeque religionis commodo auditum est. Ioannes Hayus natione Scotus, iuuenis & virtutis, & doctrinæ præstantis ex Polonia valetudinis causa translatus Mussipontum, ex itinere in catholicum Medicum incidit, qui redditurum se ei valetudinem recepit. Mussiponti Philosophiam docere exorsus, dum Cæli salubritas nihil iuuat, ad eum Medicum mittitur, qui tum Argentorati agebat. Hic dum valetudini operam dat, publicè contra transubstantiationem in diuinissima Eucharistia disputabatur, nemine Catholicorum causam agente; cum ea tempestate noua duntaxat religionis ritus publicè Argentorati permitterentur. Opportunum itaque visum est Hayo causam veritatis suscipere: eò magis, quod alieno tantisper vtens vestitu pro Iesuita non habebatur: & facillimum erat catholicis rebus multum existimationis acquirere. Ergo pridie Idus Iulias in schola publica apparet. Rector erat Academiæ Ioannes Stürmius: præerat disputationi Ioannes Pappus: à quibus impetrata disputandi copia, incipit. Hayus mirari se Pappum, qui Theologiæ Doctorem profiteatur, assertiones cum sacris literis, Conciliorum decretis, communi Patrum sententia, ac perpetua Ecclesiæ consensione pugnantes in publicam disputationem vocare. Addit in ipsis thesibus proponendis desiderari modestiam, cum Concilij Tridentini decretum appeller commentum. Tum explicata argumentatione, responsum modestè expectat. Obmutuit planè, qui responsurus sedebat: nec Pappus, in quem totus recidebat labor, satis bellè se explicauit. Hærebat, ac titubabat, nodi vim subterfugiebat: cumque interim vrgeret Hayus; in abstergendo sudore gelido, qui repenti hominem inuaserat, totus occupabatur. Eò acrius Hayus instare, ac premere, orationem ad auditores vertere, ipsos facere Iudices: ex ipsis querere, num Dominus Doctor Præses argumentum soluisset. Nec propius quippiam factum est, quàm vt omnes pro peregrino iuvene acclamarent. Tantum quidam Ministrorum, scilicet ne cum dignitate Præsidis doctrinæ quoque fides periclitaretur, cepit Hayum incessere, & obturbare dicentem. Omnium tamen iudicio, quæ causæ, ac Diuinæ clementiæ bonitas fuit, victoria penes hospitem stetit. Atque is disputatione extrema, quod initid quoque significauerat, Catholicum se palam professus

fessus : ac non propterea disputasse , quòd fidei catholice dogmata vocaret in dubium ; sed ostenderet quàm vanis , & infirmis nitantur rationibus , qui noua sectantur. Adhortatur Auditores , vt diligenter secum ipsi pendant quàm de necessaria ageretur re. Nam si ego , inquit , non magna etatis , nec multum in Theologicis versatus studijs , nonnihil præstiti ; quid , rogo vos , facerent Præceptores mei , alijsque Doctores , qui in studijs hisce consenuere ? Mementote maiores vestros hac regia ingressos via , qua christianus Orbis ingreditur , omnesque fuisse catholicos. Nec nisi ante paucos annos deerrare hanc Urbem cœpisse. Quibus dictis agit de more gratias , quod sibi modeste audientiam præbissent , seque è scholis proripit. Non potuit latere in obscuro ea disputatio , & fuere ex Catholicis pars leuitate quadam , alij zelo minus considerato , qui prodidere palàm Scòtum illum iuuenem Iesuitam esse. Tum verò nec dolorem , nec ignominiam ferre Pappus. Consulem adit , victum se à Iesuita fatetur : sed non finendum cum palma discedere. Omnes Academię Præfecti eodem die conueniunt , statuuntque rem Senatui exponendam. Senatus verat Hayum discedere , nisi rursus congregiatur. Is intelligebat tantum strepitum non illustrandæ veritatis causa fieri , sed fallorum dogmatum resarciendæ auctoritatis. Inde multum diuque tergiversatus , tandem postulatâ ab Senatu per literas audientium modestiâ , obsequurum sese respondet. Septimo Kalendas Augusti iterum ventum est in certamen summo hominum concursu , & Prædicantium in primis , qui de sua religione planè actum putabant. Sed nihil actum est. Pappus , qui sponderat Senatui , si rursus vinceretur , æquo animo passurum se Canonicatû Dni Thomæ , quo fruebatur , spoliari ; per ambages varias , ac diuerticula abusus est tempore , nec passus ad quæstionis arcem vnquam Hayum accedere. Ad hæc Magistratus ipse pro libidine designabat ex Theſibus , quas impugnari placeret : præclarum tamen eo quoque die sapientiæ nomen catholicus disputator reportauit. Nec potuit prohibere quin plurimi studiosorum ab disputatione digressum non solum sine iniuria , verum etiam honorificè prosequerentur. Probarunt Patres eius disputationis exitum magis , quàm consilium. Non enim placebat iuuenem in medio hæreticæ Ciuitatis solum , nec modò sine auxilio , sed etiam propemodum sine testibus , stimulare Hereticos , vt contra Societatis famam fabulam quampiam progignerent. Nam quibus nihil pensi est religionis dogmata adulterare ; quid scrupuli sit aduersus Catholicos , ac præsertim contra Iesuitas comminisci , ac spargere fabulas ? Sed pro Dei clementia nihil nisi honorificum de ea disputatione à quoquam vulgatum est. Ceterum Diabolus , & pro communi omnium bonorum odio : eoque , quo propriè contra Societatem , iusto bello iniquos eius conatus assidue coërcentem ardet ; grauem per Hispaniæ provincias in eam excitauit infamiam. Sacerdotes , quos captos in Bætica , turpissimorumque sacrilegiorum damnatos sacri Quæstiores Hispali meritâ penâ multarant , è Societate fuisse. Id cum multi è populo celebrarent , religiosus vir Alphonſus à Fonte vocabulo Lerenaë Estremadura Oppido indignos sermones populi vbi primùm extiterant , etiam pro suggestu fonebat. Eò cum Iacobus à Sancta Cruce venisset , vir è vetustis Societatis , & virtutis antiquæ , gliscentem nactus rumorem , obuiam eundem duxit : & reddendam populo veritatem , suæ familię dignitatem. Itaque Alphonſum propalàm calumniantem propalàm refutauit. Eare magis homo irritatus , multas Bæticæ oras contra noui ordinis homines declamando peruagatus , inde transgressus in Lusitaniam contra Societatem , & Ludouicum Granatensem , notissimum virtute , ac sapientia virum , Henrico Cardinali , & consilio Sacræ Inquisitionis libellos turpissimos obtulit , ac protinus in Castellam suffugit : vbi alios eiusdem notæ libellos sacro Magistratui à se oblatos dicebat. Cardinalis calumniâ cognitâ , rei que indignitate commotus , vltro Emmanuelem Autunum è suis vnum Secretarijs , cum literis , mandatisque ad Philippum Regem , Apostolicum Nuncium , & Quæstorem Hispaniæ misit , rogans vt iuberent causam cognoscei , iustèque decerni. Accitur calumniator : cumque summa modestia , ac penitentia significatione ad palinodiam

133  
Ad veram religionem capeſſendam hortatur.

134  
Iesuita esse deprehenditur.

135  
Ad Consulem deterritur.

136  
Cogitur iterum in alienam descendere.

137  
Et iterum palam honorificè reportat.

138  
In Hispania Societas infamiam patitur.

139  
Alphonſus à Fonte in concenibus Societati detrahiti.

140  
P. Iacobus à S. Cruce in eum inuehitur.

141  
Irritatus Alphonſus libellos iniuriosos misit.

142  
Calumniator Apostolici Nuncij iussa pergit.

143  
Nostri bonis  
exemplis ca-  
lumniam ab-  
stergunt.

144  
Vallisoletæ A-  
cademia tradi-  
tor Societati ad  
quadriennium,  
& postea con-  
firmatur.

145  
Maria Mendo-  
za fundatrix  
Collegij Com-  
plutensis.

146  
Io. Rutij mors,  
& laudes.

147  
Innocentia ba-  
ptismalis.

148  
In edocendi  
munere seduli-  
tas.

149  
Ad impetran-  
dam pacem  
submissio.

150  
Exacta legum  
obseruantia.

151  
Bartholomæi  
Istæ mors, &  
vires.

152  
Ad religionem  
vocatio.

153  
Ante ingressum  
vitæ reforma-  
tio.

diam se paratum offerret; iussus est in custodiam haberi Hispali in Ordinis sui cœnobio, cui nomen est Porta cæli, & aliæ additæ pœnæ. Quamquam exem- plum Cardinalis Henricus magis vulgari optasset, vti fuerat calumnia notior. Verùm aliquot è Socijs in eas maximè oras, vbi infamia ferbuerat missi; quan- quam primò alieniores offenderint populi animos; tamen breui sanctitatis veræ exemplis, dictisque ac verbis apostolicis, veram notitiam hominum So- cietatis magno ipsorum bono cunctis præbuere. Vallisoleti hoc anno latinæ studii publicæ Academiæ suscepta sunt, Academicis vltro deferentibus in qua- driennium. Ineunte Nouembri initium docendæ factum est, vario carminum ornatu exposito: & Pater Ioannes Bonifacius præclara oratione prolusit. Audi- tores numerati initidò quadringenti, nec longo post tempore geminatus est nu- merus: exactoque quadriennio in perpetuum ea cura suscepta. Hunc in modum Vallisoletanum Sancti Ambrosij Collegium, in quo antè grauiora tractabantur, modò omnibus literarum studijs absolutum est. Collegium Complutense fir- mamentum rei domesticæ accepit, & Mariæ Mendozæ fundatricis honos colla- tus. Madriti duo integritatis nomen excellens reliquere, Ioannes Ruitius, & Bartholomæus Ista. Ioannes ex oppido Cascante Tarraconensis Episcopatus quinto Idus Ianuarij altero & trigesimo ætatis anno, octauo ab inita Societate peregrinationem mortalitatis confecit: quem ipsemet Ista, generali eius confes- sione excepta, prædicauit planè in baptismali innocentia nunquam letali conta- ctum macula obiisse. Id & morientis testari hilaritas potuit: nam post diuina suscepta præsidia, cum Imaginem Diuinæ Matris Filium sustinentis in manus accepisset, nunc Virginem, nunc Infantem amplectens, & osculans, restæ sci- licet conscientiæ bono fruens, quasi ludibundus, ac gestiens, animam exhalauit. Madritum anno ante quarto venerat latinæ docturus literas: quod munus præ- stantissimè exegit, contendens haud minùs pietate, quàm literis auditorum ani- mos expolire. Inter duos ex ijs nobiles, ætateque iam grandiores coortà inimi- citiâ, quòd alter colapho alterum percusserat: cum lætus iniuriam condonare abnueret, frustrâ adhibitis adhortationibus, ac precibus, ei se Magister ad pe- des prouoluit in genua, & lacrymans cepit virgere, vt quando suâ causâ non mouebatur, meminisset Christum Dominum quoque alapâ indignissimè appe- titum, perque eam, & ceteras Domini iniurias, & probrosam necem suâ iniu- riz inimico gratiam faceret. Quæ species ingenui adolescentis animum ita inflexit; vt ipse quoque in genua corruens, veniam de sua pernicacia precaretur. Narrat ad exemplum obedientiæ, cum Murcia Madritum tendenti vnus veterum discipulorum munusculum obtulisset, viribus in via rescindendis, nec potuisset vllò pacto reijcere; intactum deportasse ad Collegium, ac Ministro tradidisse: cum diceret se illud moderatorum iniussu recepisse necessitate adactum: tamen nullam necessitatem fuisse, cur iniussu contingeret: facinus non tam re magnum, quàm ad hominis de se victoriam æstimandum. Decem post mensibus Ioannem Ista secutus est pari alacritate, clariore fama virtutis. Is Osorni anno millesimo quin- gentesimo trigesimo, honestis ortus natalibus, initidò paulò alienior ab Societate vixit, quòd in Silicæi Cardinalis aula educatus patroni sensum imbiberat. Eo mortuo, cum Complutum studiorum causa petiisset, in Collegium maius rece- ptus, paulatim ad studia pietatis animum magis ac magis adiecit, religiosæ vitæ consilium coquens: quod postea narrare solebat, primum sibi ex ingenti ortum periculo, quòd Toleti adolescens euaserat. Nam cum suum cubiculum Campa- nariæ turri subiectum amico hospiti cessisset; fortè euénit, vt dum ad matutinas preces editur signum, malleus ingentis campanæ delapsus, id conclaue, lectum- que contereret, hospite quoque saluo, quòd sub vesperam domo egressum, alij ad se amici pertraxerant. Hinc Bartholomæus diuinam erga se, & hospitem prouidentiam venerans: & quàm multis propositum casibus genus humanum sit, reputans; cogitationem suscepit vitæ ita instituendæ, vt si non tutus ab morte, certè securus ageret. Tum verò planè in virum mutatus est alterum cum Sacer- dos effectus primam Deo Hostiam obtulit. Inde sibi seueram circundare custo- diam,

diam, plurimum versari cum Deo, è Sacerdotij fructibus vix necessaria assumere, cetera in pauperes erogare, præsertim occultos, ad quos studiosè conquisitos ipse vltro stipem deserebat. Festis diebus exhibat in pagos ad rudes instituentos, & alia id genus Sacerdotis Christiani exequabatur officia. Quin etiam cum animaduertisset in Sancti Ildesonsi ege aliquid desiderari ad sacrificiorum commoditatem, ac decus; menstruâ mercede puerorum lectam manum de suo conduxit, qui sacrificantibus ministrarent: atque ipsemet cum suis adstabat famulis, Sacerdotes dum sacris vestibus adornantur iuuans, nec ante recedens, quàm sacris omnibus finis esset impositus. Anno millesimo quingentesimo sexagesimo tertio in Societatem adscitus, vt capax attulerat pectus; ita continuè cepit donorum caelestium torrentem plenum excipere; neque vllum faciebat finem diuinæ erga se indulgentiæ prædicandæ. Quoquè dulcius diuina fruebatur consuetudine; hoc ad eam se intentius præparabat: multum rogans viros peritos, vt se docerent rite coram Deo, cumquè Deo versari. Quantum licebat plurimum perseuerabat genibus flexis ante diuinissimum Sacramentum idque cum primùm lectulo surrexerat quotidie inuisebat, cum morem hoc exorsus initio: Instantibus sacris Aduentus solemnij consensu Reçtoris domesticum coquum simplicem, piùmquè fratrem rogauit, vt quippiam sibi pro arbitrio iniungeret, quo se ad Christi Domini Natalem congruè præpararet. Ac frater: quotidie manè, inquit, ad surgendi signum properè expeditus adi templum, Dominum saluta, nosquè illi commenda. Quod alacriter Ista, cumquè fructu eo tempore exequutus; quoad vixit, nunquam in posterum prætermisit. Præcipua etiam religione afficiebatur erga sacrum vulnus lateris Christi: ad eamquè religionem quotquot poterat illiciebat. Sanctissimæ cæli Regina, Beatorumquè omnium obseruantissimus, Sanctum etiam Ignatium Societatis parentem summo colebat studio: ad eum magnâ fiduciâ in quouis vsu confugiens, præfens patrociniū semper se expertum contestans. Habebat in cubiculo Sancti Patris effigiem, & ante eam per diu nixus genibus persistebat. Quanquam id perpetuum erat Ista, vt quâcumquè conuenires horâ, flexis genibus inuenires. Obedientiæ studio anno millesimo quingentesimo sexagesimo secundo, cum Collegio Madritano præfesse iussus est, vehementer institit, vt præficeretur sibi Superintendens: præfectoque Confaluo Esquiuelio, qui paucis mensibus munus id tenuit; ferunt Ista ita in eo Christi Domini personam agnouisse; vt etiam suum Christum appellaret: nec diu præfesse substituit auiditate cunctis in rebus parendi. Nam & fratribus, qui dabantur comites, parebat cæco quodam obsequio: adeo vt cum aliquando concionantem comes per errorem admonisset exactam horam, cum tantum dimidiata effluxisset, idque ipse nosset; statim perorârît, ne parendi propositum violaret. Ianitorem nolebat nomina sibi eorum edere, à quibus conueniretur, sed tantum pro potestate significare, adi Pater ad ianuam, vel in templum, est qui te opperiat. Vixque ianitor hæc protulerat; cum Bartholomæus ibat. Eademque curâ caritatis perfunctus opere, rectâ in cubiculum recedebat. Iam corpori afflicto genere omni asperitatis quicquid valerudo, atque obedientia permetteret, seuerè tribuebat: tantum aberat, vt possêt quicquam ex communi disciplina secum laxius pati. Adduci nunquam potuit, quamuis personæ graues instarent, vt conuiuia aliena adiret, rogatis enixè Moderatoribus, ne hanc sibi necessitatem imponerent. At Carcerem, at Nosocomium, & quosuis calamitosos sine vlla satietate adibat: quâque auctoritate apud opulentos valebat; in leuandis calamitosorum necessitatibus duntaxat utebatur. Et quanquam indefessus, ardens, spirans vbique pietatem mortales omnes cuperet ad cælum erigere; tamen peculiari amore mendicos, & vlcerosos complectebatur, subleuabat, expiabat: quod vel gemitus miserorum, & lacrimæ, tanquam in parentis funere dolenter missæ, monstrârunt. Custodiam sensibus eam adhibuit: vt quamuis statim ab tyrociniio Madritum accitus tredecim ferè annos in audiendis nobilium ex Aula feminarum, aliarumquè confessionibus posuisset; nullam de facie nosset: quod ipsemet Moderatori aliquando aperuit: & facile credi-

154

In pauperes liberalitas.

155

Zelus animarum.

156

Studium cultus Templorum.

157

In Societatem ingiessus.

158

Orationis desiderium.

159

Eucharistiam visitandi vsus.

160

Erga vulnus lateris Christi pietas.

161

Erga B. Virginem, aliosque Sanctos.

162

Erga S. Ignatium præcipuè.

163

Obedientiæ studium etiam erga laicos.

164

Corporis afflictatio.

165

Externa refugit conuiuia.

166

Calamitosos iuuat.

167

Feminarum cauet aspectus.

credi-



168  
Asperitatem  
cum comitate  
conuulxit.

169  
Mortem con-  
trahit exercen-  
do caritatem.

170  
Placidissimè  
moritur.

171  
Funus ab ex-  
teris honora-  
tur.

172  
P. Francisci  
Gomij Cordubę  
Rectoris mors  
& laudes.

173  
Magistri Io.  
Mantij de eo  
existimatio.

174  
Pontificium di-  
ploma acriter  
tuetur.

175  
Episcopus alio  
qui repugnans  
eius adhaeret  
sententiæ.

crediderunt omnes, qui virum nôrant. Nec tamen ea seueritas prudenti comi-  
tatis temperamento incommodabat. Hoc studio, per virtutis perfectę curri-  
lum, ad caelestis patriæ metas contendens, nec ferè aliud in colloquutionibus  
tractans, quàm de vita beata, deq̃ue modo Deo quamperfectissimè seruiendi:  
quàmque fortunata illa esset hora, quâ fidelis seruus audiret, intra in gaudium  
Domini tui; supremum morbum in caritatis occasione contraxit. Nam cum ad  
Pardum vicinam Madrito Regum Hispanorum amenitatem Marchioni Barlan-  
gæ, quæ cubicularia maxima erat Reginae Annae, morienti aduisset; febris sta-  
tum correptus est: & reportatus Madritum, intellexit sibi quoque adesse supre-  
mum diem, ac fortunatum, qualem profectò habuit. Nam cum Sacramentis ri-  
te susceptis, commendaticias preces ordientes Patres iussisset tantisper abstinere:  
ac posteaquam aliquandiu grates Deo de acceptis beneficijs magno ardore ege-  
rat, renocasset, iam tempus esse ordiendi preces affirmans; inter eas ab mortali  
ad verè vitalem vitam placidissimè transijt Nonis Octobris. Cuius funus non  
inops tantùm, sicut prædixi turba, sed Aulici in primis, regijq̃ue Consiliarij  
multo fletu, prædicandisq̃ue viri virtutibus, & osculandis manibus honestarunt.  
Parem sanctitatis famam reliquit Cordubæ Pater Franciscus Gomius Collegij Re-  
ctor die Sancto Thomæ Apostolo sacro: ita fratres ante complexus, ac singulis  
benè precatus. ac si in suburbanum concederet. Cuius ad exequias vltro Epif-  
copus, Sacri Quæstiores, nobilitas cuncta confluit. Ita accipio virorum  
grauium, qui nouere, sententia: quamuis aliquâ separatim laude euipiam ce-  
deret; complexione simul omnium haud facillè habuisse superiorem. Quippe  
cum procèrum corpus, placidum os, ac plenum dignitate esset sortitus: vt vel  
ipsa oris specie, oculorum, & vultus habitu, ac decòre actionum, non solum  
ad venerationem sui intuentes, sed etiam ad modestiam alliceret. In eo homine  
eminentissima subtilioris Theologiæ scientia, sacrarum literarum recondita co-  
gnitio, facundia abundans, visq̃ue populorum animos pertractandi peracris, ad  
hæc submissio animi, suiq̃ue contemptus, simplicitas, prudentia, obedientia,  
indulgentia in alios, seueritas erga se, ardor iuuandi proximos, familiaritas,  
coniunctioque cum Deo, ac ceteræ virtutes, singulæ ad summum exaggeratæ,  
pulcherrimo inter se choro implicatæ, tanquam de principatu certabant. In  
Oppido Frexentali natus, & in disciplina Magistri Aulicæ virtutem edoctus; eo  
auctore, primò Cordubæ humanam, diuinamq̃ue sapientiam docuit: dein So-  
cietati nomen dedit anno millesimo quingentesimo quinquagesimo nono, suæ  
ætatis annum quintum & trigessimum numerans. Ac protinus cum vitæ nouæ  
statu, nouo ad perfectissima decora sumpto conatu, propè reliquum vitæ in  
Theologica sella peregit: eâ sapientis opinione; vt Ioannes Mantius è sacro Do-  
minicanorum Ordine celeberrimus Complutensis Academiæ Professor, si quan-  
do consulebatur è Boetica; miraretur quempiam desiderari, vbi adesset Go-  
mius. Christophorus de Royas, & Sandoualins ea tempestate Cordubensis Epif-  
copus, ad Concilium prouinciale, quod Toleti anno millesimo quingentesimo  
sexagesimoquinto celebratum est, pro Theologo, & Consiliario suo ipsum du-  
xit. Ipse paulo post editum à Pio Quinto Diploma de Taurorum spectaculis,  
auctoritatemq̃ue Pontificiam Cordubæ sustinuit. Nam cum pro varijs motibus,  
ac sententijs, quibus illud Diploma acceptum in Hispania est, Cordubensis  
etiam Antistes inclinaret, vt flagitanti iuuentuti editionem spectaculi permitte-  
ret; Gomius redomi cum doctissimis consultatâ, eorum sententias manu cuius-  
que subscriptas, dat operam, vt reliquæ Religiosorum familiae confirmet: tum  
conuenit Præsulem, ac sermonem modestè exorsus, tanquam consilium petitu-  
rus in re tam graui, atque ancipiti, rationes in vtramque partem proponit, ita  
argumenta pro obedientia explicans, intendensq̃ue, & obstantia euertens, ad  
vltimum etiam sapientum sententias in medium proferens: vt Episcopus iterum  
rogatus explicare, vt controuersia veller, ac pronunciare quid hac in re po-  
pulo sequendum tutò esset; ingenuè responderit, certa sibi euidentiaque videri,  
quæ ille diceret. Tum Gomius: gaudeo, inquit, ex ore accepisse tuo hanc senten-  
tiam,

tiam, vt eam audaciæ contra Ecclesiasticas leges tendentium opponam. Atque Episcopus statim delectos Ciuum aduocat: narrat sibi non ante Pontificij iussi perceptam vim: iam cum planè perceperit; velle omnino obseruari, & censuras ipse quoque intendit. Ita Episcopalis persona dignitas, Pontificiæ voluntatis auctoritas, pax publica, & christiana modestia conferuata est. Eximiam caritatem erga proximos maximè exprompsit, cum in fame, ac pestilentia, per quam Gallecti post Maurorum defectionem ad Granatæ Regnum traducti, extra vrbs mœnia passim moriebantur. Eius enim operâ institutum Nolocomium est, multi in domos priuatorum recepti: & quod refert plurimum, auxilium allatum est periclitantibus animis. Ipsemet inter ceteros ex Aethiopum genere calamitoso homini adeo fordibus graueolenti, vt nemo sustineret conspectum; suis manibus abluat totum corpus, curauitque industria, & orationibus malam valetudinem. Vni etiam fratrum Ioanni Hieronymo nomine, cum iam phthysi contabesceret, dum philosophiæ curriculum explicaret; dicitur vel reddidisse, vel prædixisse diuinitus valetudinem. Nam cum aliquando in eum morbo, & curis confectum incidisset; bono, inquit, esto animo, curriculum pro voluntate tuum absoluit. Certè is, qui iam proximè aberat à morte, & illud philosophiæ pensum absoluit, ac dein theologiæ docuit, postremò Concionatoris laboribus suffecit. Inter hæc rebus per Hispaniæ Prouincias, & maximè per Lusitaniam vno tenore fluentibus, eoque etiam silentio prætereundis, quod huius anni, & consequentium literæ magnam partem intercidere; Valignanus in India borealem tractum inuisens, Collegio Bazainio ceteras circa sedes Damansensem, Tanaënssem, ac Bandorenssem subiecit: itemque duas hoc anno additas Sancti Thomæ, & Sanctissimæ Trinitatis. Compertoque post intermissam à Patribus curam Neophytorum iam paulatim illos ad Ethnicismum redire, ac vel ipsum baptismum contemnere; cum Archiepiscopo conuenit, vt Nostri hic quoque, vt Curionum auxiliarij, illam procurationem reciperent, sic vt omnibus præceptis Ecclesiæ, Sacramenta apud ipsos suscipiendo, Christiani satisfacerent. Tanaa, Bandora, Trinitas in Insula Salfetta continentur. Duæ enim Salfetræ sunt continentes prope Goam, & Insula prope Bazainum circiter viginti leucarum circuitu admodum fertilis. In hac Insula ad vetustam sedem Tanaënssem nuper Bandorensis accessit per occasionem fundum procurandi Goani Collegij ad animos agricolarum excolendos instituta. In sede Trinitatis, quem Pagum Patres olim ex conuersis ad fidem Ethnicis considerant, puerorum quoque educationem, & agriculturam restituit. Agricultura erat hæc. Pueri orbi parentibus, alijque ex indigenis, qui in contubernio educabantur, solebant olim quotidie post scholam catechisticam in agrum educi orizæ excolendæ. Quod facile erat pueris, cum ibi orizæ sic seminaria instituantur, ac singula dein germina manu disponantur per agros: vt albi capæ, aut brassicæ. Eius laboris prouentu non ipsi modò alebantur in præsens; sed etiam seponebatur pecunia, vnde victitant adulti. Itaque considerans Valignanus exiguo vnus Fratrum labore posse in omne vitæ tempus inopi genti, & animi, & corporis queri subsidia; nequam fugiendum eum laborem duxit. Sancti Thomæ sedes prope Bazainum sesquileuca est. Damani, ad idoneam Indorum institutionem, dedit operam, vt proprium illis Templum ædificaretur extra oppidum. His rebus compositis Goam in aduentum nauium opportunè reuertit incendio ingenti sedando. Naues quatuor è Lusitania appulerant: supra mille & quingentos in itinere morbo absumptis, non sine damno etiam Societatis. Nam simul obiire viri lectissimi, ac nominatim lecti, vt possent alij præesse, Rodericus Suarius; qui amplius mensem in Proregis nauis febri æstuans nunquam intermisit solari agros, & ex-  
piare; tum Marcus Pelatus, & Christophorus Soërus, & ipsi non tam vi mali, quam laboriosa, & irrequieta caritate afflicti. Antonius verò Nigrius ita extenuatus Goam attigit; vt non multò post decesserit. Huius caritas planè in stuporem egerat Vectores, cum vilissimis mancipijs, etiam Mauris, magna humilitate, ac summis laboribus vilissima ministeria exhiberet. His ergo quatuor egre-

176

Caritatem erga  
fame, & peste  
vexatos exercet

177

Sordidum Aethi-  
opem suis  
manibus lauat.

178

Phthysi labo-  
ranti valetudi-  
nem prædicat.

179

P. Valignani in  
India boreali  
res.

180

Puerorum agri-  
cultura.

181

Damani Tem-  
plum edificatur.

182

P. Valignanus  
Goam redit.

183

Nostri in agro-  
rum obsequio  
mortui per Lu-  
sitanas naues.

184

Antonij Nigri  
eximia caritas.

gij

gijs Sacerdotibus ea navigatione amissis, duo superfuere Laurentius Pigneri-  
rius, ac Iosephus Forlanettus, cum Alphonso Lucerna nondum Sacerdote.  
Nam tres præterea Sacerdotes, qui pariter è Lusitania soluerant, Laurentius  
Mexia, Matthæus Lopus, Iacobus Pintus, & Amator Acofta laicus, Mozam-  
bico Indiam præteruecti rectâ Malacam pertendere. Goam verò ingenti agro-  
tantium numero aduecto, postquam ijs prisca sedulitate ad morbum excutien-  
dum Goani Socij præstò fuerant; etiam emendicarunt per urbem stipem, vnde  
inopiam, ac præsertim nuditatem leuant. Ceterum Roderico quoque Lauren-  
tio de Tauera in eo itinere mortuo, qui Prorex mittebatur, Goæ controuersia  
periculosa exitit. Num regia literæ aperiendæ essent, in quibus dicebatur suc-  
cessor. Quippe literarum fasciculus ab Rege venerat ad Archiepiscopum inscri-  
ptus; in quo fasciculo haud dubiè intelligebatur inclusas literas de more plures,  
cum inscriptione ac nota, quo quæque loco aperiendæ essent, ad supremum  
Indiæ Magistratum sufficiens, si mors palàm declaratos rapuisset. Archiepi-  
scopus quoque iam erat mortuus cum delatus fasciculus: tamen eo resignato,  
nihil præter successionum codicillos repertum est. Post Antonium Noroniam  
Proregem Gubernatoris nomine administratio penes Antonium Monim Bar-  
retum erat, non admodum Vulgo, aut Nobilitati probatum. Is verò pernega-  
bat codicillum aperiendum, vnde intelligeretur, quem Rex Roderico Lauren-  
tio primum sufficeret, ac prorsus neminem posse iure substitui. Primum, quòd  
in literis regijs ad Archiepiscopum missis nihil erat adscriptum, cui nam (Ar-  
chiepiscopo sublato) reddendæ essent literæ: deinde quia Rodericus Prorex  
obierat non modò antequam administrationem capesseret, sed etiam antequam  
iurisdictionis suæ fines intraret. Denique sibi id tantum à Sebastiano scriptum,  
vt Prouinciam Roderico traderet, nullo præterea nominato. Contrà Ciuitas,  
plurimique Nobilium, ac Plebis, partim odio præsentium, partim spe commodi  
plurimi, vt sit rerum nouarum studio, referendas omnino contendebant: & ap-  
parere voluntatem Regis eam esse, vt postquam vel Rodericus Laurentius, vel  
eæ literæ in Indiam peruenirent, Barretus administrationem non obtineret.  
Valignanus tum sua sponte, tum Euerardi mandatis, cum Roma abiit, animum  
prorsus obfirmat, ne se ciuili administrationi vllò modo immisceret. Itaque  
statim vt contentionum vidit initia, in Cioranum Insulam secedit, monitis Patri-  
bus, quos ad consilia adhibebat, vt se apud Prætorem, ac Procures, si fortè ab  
ijs requiretur, excusarent. Die postero literæ in Cioranum à Prætore defe-  
runtur, Dei, & Sebastiani Regis nomine obtestante, vt statim repetat Goam:  
Ciuitatem in armis esse; omnia plena perturbatione, & tumultu: nec restare ni-  
si ab ipso remedium. Idem multi Viri principes scribunt, & multi ad ipsum con-  
ueniunt imminentem calamitatem ostendentes. Excusare se Pater, ac docere  
quid suæ professionis sit: testari, quamuis Goam iret, nullo pacto se decidendæ  
causæ interfuturum. Sed postridie à Prætore literæ ita graues, & insuper tot  
ab ipsis Nobilibus, atque etiam Collegij Patribus obtestationes perlata: vt visum  
se nullo modo committendum, si quid, quod apertè impendebat, calamitatis  
eueniret, vt videretur salutis publicæ tanto in discrimine defuisse. Goam igitur  
reuersus, consulit Patres quid agendum sit. Omnes summo consensu nequa-  
quam tergiversandum censent. Quòd ceterarum Religionum Præsides detreda-  
bant in consilio interesse, nisi ipse quoque accederet: ac Ciuitas ita erat distra-  
cta, ac perturbata: vt necessitas, & caritas cogeret remediij viam tentare: cum  
præsertim omnium ordinum mortales ipsum ad consilium vocarent. Ergo cum  
rursus Prætoris animum frustrà fatigasset; coactus est consultationibus interesse,  
& sententiam dicere: quòd item Religiosi alij se tacituros, eo tacente, proste-  
rentur. Ergo statuitur, vt viginti quinque Viri deligantur, ex quibus duodeni par-  
tim inrisperiti, partim theologi sint: duodeni nobiles, vnusque præterea ex  
Clero. In qua electione nullo pacto percelli Pater potuit, vt suffragium ferret:  
publicè iureiurando testatus, se nec stirpem, nec studia, & facultatem persona-  
rum nosse. Euicit igitur hæc constantia ne eligeret: sed quominus in duodenis  
sapien-

185  
Controuersia  
Goæ orta ex  
Regis literis.

186  
Valignanus po-  
liticis se rebus  
immiscere refu-  
git.

187  
Procures iussu  
& Patrum hor-  
tatu Goam re-  
uertitur.

188  
Consultores e-  
ligere renuit.

sapientibus eligeretur prohibere non potuit. Nam ex tribus & triginta, qui consilio interfuere, cuncti ad eum, vno excepto, detulere suffragium. Tum viginquinque lecti eodem inclusi conclauis, viginti prope horarum deliberatione decernunt successionum literas nequaquam aperiendas. Omnes hunc causam finem Valignano tribuere: neque ipse inficiatur: proficitur potius, nihil ab se ad eam diem, quod in maiorem cederet vtilitatem publicam, & Dei gloriam gestum. Nam haud dubie arma ciuilia, quæ barbaris voluptas, & occasio essent prohibita. Et quanquam non nemo alium cupisset exitum; tamen vulgo vtrique parti satis est factum. Hæc fusius retulerim, vt intelligant, qui tantopere vitiis Societati vertunt publicarum causarum tractationem; quàm sæpè incidant graues casus, in quibus cessare nefas sit: atque etiam Principes, ac Ciuitates recognoscant ab se ipsis religiosos Viros ad ea negotia adigi, quæ deinde eriminentur. Ceterum in ijs vltimis terrarum recessibus ad tuendos Neophytos omnibus externorum, Ethnicorumque obnoxios iniurijs, & beneficijs etiam pellicendos infideles, necesse erat aliquam ciuiliam causarum speciem tractare. Quod officium, quia totum christianæ rei statum, progressumque continebat; quò accuratius fieret, cum adhuc Goani Collegij Rectores, ac Franciscus Rodericus omnium studiosissimè, acerrimèque tractassent; certo homini nulla alia procuratore occupato, Visitator committendum ratus, Patri Georgio Castrio delegauit. Pater Christianorum is Procurator vocatus est. Totius quoque Prouinciæ Procuratorem à Goani Collegij Procuratore secretum instituit Dominicum Syluium, vt diuisa onera melius ferrentur, & fructuosius. Ad hunc non solum Collegiorum Prouinciæ, ac domiciliorum causæ apud Goanos Magistratus tractandæ pertinebant; sed etiam vtenilia, & comæatum maturè comparare, atque, vt opus foret, transmittere etiam in Malucum, & in Iaponiam. Porro ad Religionem amplificandam summè necessariam ducens linguarum popularium notitiam; huc maximè incubuit Pater Visitator, vt plurimi eas ediscerent. Itaque Socios octo Punicali in ora Piscaria constituit, qui linguæ Malabricæ operam darent. Totidem Margani in Salfettis iam antè locati ita in Canarinæ studium incubuere; vt sex spatio mensum conferberent, haberentque orationem in eo idiomate. Profectum iuuat cura ab omni alia studiorum meditatione aliquanto tempore in eam vnam exercitationem collata: atque vbi primùm aliquam linguæ notitiam adepti sunt; quotidie certo tempore cum indigenis colloquebantur. Quæ diligentia, itemque arctè obseruantes in domesticis quoque sermonibus ne nisi communi regionis lingua loquerentur (adiuuante ante omnia sanctos conatus Deo) breuè auditi sunt in templo Canarinè verba facientes, latissimis, & summas grates agentibus Christianis, quòd ipsorum causâ tantum laboris suscepissent, non adiutos modò se, sed & cohonestatos interpretantes. Poëta quoniam etiam è gente, cum id beneficium Canarinis verbis celebrasset; publicè cocini ij versus non à Christianis solum, sed ab Ethnicis quoque cæpere. In Colonia Sancti Thomæ constituta est, quam promiserat Visitator, primarum literarum schola, & absoluta ædes sacra in vsum cæpta Neophytorum: natalique Deipara, cuius titulo insignita est, primùm Diuino sacrificio cerimoniam celeberrimam, & populi frequentiam maximam consecrata. Oram Indiæ meridianam Prouinciali Roderico Vincentio inuisenti vsque ad Christiani, & Patres Piscariæ probati sunt; vt scriberet, videri sibi in alteris primam Ecclesiam, in alteris primam Societatem videre. Vni Patrum Trauancorienfium non solum recta facere, sed etiam pati iniqua propter iustitiam contigit. Nam cum Ethnici delubrum ædificarent è regione Christiani templi, & prohibere opus Pater conaretur; illi Regulum sic incitarunt, vt repente homo acerbus, præterquam Ethnicus, multis itipatus armatis, post indignissimas contumelias, primùm interpretem, deinde etiam ipsum Patrem immaniter contuderit verberibus. Quæ Dei famulus, cum ille tractus in ditone Ethnicorum sit, iam pridem assuetus talia expectare, sic pertulit; vt iterum Fani ædificatio disturbato nequaquam fuerit impium opus eo perfici loco. Gemina his ab latronibus pertulit Gaspar Pais. Dum materiam ex

Hist. Soc. Iesu Tom. 4.

Q

arbo-

189

In duodenis  
Consultationibus  
iple eligitur.

190

Consultatorum  
decretum P. Va-  
lignano tribui-  
tur.

191

Religiosi co-  
guntur aliquan-  
do politicis re-  
bus immisceri.

192

P. Georgio Ca-  
strio Neophy-  
torum cura  
mandatur.

193

P. Dominicus  
Syluius Prouin-  
ciæ Goanæ pro-  
curator insti-  
tuitur.

194

P. Valignatus  
linguas nostros  
addiscere iuber

195

Lingua exerci-  
tationes.

196

In Colonia  
Sancti Thomæ  
literarum schola  
instituta.

197

In Oris Indiæ  
Meridianæ pri-  
ma Ecclesia, &  
Societas viget.

198

A Trauanco-  
rienfî Regulo  
vni Patris va-  
pular.

199

Et Gaspar Pais  
ex prædonibus.

200  
Angelina ar-  
bor Cocini  
nunquam fenec-  
cens.

201  
Martinus O-  
choia Archie-  
pus, & Sculp-  
tor Cocini  
moritur.

202  
Marcellus Va-  
scus, & Nico-  
laus Nunnius  
Goæ occum-  
bunt.

203  
Balthasar Lo-  
pius ex Iapo-  
niâ Goam venit.

204  
In Iaponiam  
cum tredecim  
Socijs, & Pe-  
tro Raimone à  
Valignano re-  
mittitur.

205  
Malacæ Colle-  
giū instituitur.

206  
Malacæ diuini-  
tus ab holte  
Aceno seruata.

207  
Episcopus Car-  
nerius in Socie-  
tatem admitti  
inflat.

208  
Cantonenses  
Mandariu bap-  
tizatum Bon-  
zium à Lusita-  
nis repetunt.

209  
Bonzium neophy-  
ti ad fidem sa-  
tendam aitor.

arbore, quam Angelinam vocant nunquam confescentem in Cocinensibus syluis conquirat, ex qua fores hodie Farnesiana Basilicæ Romæ spectantur, Prædonibus irruentibus, vnâ cum comitibus, planè relictus est nudus. Quod facinus adeo ipsis Ethnicis indignum visum est; vt vnus inter eos princeps statim omnes curauerit vestiendos, & paucis liberaliter: & Christiani Palurtenses, qui Gasparem suis cariorem oculis habebant, armati concurrere ad Pagum, in quem latrones secesserant: nec ab vi minitanda destitere, donec (vniuersâ prædâ restitutâ) Præfectus Pagi etiam puniturum se noxios fidem daret. Cocini frater Martinus Ochoia Hispanus obiit, multæ vir virtutis: sed eo præcipuè memorandus, quod architectus, ac sculptor eximius in ea peritorum artificum solitudine vniuersæ Prouinciæ ad humanas necessitates, & diuinum cultum plurimo vsui fuerat. Duo egregij Sacerdotes obiere Goæ, Marcellus Vascus, qui post multas Europæ Prouincijs religionis causa peragratis, cum Visitatore in Indiam venerat: & Nicolaus Nunnius vnum & triginta annos in Societate Domino famulatus, eorumque in Moluchis sex & viginti in laboribus maximis, & ærumnis, earum gentium linguas callens optimè, gnauus, ac fidelis operarius, & plurimorum filiorum Christo & Cælo parens. Nam vno interdum mensè infantes intra bimatum ad nongentos baptizauit: ex quibus alijsque reliquo anni tempore consignatis amplius ducenti annuo interuallo saepe erepti in cælum sine dubio emigrarunt. Exhilarauit Goanos Patres Balthasar Lopij ex Iaponia aduentus, non solum ob paratam in ijs regnis messis vbertatem, quam narrauit; sed quia præter spem aduenit. Nam cum mæsti omnes essent Patres, quod nullas eo anno accepissent literas ex India ultra Gangem: quod naues feruè inde Cocinum appulsæ, ibidem hiemare cogebantur; Balthasar, id præuidens, cum è regione Ceilani insulæ peruénit, descendit in litus, sexque & viginti dierum terrestri itinere, non sine graui periculo, per Maurorum, & Ethnicorum terras Goam perrexit. Adeo sedula, & audens est caritas. Visitator cognitis Iaponiæ incrementis, & prouentus spe, tredecim Lopio Socijs traditis, eorumque adolescentioribus quinque Seminario Iaponicæ linguæ inchoando, etiam Petrum Raimonem misit, vt tyrocinium informaret. Malacæ quatuor accessu, quos supra nominaui, cum iam Socij nouem, quorum sex Sacerdotes numerarentur: & Rex, quamuis assignati reditus eius voluntati non responderent, ita cuperet, quæ adhuc statio fuerat; Collegium censerit cæpta. Idque post Goanum, Cocinensè, Bozainium, Marganensè, quintum prouinciæ Indicæ Collegium fuit. Ipsa porrò Malacæ propè diuinitus videtur hoc anno per hostem seruata. Nam cum Aceni, qui eam obsidebant ab Zamorino parari Goæ classem ad subueniendum admoniti, statim recessissent, paulò post ita miserè tempestate iactata, ita afflicta peruénit classis; vt si hostis perstitisset, ipsa pariter, atque vrbs vltimum in discrimen ventura fuerit. In Insula Macao Episcopus Carnerius, qui vehementer instabat, vt liceret sibi insulis Episcopalibus positis vitam sub obedientia Societatis finire, insigne boni Pastoris documentum ostendit. Signâ Bonzio adolescente Macai baptizato, Cantonenses Mandarini irati, detentis Lusitanorum nauibus, cogunt eos polliceri se Bonzium dedituros. Hi cum promississent, & virum è suis nobilem vadem reliquissent; Macaum peruerti Neophytum ex Præfecto Macaénsi flagitant, quem Patres Episcopo tradunt, vt ipse videret, quid facto opus foret. Episcopus, Lusitanis, ac Præfecto instantibus, negauit fas sibi esse hominem dedere in manifestum animæ exitium. Dum hinc, & atque hinc acriter certatur studijs, infert se Neophytus medium, ne damnum Christiani mercatores aliquod ingens facerent, vltro ad Mandarinos perrecturum se ait, Deoque iuuante, vitam citius, quam religionem Christi amissurum. Episcopus animaduertens rectam iuuenis mentem, & anceps alioqui negotium; nullo suæ ætatis, & valetudinis attritæ respectu, statuit cum iuvene Cantoniam proficisci, ac sistere se Mandarinis, quamuis superbissimos nosset. Profecti, & fide publica ad Mandarinos admissi, in ipso ingressu satellites quidam Mauri mantis in Neophytum iniiciunt, non sine periculo Episcopi, qui se pari-

pariter offerens, nullo modo à se volebat amittere. Statim tyrunculo Christi quatuor & viginti verbera infliguntur. Adhibent hunc in vsum arundines igne roltas, adeo graues, vt lena modò verbera, si tortores volunt, hominem conficiant. Bonus confessor assidue inuocabat IESV nomen, rosarij cruce ad os admota, nec quicquam ex eius ore expressum est aliud, quàm se Christianum esse: eamque legem suscepisse, quòd vnicam existimaret viam in calum. Post verbera traditur in carcerem. Episcopus nullo modo in faucibus luporum ouiculum volens relinquere, ita adnissus est; vt ad Aitanum, qui præest iurisdictioni externorum, & rebus maritimis, causa deferretur: idemque, cum dicenda foret causa, interfuit animum iuueni facturum. Denique ita amicorum, quos Lusitani adhibuere, deprecatione, pecuniâque, efficaci vbique machina, laboratum est; vt iuuenis octoginta plagis, sed arundine tenuiore multatus, Cantoniaque interdictus, Episcopo redderetur: qui protinus ambo leri, cum præclaro alter caritatis, alter constantiæ triumpho, non inglorij apud Deum & homines, Macaum reuerti. In Molucis magnam Lusitana res cladem, Christiana non minorem accepit. Arx Ternatina, quam Babu Mahometanus Rex, ob interfectum ab Lusitano homine suum parentem, annum iam septimum obsidebat, auxilio ex India partim lentius misso, partim tempestate intercluso, hosti tradita est: facta potestate, arque etiam nauigijs suppeditatis, quibus Lusitani quò placitum esset abirent. In ea obsidione perseverarunt constanter Socij terni, aut quaterni, non solum Sacerdotum, ac religiosorum fungentes muneribus, consolando, & confirmando oratione, ac diuinis mysterijs milites, curando ægrotos, pacem & consensionem fouendo; sed etiam propugnatorum, ac militum. Necessè enim erat, cum ardentissimè premerentur in summa paucitate bellatorum, ipsos quoque nocturnas excubias agere, & statione tueri armatos. Quin etiam è comæatu, quem Goami Patres industria, & caritate constantissima vijs omnibus ad eos summittebant; sæpè non tenuiores modò obfessorum, sed ipsum quoque Præfectum aluerunt: vt haud dubiè eorum virtute, ac pietate Patrum, ceteraque ope, præsertim Marci Prancudi, qui Socijs præerat, obsidionem tandiu arx omnibus rebus immunita sustinuerit. Et tamen, qui arcem dederant, Præsidij Principes, ad leuandum suum pudorem, non puduit mox in Prancudum deditiois culpam referre. Adeo nulla calamitas est, quam non gaudeat infernus hostis in hanc sibi tam odiosam Sodalitatem aliquo modo reijcere. Mentiebantur adhortatum publicè cum milites, vt seruirent temporì, & ad augendam inuidiam in suspicionem vocabant Castellanam originem. Id quidem verum est, inconsideratiùs fecisse Prancudum, qui consultationi de arce dedenda interfuisset. Verum quid ageret vir rectus, & integer, cum illimet compellerent, qui ex eius sententia patrociniū sibi quæsitum ibant? Quid porò censeret, nisi quòd ceteri, cum bellicus apparatus, comæatusque defecisset, neque sperari auxilium, nisi decem post menses ex India posset: hasque omnes difficultates hostis cognitās habens grauius obsidionem intenderet? Ceterum non tam mirum est id quoque in Societatem reiectum crimen, quàm quemquam inueniri cordatum, qui calumniam auribus admittat. Etenim quamuis, vt dixi, non dedendæ, sed tandiu conferuandæ arcis auctor, & causa Pater fuerit; fac tamen suasisse dedendam. Num igitur si ego imbellis Sacerdos id, quod mihi videtur, pronuncio; ideo tu peritus belli, Arcique tuendæ præfectus, eam, si dedi non oportet, dedes? Ac vacare te existimabis culpa, quòd me malè sentientem potiùs sequutus sis, quàm coërcueris? Tumque etiam vocabis in suspicionem genus, quod antè vel suspiciosum non fuit, vel te certè debuit facere cautiorem? Profectò incredibilis sæpè est calumniantium inconstantia: & tamen calumniæ creduntur, fide mortalium ad deteriora procliu. Sed hic alia defensione opus non est, quàm vt proponatur cuique quæ res Patrum, quæ militum ageretur. Illi non homini militabant, sed Christo, non stipendium mortale, sed æternum spectabant. Ad hæc longè ampliùs centies mille hominum per eas Insulas Christiani agebant, ab ipso in Christo summas per ærumnas, & discrimina geniti: plurimi paratissimi erant ad

Q 2

fusci-

210

Idem à Mandatinis acriter verberatur.

211

Fidem constantissimè proficitur.

212

In carcerem traditur.

213

Ab Episcopo conficitur.

214

Iterum verberatur, ac dimittitur.

215

Res Molucenses.

216

Arx Ternatina à Babu Mahometano captur.

217

Nostri non solum Sacerdotum, sed &amp; militum munere funguntur.

218

De suo comæatu alios sustentant.

219

In Nostros Arcis prohiè ab ipsis proditoriis reijcitur.

220

Aliquam causam P. Prancudus ad id incaute dedit, sed coactus.

221

Ne suspiciandum quidem id erat de Nostri.



notabile par diu certauit: Rex pro Christo, Regina vxor eius pro Satana: cui Iezabel christiani nomen fecere, ex nobili illa, vt est sacris in literis, interfetrice Prophetarum, quam hæc importunitate gemina referebat. Hæc nunquam destiterat Regem hæc criminibus contra Patres, & Christianos extimulare. Sed Sebastiani baptismo vehementius acta in furias, vehementius adoritur: occasione accepta ex religione Neophyti, cui Stephanus erat nomen. Is à Dynasta Meacensi, cui vna filiarum Iezabelis ( sic enim & nos reginam appellabimus, quoniam aliud nomen non proditur, & id congruit ) nupta erat, iussus Idolum apportare, negauit id sibi licere: cùmque Dominus, vt prudentior, alium è familiaribus Ethnicis ad illud afferendum misisset; Vxor matri, quàm patri longè similior notata re, iterùm post paulò occasionem quærens, ire Stephanum inber, & quædam sacra Idolorum, quæ Maboris ibi vocant, afferre. Nihilò secius negat Stephanus id sibi lege christiana permissum, quin potius sanguinem effusurum, quàm talia exequitur iussa: alia imperaret, si vellet Christianorum obsequia experiri. Quæ non solum constans responsio, sed paulò acrior mirum quantum impotentem feminam incitauit. Continuo ad Iezabelem querimoniam defert: hæc ad Regem fortè absentem mittit, tandem aliquando videat, quod genus hominum alat in regno. Perire sacra Iaponica, contemni cultos in tota antiquitate à Patribus, ac maioribus Deos: solui obedientiam, & imperia: nil demum peregrina religione, nisi contemptum Deorum, & Principum doceri, & contumaciam, & perturbandorum, ac perdendorum regnorum vias. Vbi apud Regem tam longinqua familiaritate Christianorum, & scientia diuinæ legis præmunitum, parùm proficit; Principem aggreditur, cui iam Pater administrationem regni cesserat. Nam vt perexigua est in Iaponia fides, non solum inter alienos, sed etiam inter intimè coniunctos; solenne est, vt Patres maturè cedant filijs rerum potestatem, quo parricidia anteuertant. Princeps igitur Bungenis iam rerum potiens, vt erat totus in potestate Matris, & Sorores supramodum amabat; ab his, & Proceribus Ethnicis facilè impellitur, vt Stephanus neci addicto vetaret impostero fieri Christianos: quando appareret contumaciam per eos irrepere. Interim parentes, ac propinqui Stephanum fatigare cum lacrimis, ne sibi & ipsis perniciem creet. Domine affirmanti satis sibi fore si semel iussa exequatur, semel obtemperet; contestatus nunquam obtemperaturum impostero. Denique ne Ecclesiam Bungensem secum trahere in exitium velit. Ille firmior scopulo inter procellas, & fluctus, noctu ad Ecclesiam adibat, precibusque ad Deum fufis, & colloquijs Patrum constantiam nutrebat. Nocte, quæ diem præcessit, quo die maestandus erat, ad Capralem abiit, vt confiteretur de peccatis, & animum compararet ad mortem, certus non repugnare, neque cum armis cadere Iaponum ritu, sed Christianorum more Martyrum positus genibus expectare carnificem. Verùm Caprali multùm & precibus, & rationibus, ac demum Sanctorum exemplis urgente, vt tantisper secederet, pactus si fortè in Christianos impetum Ethnici facerent, vt sibi res denunciaretur, quo ad partem martyrij ipse quoque accederet, Funaium secessit. Capralis quo statu res esset videns: nec Iezabeli, deque eius factione Bonzijs, Tonisique causas defuturas; christianum populum in dies nouis tanquam violati obsequij criminibus onerandi, apertè agendum statuit. Reges patrem, ac filium edocet, quòd in ea re Stephanus iussa abnuisset, omni vacare culpa. Nam sicut ferè inter Iapones, qui vnus est cordis, nullius cordis dicitur; ita inter Christianos hominem duplici corde abominandum esse, non minùs quàm si ita natum esset monstrum. Quippe diuinam legem in vero sitam, caritatis conciliatricem, fidei, humane commercij alumnam, virtutum omnium peremptricem simulationem, dissimulationemue, præsertim in religionis professione non pati: neque vllum è diuinis præceptis violari fas esse. Idque vsque ed esse certum, vt oporteat Christianos ad hoc dogma contestandum paratos esse vel vitam profundere. Imperia lege Dei non solui, sed contineri: cùm Deus auctor ordinis sit perque cum Reges regnent. Sed vbi homines Deo contraria imperarent; clarè

233

Regina Bungi Iezabel à Christianis vocabatur.

234

Stephanus Neophytus Idola portare recusat.

235

Iezabel cum Rege coniuge de hoc conuenitur.

236

A Rege non audita ad filium Regni administrationem exclamat.

237

In Iaponia Principes administrationem filijs cedunt, &amp; cur.

238

Stephanus constanter se gerit.

239

Suadente Caprali Funaium secedit.

240

P. Capralis Stephani causam apud Reges Patrem, ac filium agit.

241

Fides Christiana à dissimulationibus abhorret.



242  
Deo potius,  
quam homini-  
bus obtempe-  
randum docet.

243  
Regis Pauli re-  
ligio.

244  
Rex filius cum  
parente conten-  
tus.

245  
Tempestas à  
Iezabele excita  
sedatur.

246  
Iamabuxi qui  
sunt.

247  
Dæmon in  
energumena  
Ethiopia Chri-  
stianum timet.

248  
Deiparæ imago  
Dæmonem ab  
energumena  
expellit.

249  
Eundem acriter  
torquet.

250  
Energumena  
liberata, eâ vi-  
ro, ac filijs ad  
Christianam fi-  
dem accedunt.

251  
Meacensis Ec-  
clesiæ progres-  
sus.

clarè ipsos Reges pro sua sapientia perspicere, vtrum æquius esset Deo, an ho-  
minibus obedire. Itaque palàm denunciarent, vellent ne Christianos suis in  
terris hac lege vivere: vt possent Patres statuere, quid sibi consilij capiendum  
esset. Ad hæc senior Rex respondit æqua postulari, & iam diu sibi nota. Quèd  
siminùs nobilem de diuina lege opinionem haberet; nequaquam fuisse in eam  
daturum filium. Verùm cum illum baptismo subiecit, ea causa fecisse, vt quam-  
plurimi succrescerent suis in regnis Christiani, & lex cælestis latius funderetur.  
Ceterùm in eo peccasse Stephanum, quod causam, quare non parèret, non mi-  
tius explicarit. Daturum autem se operam, vt cuncta tranquillarentur. Con-  
similia his respondit Princeps: insuper professus se intelligere in Iaponicis reli-  
gionibus nihil inesse solidi, quanquam externa specie videretur quicquam eis  
tribuere, ne prisca ritus omnino abolerentur: neque in animo sibi fuisse in con-  
tumacem iuuenem eò animaduertere, vt contra Dei legem iret; sed tantùm vt  
exemplum contumaciæ vindicaret. Sed quando iam cognouisset talia iussa di-  
uinæ legi aduersari; neque se, neque Reginam, aut sorores in eo genere Chri-  
stianis molestos fore. Ita sedata tempestas est, partim lætitiâ Christianorum,  
partim mœrore: quèd martyrij palmâ iam spe præceptâ exciderent. Addidit  
subinde Numen suæ religioni cæleste firmamentum. Occupatâ Vsuqui ab Dæ-  
mone Ethnicâ feminâ, accersitur Iamabuxus ad eam liberandam. Sunt Iamabu-  
xi, quod aliàs indicauit, inter Iapones genus hominum pessimum, familiaritate  
dæmonum ita deuincti, vt ijs se videndos varijs formis, ac sæpè horrificis Dæmo-  
nes præbeant: quos illi obsequijs, & sacrificijs promittendis (hoc enim amant  
superbissimâ belluæ) nunc immittunt in quæ volunt corpora, nunc euocant.  
Statim vt Iamabuxus adfuit, ingens hominum multitudo spectatum accurrit. In-  
terfuit & Christianus Ioannes Gorus nomine: neque ille è religiosissimis erat.  
Dæmon hoc sentiens, exertâ sædè linguâ, irridens, & intuens Iamabuxum:  
Ades tu quidem, inquit, magna fiducia, fore vt tuis digitorum contorsionibus,  
ac cetera gestulatione hinc me euoces: sed abeas licet, nemo me exturbare  
hinc potis erit, præter improbum illum Ioannem, qui habet in sinu quiddam,  
quod me vehementer terret, & cruciat: id erat Sanctissimæ Cæli Reginz effi-  
gies, quam paucis ante diebus à Patribus acceperat, & Sancta Crux. Ad eam  
vocem, ceteris attonitis, sumpto animo Ioannes infert se propius, ac prolata  
Deiparæ, imagine, super energumenam signum Crucis eâ figurat, Dominicam  
orationem pronuncians. Tremere Dæmon, horrendos motus edere, raptim  
toruos in sacram imaginem oculos conijcere, ac protinus claudere quasi offen-  
sos, vociferans, vt improbum illum hominem de medio tollerent: tanto oblectari  
impetu, vt quatuor robusti homines vix continerent. Christianus terro  
monstro iterum ac sapius repetenda oratione Dominica instare; nec abistere  
malignus ille spiritus, quoad exclamauit, se manere diutius non posse: secederet  
Ioannes Gorus, se illico abiturum. Cùm secessisset Ioannes versus ostium,  
ac iuberet exire; iterum Dæmon stomachans, clamauit: Vnde egrediar, si tu  
perstas in ianua cum Cruce è collo pendente? Non erit, inquit Ioannes, quod  
causeris, & ab ianua se remouit. Tum mulier exanimis concidit, moxque, con-  
tinuante Ioanne preces, recreatur planè libera, ac valens, tanto omnium motui  
vt ipsa, vir, filij, ceterique è familia, ac multi præter ea, etiam ipse Iamabuxus  
Christianam fidem amplecterentur. Et Ioannes expertus diuinam secum præsen-  
tiam, audentiùs exinde cum Dæmonibus congregiendi, multos exegit. Multa  
& alij admiranda perpetrarunt, quibus Bungenis Ecclesia in dies magis inlare-  
scebat, cum Meacensem noui templi magnificentia illustrauit. Meaci cum  
adhuc pusilla vsu essent ædificata, veluti christianus quoque populus fuerat pusil-  
lus, postquam cepit religio latius, perque nobiliora capita propagari; Pater  
Ludouicus Froës, & Organtinus existimarunt, vt in gente mirum in modum  
elegantiz studiosa, & admiratrice operum splendorum, ad maiestatem diuinæ  
religionis pertinere si Templum Christiani statuerent, quantum fieri posset, sa-  
crorum præstantissimorum nobilitate dignum. Organtinus ex Europæ archi-  
tectu-

teaturæ subtiliter descripsit. Christiani Proceres sedulitate memorabili materiam, operas, pecuniam contulere: & in primis ciues duo Meacenses, Iustinus Meofanus, ac Leo, quem prudentiâ, & ceterarum virtutum ornamentis insignem medio in opere Deus abstulit. Præter hos Matrona nobilis Philippa nominæ. At ex vicinis Arcibus Sancius Sangandonus, Simeon Iquenda Tangodonus, Georgius Iasensidonus, & ante omnes Tacaiamandonus Darius, & Iustus. Hi erant arcium præfecti, Ecclesiæ Meacensis columnæ, Christianæque nobilitatis prima decora: sic ornati digni christianâ personâ virtutibus; ut possint Gentium omnium Magnatibus pro exemplo, ac forma proponi. Meacenses ubi supra tecta, & sana excitari opus vident; adeunt præfectum Vrbi loco Nobunangæ, queruntur ad suam, ac suorum Deorum iniuriam molem sic erigi: à quo cum nil retulissent, nisi lætari eos debere, quod peregrini homines ædificium extruerent, vnde Meaco decus accederet; ad Nobunangam lectos quadraginta mittunt cum ingenti dono, ut iubeat opus euerti. Sed & inde mæsti redire, non habito ad Regem aditu, Præfecti solertiâ, qui agi dignitatem suam credens, præcucurrerat. Idem Præfectus, cum sustollenda tigna essent, & vim magnam hominum requirerent; duos misit Nobiles, qui suo loco interessent operi: quæ res fecit, ut voluntarij permulti ex Ethnicis auxilium ferrent. Idem mox spectatum venit ædificium, & aliquid pecuniæ contulit. Idem cum in opera, quæ Nobunanga faciebat, fabri omnes adigerentur; vnam duntaxat Templi christiani ædificationem excepit. Assumptæ in Cælum Virginis nomine, quo primum die Xauerius Iaponiam attingit, dedicatum est Templum: eiusque patrocinium haud dubiè non difficultates modò sustulit, sed tantum fauorem conciliauit sancto labori. Miraculi instar habitæ duo sunt. Primum in caput operarij nudum, ut ferè habent Iapones, dum tectum imponderetur, lapsa regula, existimantibus omnibus extinctum, ita leuiter perstrinxit, ut opus non intermiserit. Qui beneficium diuinum agnoscens baptismum primo quoque tempore suscepit. Deinde cum incendium, quod Insulam depopulabatur, vento ingenti ad Templum compelleretur; ubi ad proximam domum venit, præter omnium opinionem, conuerso repente vento, in diuersam partem retortum est. Profuit igitur non ad honestius modò sacra tractanda, sed & ad christianæ legis famam spargendam operis splendor: cum iam ab adueni spectaretur inter magnifica Meaci tecta; perque eam occasionem Christus annunciaretur. Inter visentes fuit Bonzius iam quinquagenarius, qui perspecta Patrum domestica disciplina, non solum christianus esse voluit; sed etiam è Sociorum numero. Rochus ei nomen impostum. Incitata simul pietas est Christianorum. Itaque Natalitia Domini solennia magno ex vicinis circa locis concursu celebrata sunt. Et quoniam opportunè illa ipsa nocte aduenit Pater Ioannes Franciscus Stephanonius è Ximo à Caprali missus; statuere Patres sacrarum quoque specimen cerimoniarum dare: Diaconoque, & Subdiacono ritè ministrantibus, diuinum sacrificium, cum apparatu quàm possent maximo exequi: quod primum in Iaponia vniuersa peractum est sacrificium cum ea cerimonia. Completus est Ioannes Franciscus insolito gaudio, cum vidit elegantiam, ac mundiciam rerum, quas Christiani ad celebritatem comparauerant: & lacrimans, sublatis ad Cælum manibus, sæpè ingeminabat, quanta hinc voluptas esset Socijs Italiæ, atque Europæ totius, si quæ hic videmus viderent. Concurrere interdum etiam Ethnicis spectatum Ecclesiam, admirantes hinc elegantiam, & nitorem apparatus, hinc & multò magis mutua inter se Christianorum comitatem, caritatemque, qua tanquam germani fratres candidè, fraternèque agebant.

In Brasilia magnæ spei ceptæ superiore anno apud Fluium Regalem Ecclesiæ nequaquam optatum exitum habuere: nam cum Ludouicus Briticus Prætor Bayensis contra Apiripem copias ducens ad Oppidum Sancti Thomæ appropinquaret; Surubi ex Pago Sancti Ignatij eum suis profugit. Quo cognito Prætor ad eum; tanquam pace violata, insequendum tetendit. Leui prælio in syluis commisso, sclopeti glande fortuitò Surubi extincto, ceteri se dederunt. Non

252  
Noui templi  
structuram suis  
opibus adiu-  
uantes.

253  
Meacenses Eth-  
nici christiani  
templi structu-  
ram impedire  
conantur.

254  
Tandem ipsi-  
met cum Præ-  
fecto Vrbiis o-  
pem ferunt.

255  
Templum Del-  
pæ Virgini  
dedicatur.

256  
Faber muratus  
Ethnicus à gra-  
ui periculo libe-  
ratus, baptiza-  
tur.

257  
Ab igne vibem  
deuallante ser-  
uatur illæsum  
Templum.

258  
Bonzius ad Ba-  
ptismum, & So-  
cietatem acce-  
dit.

259  
Solenne sacri-  
ficium primum  
in Iaponia cele-  
bratur.

260  
Templi nitorem  
etiam Ethnicis  
admirantur.

261  
Braziliæ res in  
sausta.

262  
Surubi mortis  
defuere

- defuere graues auctores, qui testarentur eò dedicationem factam, quòd solùm redeundi ad Ecclesias nulla seruitutis mentio illata esset: tamen captiui omnes abducti, & in Sancti Thomæ Ecclesia indignis modis pro carcere habiti. Nihil neque Oppidani Sancti Thomæ, neque Beatæ Virginis à Spæ rapinæ militum reliquum fecere: qui duo ex tam multis pacatis Pagis supererant. Prætor in digressu eorum quoque Pagorum homines ad Ecclesias prope Bayam duci iussit. Ita post magnos Patrum labores, & spes propagandæ religionis ingentes, eò recidit res; vt mille ducenti Brasili ad pagos Bayenses deducerentur: quorum plerosque Deo miserante in suprema vitæ clausula sacro baptisate expiatos morbi intra annum seruitutis periculo exemere. Antonius quoque Sallemius, Brasiliæ australioris Præfectus, bellum hoc anno gessit contra promontorij frigidi accolas. Qua in expeditione, cum primùm, quæ oppugnabatur gens, strenuè dimicans victoriæ exitum incertum faceret; vnus de Societate Sacerdotis voce mitigata arma posuit. Inde ceteri Pagi faciliè in ditionem venère. Ceterum abducta, miserèque vexata mancipia faciliè ostenderunt, non tam religioni, quam avaritiæ bellum gestum, frustra reclamantibus, & obluètantibus Patribus. Quos nulla ærumnarum ita macerabat, vt angor animi, quòd viderent vbique portam Euangelio, quam Sanctus Spiritus latè panderet, cupiditate paucorum occludi. Atque opportunus aduenit sancti certaminis pro libertate miserorum, ac religione suscepti dux, nouus Episcopus Antonius Barrerius, qui Brasiliensè ouile tertius pait. Hoc anno Pernambuci, cum Oppidum locupletibus, ac nobilibus Lusitanis frequens sit, exposita Romæ, & in Lusitania sedis opportunitate, à Patre Gregorio Serrano Brasiliæ Procuratore, Collegium, Rege Sebastiano fundante, institutum est: idque ea Prouincia, post Bayense, ac Fluminis Ianuarij Collegium, tertium numerat.
- 263  
Templa profanantur.
- 264  
Bellum in Promontorio frigidum ab Antonio Sallemio excitatum.
- 265  
Antonius Barrerius tertius Brasiliæ Episcopus.
- 266  
Pernambuci Collegium à Rege Sebastiano fundatur.
- 267  
Mexici lucè grassante Iacobus Lopius moritur.
- 268  
Peruuiæ Prouincialis Iosephus Acofta declaratur.
- 269  
Balthasar Pinna Limani Collegij Rector.
- 270  
Prouincialis Conuentus celebratur.
- 271  
In eo decreta pro animarum salute.
- 272  
Ex Millionibus fructus collectus.
- Gratissima hoc anno lues depopulata est populos Mexicanos, Collegij quoque Mexicani Rectore vitæ, & doctrinæ præstantis Iacobo Lopio erepto. Instituta est in eo Collegio Sodalitas Beatæ Virginis: & Collegium ipsium ab Alphonso Villasecca, qui inde usque ab initio Societatem complexus ædes cum orto Patribus attribuerat, ac multa deinceps subsidia benignè subministrarat, annuo vectigali firmatum est.
- In Peruuiæ initio anni ipsi Ianuarij Kalendis declaratus est Prouincialis Iosephus Acofta domesticorum, & externorum summa voluntate: eò præcipuè à Visitatore lectus; quòd locorum erat peritior, & vulgo clarus, fama doctrinæ haud dubiè in eo tractu primus, rerum etiam spiritualium prudens, quanquam iudicio Plaza præstantior in propositionibus, generalibusque sententijs, quam in assumptionibus, proprijsque rerum agendarum iudicijs. Balthasar Pinna, quem animo Visitator Prouincialem destinaret, Rector Limani Collegio appositus. Celebratus est subinde prouincialis conuentus, in quo, tamen Procuratoris, qui Romam mitteretur, lectio dilata, quoad inspectio Visitatoris lucem rebus multis afferret; tamen multa ad Societatis, & religionis Christianæ profectum tractata. Rogatus Visitator, vt adesset; ita interfuit, vt suffragij eius nequaquam assumeret. Actum præcipuè de curanda indigenarum salute, quod eo loco potissimum Societati propositum est: & eunèta circumspectantibus quadruplex eius rei via offerebatur. Primum suscipiendo Parochorum more Ecclesiarum curam, quas doctrinas vocant: quæ ad id tempus vnica erat ratio visitata ijs in regnis. Deinde per excursions Societatis vniuersæ more. Ad hæc sedes certis regionibus statuendo, quas vocamus Residencias, nulla Paraciæ administratione suscepta. Postremò constitutis Collegijs, & Seminarijs, in quibus Caciquarum filij, hoc est nobiliores è gente pueri, piè, & sapienter educarentur. Excursions existimatæ sunt planè fructus amplissimi: cum plerisque in locis tenuis in admodum Euangelij notitia esset, Parochis vel necessaria doctrina vel sermonis vernaculi scientia, vel zelo animarum destitutis: imò locis multis Parocho nullo. Præterea vsus apertè docuerat, seu metu, seu alia causa populos Confessario infestos, nec audentes aperire sincerè conscientiam, abuti sacramento

mento confessionis; unde fiebat, ut magna copia generalium confessionum per eas excursions exciperetur. Ad hæc cum & vitæ quoque species modesta, ac religiosa, & abstinentia in primis non gratiam modò, sed etiam admirationem conciliaret evangelizantibus; libenter se ijs quisque tradebat formandum, quorum perinde amabat, & suspiciebat virtutem. Postremò in ipsomet Parochos magna redundabant commoditates tum ab exemplo, tum ab modestis exhortationibus: dum illud, qui obirent eas excursions, diligenter cauerent, ut reuerentur, & colerent Parochos, eorumque apud plebem auctoritatem conseruarent; neque vllò modo ingenium præferrent censorium, neque etiam ijs molestiam exhiberent siue hospitij, siue mensæ causâ: verùm ad Xenodochia diuerterent: quod & ad conciliandam Curionum benevolentiam, & ad liberius preces, meditationesque, ac ceteras religiosas functiones obeundas valitum esset. Tempus verò excursionum legendum, quo Parochi adiutores maximè expeterent, ac populi solutiores essent ab opere: quod tempus ferè est à Natali Domini ad solennia corporis Christi. Horum nec difficilis, neque controuersa fuit deliberatio. Illud difficultates habuit maximas, suscipiendæ necne Paræciæ, in quibus Curionum munia cuncta exercerentur. Obijciebantur ex vna parte sapè decantata pericula ex licentia, ex occasionibus intemperantia gentis, tum auaritiæ nota in exigendo Camarico (sic vocant collatam ab indigenis ad victum stipem) & stipendio à patronis, aut regijs fisci Præfectis: unde & lites quotidie orirentur, & grauis offensio populis, existimantibus Euangelium sibi venale proponi. Super hæc assiduè cum potestatis secularibus religiosam administrationem perturbantibus; nec quos Præpositis Regularium videretur in Paræcijs collocari, vel abduci sinentibus: nec minùs cum Episcopis decertandum, qui in Religiosos Ecclesijs Præpositos, tanquam Parochos sibi subiectos, etiam de moribus, & vita contendunt inquirere, quartam insuper partem stipendij repentes. Ex altera parte extrema memorabatur gentis necessitas. Societatis institutum propriè ad propagationem Euangelij factum. Quid huc, aiebant, venimus? Quid Societas in hisce regnis spectat, nisi Euangelij propagationem? Stationes liberæ curâ, excursions per interualla satis non sunt. Nam neque ea gentis huius ingenia sunt, quæ sine aliquo imperio ad officium pelli, ac nisi assiduè instes, diu officium ipsæ conseruent. Pueris assimilés sunt, magistri præsentia, paternaque animaduersione egentes. Hæc cum dicerentur, & Proregis flagitatio magnificè explicaretur; visum est id etiam genus attentandum Euangelicæ culturæ: sed hæcenus, ut testarentur Proregi, & quibus oporteret, experimenti causâ idoneus suscipi. Interim incommoda leuari posse, si probatissimi quique in eam curam deligerentur, & Præsidentem apud se haberent prudentem, ac vigilem: ijdemque omnes vnâ aliquâ domo religiosè viuerent. Nam cupiditatis, & auaritiæ nomen facillè sublatum iri, si conseruaretur ea ratio, quam Prorex nuper introduxerat, ut publicum esset ærarium, vnde Sacerdotibus præberetur argentum: nullo neque à populis Camarico, neque à patronis stipendio repetito. Illud quoque posse facillè impetrari à Gubernatoribus, ut ipsi Societati, cuius operam tantum flagitant, liberam suorum curam relinquunt. Causam verò cum Episcopis, quanquam sanè difficilem; tamen cum esset cum omnibus Regularium Ordinibus communis, & negotium Rex suscepisset: sperabatur etiam ipsam remedium habituram. Videndum igitur, si mitigarentur ad eum modum incommoda: experiendum, loco delecto, vbi posset iusta Religiosorum familia sustineri, nec proximè Vrbes, quia promptiora ijs auxilia, nec in remotissimis regni angulis, ut faciliora haberent Moderatorum adiumenta, quo oculos propiores. Statutum præterea est, ut catechismi scriberentur Quichuâ, & Aymariçâ linguâ, alijsque libelli, ars grammatica, & vocabularia: quod negotium Banzanæ, qui iam affecerat, commendatum. His de gentis iuuandæ vijs magno consensu decretis, ad conseruationem Societatis versa deliberatio: ac seriò disputatum ut iniretur via, qua Societas Provincialibus earum regionum, quò longius à capite abessent, hoc auxilia non communia modò, sed etiam propria quadam

Hist. Soc. Jesu Tom. 4.

R

fugge-

273  
Cum Parochis  
cautè agendum  
in Missionibus.

274  
Opportunitas  
ad Missiones  
tempus.

275  
An à Nostris  
Paræciæ susci-  
piendæ: pro  
vtraque parte  
rationes.

276  
Suscipiuntur  
experiendi gra-  
tia, & quibus-  
dam adiuuen-  
tis.

277  
Decreta pro So-  
cietatis conser-  
uatione.

278  
 Commissarium  
 perpetuum non  
 esse instituen-  
 dum, qui Pro-  
 vincialis præsit.

279  
 An expediat in  
 Hispania erigi  
 Seminarium  
 Sociorum in  
 Peruvia mit-  
 tendorum.

280  
 Balthasar Pinna  
 Procurator Ro-  
 mam mittendus  
 eligitur.

281  
 Paræcia susce-  
 pta experiendi  
 gratia.

282  
 Visitatio Epi-  
 scopi in Paræ-  
 cijs Societatis  
 non recusanda  
 omnino.

283  
 Oblationes  
 quomodo ac-  
 ceptandæ, ac di-  
 stribuendæ.

284  
 Iacobus Porres  
 Collegij Lima-  
 ni, Iacobus à  
 Sylua Collegij  
 Cusquenensis fun-  
 dationem offe-  
 runt.

suggereret. Ante omnia nemine discrepante, maximè autem Iosepho Acoſta Prouinciali ita censeſſente, nullo modo viſum eſt expedire, vt eſſet Commiſſarius perpetuus, neque cum ordinaria poteſtate, neque cum extraordinaria certis in cauſis Prouinciali præpoſitus. Nam ordinaria poteſtas, inquit, Commiſſarij non expedit: tum quia decreto ſecundæ generalis Congregationis repugnat, tum quia incommodis, quæ timentur, non itur obuiam. Sed quæ timebantur in vno, integra in duobus manent. Quippe quibus periculis ſubiacet Prouincialis, ijs nihilominus Commiſſarius obnoxius eſt. Multò minùs Commiſſarius ſecretus viſus ex vſu eſt, ne ambitioni, querelis, ſuſpicioni, turbis, diſſidijsque oſtium aperiretur. Itaque quod auxiliij, & remedij genus Conſtitutiones Generali tribuunt, id proportionè ſeruata cenſuerunt Prouinciali ſatis fore: vt quod illi quatuor Aſſiſtentes, id huic quatuor Conſiliarij præſtarent. Cùm ageretur de perpetuan- da Prouincia perenni ſobole; Primum exiſtimarunt, cùm futurum nunquam eſſet, vt poſſet ſibi ipſa ſufficere Prouincia, niſi ex Europa identidem ſupple- mentum acciperet; in conſultationem venit, an expediret Collegium in Hispa- nia excitare, quod eſſet Peruvia Seminarium. Aequum videbatur conferre Peruiam in alimenta eorum, qui in emolumentum ipſius educarentur. Cer- tiora etiam videri poterat eo pacto futura ſupplementa. Ceterùm neque ad vſum, neque ad exemplum eam rem valituram cenſuerunt: eò maximè, ne vulgus ſuoſte ingenio cupidum, amplificatorque ſermonum, iactaret acutè viam inuentam quantumuis argentum ex nouo orbe in Europam tranſuehendi. Ad hæc domeſtica inter Prouincias lites, & querelæ facilè extiſſent. Nam cùm ægrè hoc tempore Peruiicis ſatiſfieret, cum gratuito præberentur auxilia, quid tum heret, cùm traderentur quaſi mercede conducti? Nec erat facilè lon- go in ſtudiorum curſu, vt quibus ſcholasticorum eandem retineret voluntatem eas gentes adeundi. Itaque faciliùs, commodiùsque, ſi quos in illam expeditionem Deus vocaret, ipſa in Peruvia inſtitui poſſe: eo quoque compendio, quòd in- terim & aſſueſcerent moribus, & linguæ gentis, & vtilem ſubinde operam mul- tis locis conferrent. His, alijsque Ianuario menſæ Limæ conſtitutis, iterum conuenerunt hoc eodem anno Cuſqui ad eligendum Procuratorem, qui Romam mitteretur, cùm iam Plazæ inſpectio multa illuſtraſſet, & graua ſuper hæc ne- gotia perurgerent. Procurator Balthaſar Pinna lectus eſt. Lecto Procuratore accerſitus eſt ad conſultationes etiam Viſitator, qui vti in priore conuentu, ſine ſuffragio interfuit. Hic ruruſ de indigenis iuuandis conſultatione habita, viſum eſt omnibus Paræciam, quæ eſt in Oppido Iuli, Prouinciæ Ciuitati, experiendi cauſa ſuſcipiendam. Quòd ſi experimentum oſtenderet extare ex ea procura- tione pretium operæ; tum alias ſuſcipi poſſe, ſed non perpetuas: verum ad id tantum temporis, quod populo cuiſciam rectè, ac firmiter inſtituendo ſatis fo- ret: tum ad alium, atque alium deinceps migrandum, quo latiùs, & ad plures opera permaneret. Quòd ſi Epiſcopus vellet Societatis Paræcias viſere; non recuſandum eſſe in rebus propriè ad Paræciam pertinentibus. Quòd autem ad homines ipſos attineret, modeſtè, & humiliter libertatem religioſam conſeruan- dam. Dubitatum de oblationibus, miſſis votiuis, legatis teſtamentorum, quin etiam muneribus illis, quæ Camaricum vulgò dicuntur, recipienda nec ne eſſent. Et oblationes quidem in Eccleſia à Fidelibus fieri conſuetas, nequaquam prohi- bendas: tum ne populus ſancti eius operis fructu priuetur, tum etiam ne ad eò antiqua, ac pia conſuetudo paulatim excidat. Verùm res minutiores, vt fructus, ac radices, quas papas, & ciunum vulgò appellant, ſtatim diſtribui pauperibus, aut ad ægrotos mitti debere, neque vilo modo Patrum in domicilium importan- das. Res verò maioris pretij, pecora, & alia id genus deponi poſſe penes Magiſtratum populi: pios in vſus opportune diſtribuenda, nulla re pro ſacrificijs, nullo etiam legato admiſſo. Cantum diuino cultui adhiberi ſolitum, & appa- ratum alijs Parochis ſolemnem conſeruandum: præſertim cùm populi ſpecie illa ceremoniarum valde allicerentur ad pietatem. Cùm Iacobus Porres Sagredus, & Anna Sandoualia illius coniux Collegij Limani: & Iacobus à Sylua, ac Tereſa

Orgonia item coniuges, Collegij Cusquensis foundationem offerrent; visa est Patribus, si Pater Generalis probaret, utraque admittenda. Absoluto conuentu Balchasar Pinna Romam iter intendit, (eius loco Collegio Limæ Zuniga præfecto) Portillus Potofium ad initia ibi sedis ponenda. Bracamontius, Barzana, Iacobus Martinus, & alij nonnulli ad Paræciam Iuliensem, quam, quemadmodum dixi, experimenti causa, placuit suscipi. Est populus Iuli in pronincia Ciuitato ad lacum celeberrimum Inticacam, numero ad sexdecim capitum millia, quinque & viginti leucis ab Vrbe Pacis, ab Cusquo sexaginta; quatuor collibus includitur, quatuor in Paræcias distribuitur. Cæli temperatio inclementior ob assiduas exhalationes, ac ventos frigidos ex adiacente lacu surgentes. Sterile, & squalidum solum, & nudum gramine. Lacus ipse ex ea parte minimè piscosus est: lingua vtuntur Aymarica, quæ latissimè ab Cusquo ad Tucumanum spargitur: vt per eam occasionem facillè Societas nascisci Catechistarum egregium posset numerum. Illa autem maxima erat loco opportunitas, quòd ibi iusta Religiosorum familia intra eadem septa poterat conseruari: magnum religiose discipline, & institutionis populi adiumentum. Præterea inde ad complures circa populos faciles patebant excursus. Bracamontius constitutus est Rector: Barzana præcipuè adultos tractante: Iacobus Martinus instituendorum puerorum laborem assumpsit, tantâ curâ, vt spatio menstruo amplius quadraginta eorum Innocentium optimè totum catechismum tenerent, inter seque interrogando cum populi admiratione certarent. Tanta etiam alacritate animi, ac voluptate insudabat ei operi Martinus; vt sortem suam cum regia nequaquam se mutaturum profiteretur. Cæptus est singulis diebus catechismus: sacris verò non solum matutina concio instituta; sed etiam narratio cuiuspiam historiz siue è sacris libris, siue è Sanctorum vitis, quæ accommodata loco esset, quam, narrationem exempli, vocant. Idque sermonum genus miræ utilitatis non solum nouo in Orbe, sed etiam multis in locis Hispaniæ, vbi in vsu est, deprehenditur. Vixit subinde nonam sedem Plaza, & cuncta certo ordine temperauit. Triplici maximè in genere labor illic Patrum versatur. Primum in institutione catechistica gentis, sumministrandisque diligenter, ac liberaliter diuinis præfidijs. Deinde in humanitate, cultuque politione inducendo, barbaricisque ritibus, ac sordibus abolendis. Postremo, quod tamen plenum inuidiæ negotium est; tamen & necessarium, & maximi ad promouendam religionem momenti, in defendendis suæ curæ commissis: ne aut copiosis suis spoliarentur ab externis, aut oneribus grauioribus iniquè premantur. Plurimum autem proficere non hac solum fida tutela, institutionisque constanti sedulitate; sed etiam paterna quadam humanitate, ac maximè rectæ vitæ constantibus exemplis: quæ admirans populus, non amare minus, quàm reuereri tales magistros cæpit, & sanctos appellare. Inde autem disciplinam animo paratiore suscipiens, ita breuè in religione, cultuque humanitatis profecit; vt in Peruvia non Iuliensum modò Patrum, sed & populorum nomen latè celebretur. Interim inter Ciaciapoiæ, qui ducentis leucis Lima ab-sunt, Pater Christophorus Sancius eò superiore anno, cum Petro Michaële Fontio, profectus, vir è primis, & maximè vtilibus operarijs siue inter Hispanos, siue inter indigenas, laborum assiduitate vitam amisit, magno gentis exemplo, ac motu.

285

Iuli delatipio

286

Nostrorum labores, præsertim in catechismo docendo.

287

Nostrum ab admirandis populis sancti appellatur.

288

P. Christophorus Sancius inter Ciaciapoiæ moritur.

# HISTORIÆ SOCIETATIS IESV PARTIS QVARTÆ

A.D. 1577.

Liber Quintus.

Soc. 38.

**1**  
Euerardus Re-  
gulas peculia-  
rium munerum  
condit.

**2**  
Nicolaum Lanoium Austrie,  
Iacobum Auellanedam in  
Castellam misit Visitatores  
mittit.

**3**  
Tum Antonium Ioannem  
Toletanæ, Bartholomæum Aluarium Aragoniæ, Garziam Alarconium Boeticæ, Michaelen Solam Lusitanæ.

**4**  
Tum Possuini in Sueciâ.

**5**  
Iulius Fatius in Secretarium accersitur.

**6**  
Io. Baptista Carminata Prouincialis Siciliæ sufficitur.

**7**  
Io. Petri Maffæi consilia Euerardus non probat, nisi Secretatio vititur.

**8**  
Religiosa castra Aulae ritu non custodienda.

**9**  
Possuinus iu-  
uandis proxi-  
mis occupatus muneris Secretarij non relinquitur.

**10**  
Multos Iudæos conuertit.



NONO millesimo quingentesimo septuagesimo septimo intentus in vnam totius Societatis administrationem, perfectionemque Euerardus, dum Romæ monita, legesque peculiarium munerum cum Assistentibus condidit, & perfecit, Nicolaum Lanoium in Austriam, Iacobum Auellanedam in Castellam misit Visitatores. Optarat ipse coram Hispaniæ prouincijs visere: sed partim valetudine, partim dissuasione Assistentium prohibitus, ne dum parti consulit, summæ incom-

modaret, extremum sub annum prouincijs Toletanam Antonio Iuanni, Aragoniensem Bartholomæo Aluario, Boeticam Garxiæ Alarconio, Lusitaniam Michaeli Solæ spectandas attribuit. Missio, vt mox referam, in Suetiam Possuino; eius loco in Secretarium summa voluntate accerseretur Laurentium Magium: sed re ad Principum aures perlata; Maria Augusta, & ceteris ex Aula reclamantibus, accersitus è Sicilia est Iulius Fatius, Ioanne Baptista Carminata prouincijs Vicario imposito. Interim etiam Ioannis Petri Maffæi cœpit opera uti: qui, vt profanz literaturæ multum habebat, persuadere conabatur Euerardo, candidissimæ solertiæ viro, vt secularium quoque Principatum rationem cognosceret. Quippe Generali Societatis Præposito, cui cum quouis Christianorum Principum agendum foret, eam notitiam necessariam: non vt eâ in Sociorum administratione abuteretur: neque enim tectis simulatione consilijs, sed Euangelica veritate, ac prudentia Cœtuum virtuti dedicatorum constat administratio. Nec quicquam absurdius est, quàm scholam simplicitatis, caliditatis magisterio temperare. Sed vt artem ab alijs vsurpatam, intentatamque facilius intelligeret: & simili clypeo tutius similia tela repelleret. Verùm alienam ab religiosa ratione, & simplicitate curam Euerardus respuit: nam & virtus suo ipsa præsidio tuta satis est: vtque non more castrorum dicata Numini templa; sic neque sacra Deo claustra aulae ritu custodienda sunt. Opportunè cecidit Possuini ab Vrbe missio. Nam cum se in proximorum adiumentum effunderet; locum Secretarij non implebat, cum querimonia, nec sine incommodo Prouinciarum, Tamen è laboribus proximorum causa susceptis fructus haud pœnitendos legebat. Cum ad Iudæos diceret, iuuit multorum conversionem: & magna pars apud Pontificem Gregorium fuit, Neophytorum domus olim Sancti Ignatij opera cœpta, sed iacentis, erigendæ, ac vesticulis adornandæ: vbi è recens baptizatis per ætatem, atque ingenium apti bonis literis informarentur, & moribus, ad suorum deinceps gentiliū salutem curandam. Multa ab ceteris Socijs tota in Vrbe ad pietatis publicè, & priuatim incrementum ingeniosè, & strenuè procurata. In publicis Custodijs, præter libros pios, quos in medium catenula suspensos supra memorauimus, etiam sacrae imagines affixæ, impetrato Pontificis beneficio, vt ad eas orantes Indulgentias consequerentur, perinde ac si ipsas Urbis Basilicas, & Stationum Ecclesias adirent. Data est insuper opera, vt adicula sacra ibidem extrueretur, quò ad diuinum Missæ sacrificium vinciti conuenirent. destinato in eam rem Sacerdote, & additis præterea, vrbani Gubernatoris aucto-

ritate,

ritate, legibus ad ludos amolios, & alia peccatorum irritamenta, quæ maximè Patris Ioannis Tollerij sagax, & laboriosa caritas excogitauit, fecitque. Nouo quoque animarum ardore per fora, & compita ad rusticam turbam, & urbanam plebem habitam magno vsu conciones, Iulio Mancinello è domo Professa, & Petro Braccino è Romano Collegio sancti operis ducibus, quos bonus ceterorum manipulus sequebatur. Festo die octona, denaque paria per frequentissima loca spangebantur, ad gloriosas prædas: ne ipso quidem Adriane molis ponte publici supplicij loco prætermisso. Inmissi turbæ quoad perageretur supplicium expectabant, tum repente in celsiorem locum vnus fratrum proliens, signo Crucifixi prolato, ad concussam exempli spectaculo multitudinem de sine hominis, de flagitiosæ vitæ damnis, de cruciatibus sempiternis, de penitentia fructu, aliisque id generis, clamore, & impetu magno idonea temporis intonabat. Dignissima erat pijs oculis species, cum sacri piscatores sine dicendi facto, cum sua quisque sat grauis sagena reuertebantur ad templum Collegij, vbi Sacerdotes ferè decem expiandos opperiebantur. Hic admiranda diuinæ prouidentia, bonitatisque consilia in trahendis variis per artes ad salutis viam mortalibus contemplari licebat. Euēnit aliquando, vt inter ceteram turbam puer annorum circiter quindecim, habitu penè mendici ad Sacerdotem accederet consentientium more: qui cum interrogatus quampridem esset confessus; negassetque id vnquam se antè fecisse; paulatim eò ventum est, vt fateretur se Turcam esse, Romam ab hero profugum, nescio quo rumore libertatis adito Capitolio consequenda, profectum. Nunc autem Concionatorem cum turba ex foro secutum: quodque videret ceteros ad Sacerdotum pedes accedere, id sibi quoque faciendum putasse. Tum Pater, velitesceri Christianus interrogat: ac volentem inter catechumenos recipiendum curat: magno beneficio, dum quarit incertam corporis, certa animi libertate inuenta. In suo quin etiam regno bellum Diabolo illatum est. Publica aleatorum loca, & lupanaria adita feliciter: non prohibitis modò permultis criminibus; sed aliquot etiam conuenticulis lusorij, dissolutis, & multis tum ab infami quæstu muliereulis, tum scortatoribus ab letifero cæno abstractis. Accessit ad operam Professorum Patrum latius propagandam noui templi, quod magnifico sumptu Alexander Cardinalis Farnesius extruebat, absoluta pars, & sacris destinata muneribus. Proxima ante sacrum Aduentum Dominica, octauo Kalendas Decembris, cum plenam Pontifex indulgentiam aduentibus concessisset, vno & viginti Cardinalibus spectantibus, Præsulum, atque insignium personarum ingenti numero, populi verò amplissimo, primum sacrum magna cerimoniam, ac pontificio musicorum choro intercinente, Paulus Odescalcus Episcopus fecit. In Seminario dirum, & miserandum facinus edidit è Conuictorum numero adolescens. Ad pœnam pueriles ob noxas de more luendam seuocatus, vitæque manu calamarijs cultris furtim armata in famulum à quo comprehendebatur, irruit: cui cum Pater Stephanus Ferrarius Genuensis succurreret, conuerso in ipsum impetu, duobus ictibus bono Patri leuum humerum, ac latus perfodit: vnde quarto & trigesimo die post cruciatus dimissos expirauit: nobiliore fortasse corona Romæ donatus, quàm in noua Hispania, quod vt mitteretur per id tempus multum contenderat, consequi potuisset. Socijs egregia semper præbuit sanctitatis exempla, sanus, ægerque: quartum iam annum in Seminario Ministri obibat munus, non modò sine querela, verum etiam summa virtutis laude, & paternæ caritatis admiratione: vt ob mitem quandam, ac dulci lenitate conditam seueritatem carus omnibus, æquè ad virtutem probos accenderet, ac solutiores à vitij deterreret. Sacrilegus adolescens, cui statim Pater benignissimè omnem iniuriam condonauit, eadem nocte donum suam benè comitatus dimissus est. Vnius loco, quem cæcus adolescentis furor eripuit, multos Societati reddidit Seminarium alumnos egregios. Enituit in primis Innocentij Fontanæ pietas, & constantia. Huic genitor vnicam familiæ nobilis stirpem, quod certius in spem posteritatis educeret, etiam num sexennem, sponsalibus illigauit, sponsam domum adductam: quæ item parentibus illigatus.

11  
Neophytorum  
domum pro-  
mouit.

12  
Missiones per  
Vrbē instituit.

13  
Carcere detenti  
adiuti.

14  
Tū indulgentijs.

15  
Tum Sacello,  
vbi Missam au-  
diunt.

16  
P. Io. Tollerij  
opera.

17  
Iulius Mancinellus, & Petrus Braccinus concionantur per plateas.

18  
Et ad pontem S. Angeli peractis supplicijs.

19  
Ereclus eiusmodi concionum.

20  
Mahumethani mirabilis conuictio.

21  
Publica aleatorum loca, ac lupanaria non sine fructu lustrata.

22  
Primum solenne sacrum in Templo Farnesiano à Paulo Odescalco Episcopo factum.

23  
Cardinalium, ac Præsulum concursus.

24  
Seminarij Romani conuictor in P. Stephanum Ferrarium irruit.

25  
Innocentij Fontanæ vocatio.

26  
Sexennis sponsalibus fuerat illigatus.

duarum



- 27 In Seminarium  
mittitur.
- 28 S. Spiritu infir-  
mante Religio-  
nem vouet.
- 29 pp. illum in  
Societatem ad-  
mittere motan-  
tur.
- 30 Io. Baptista Car-  
radinus Semi-  
narij Coniuncto-  
piè moritur.
- 31 Adit illi Dæ-  
mon, & fuga-  
tur.
- 32 Apparet Beata  
Virgo.
- 33 Hæc denunciat  
Innocentio in  
Societatem in-  
gressum.
- 34 Euerardus In-  
nocentium ab  
Assistentibus re-  
pulsam recipit.
- 35 Admittitur die  
S. Catharinæ  
Senensî sacro.
- 36 A Patro au-  
doritatis Ponti-  
ficis expetundi  
causa è tyroci-  
nio domum re-  
uocatur.
- 37 Variè eum ten-  
tantes eludit.
- 38 Seria, veraque  
responsa.
- duarum familiarum reliqua germina, non occasu modò suas vendicarent origi-  
nes; sed ab re quoque domestica confirmarent. Sed nulli aduersus diuini spiri-  
tus vim fastidienaces nexis. Innocentius iam adultior ad Romanum Seminarium  
missus, vix anno illic exacto, feliciorum nuptiarum, & beatorisque hereditatis  
amore tactus est. Et quia Confessarius cunctabatur permittere vt se, quod  
anebat, ineunda religionis voto obstringeret; inter psalmodiam sextæ ferie  
maioris hebdomadæ, versiculum, Vouete, & reddito audiens, vehementi inci-  
tatus spiritu, eodem loco in genua procidit, castitatemque perpetuam vouit, &  
Societatem se ingressurum. Tertio inde anno votum festinans exoluere, quò  
facilius aditum sibi ad tyrocinium aperiret; operam dedit, vt à propinquis ab  
Seminarium educeretur. Nihil tamen minus propè communi Patrum consensu  
reiectus est. Qui ed circumspiciunt omnes sermonum causas vitabant, quòd  
nondum planè ex recepto Ioanne Baptista Cauanago motus resederant: & In-  
nocentij patris Ferrariensis Ducis Orator ad Pontificem Romæ degebat. Vni-  
ca itaque restabat constanti petitori consolatio, accepta moribundi amici vox, in-  
star diuinæ sponsonis. Nam paulò ante Ioannes Baptista Caradinus ex Coni-  
ctorum numero ad ædes Cardinalis Alexandrini ager delatus, tam religiose  
obierat; vt stuporem Cardinali, aulicisque cunctis afforret. Inter cetera, quæ  
admiranda sub eius obitum euenerit; eo ipso quo excessit die, cum Pater Petrus  
Marellus Seminarij Confessarius, vnâque Innocentius interessent; apparuit  
moribundo Dæmon: quo aqua lustrali abacto, repente Ioannes Baptista insoli-  
tam in latitiam os explicauit: ac Fratre, quid illud esset, inrerrogante, Sanctissima,  
inquit, Virgo hic adest præsens. Innocentius ad eam vocem & ipse lætitia, ac  
veneratione plenus, nihil disertè explicans, sed in Societate per illam impetran-  
da fixam habens curam: Quando, inquit, adest Mater Sanctissima, bonam mihi,  
& adintricem præcare. Et Ioannes Baptista; Clementissima, inquit, Mater hoc  
ait, te id quod optas assecuturum. Hæc igitur Innocentium sponso sustentabat:  
quoque die receptus est, cum ad Euerardum pergens in Sancti Andree forè  
versantem, salutasset Despatæ effigiem ad Quirinalis montis radices; causam ei  
suam raptim commendans, etiam Ioannem Baptistam, tanquam sponsorem, ac  
vadem appellauit: nec sanè incassum. Euerardus, quanquam ab Assistentibus  
repulsam, & cunctas difficultates cognorat; tamen collecto animo, & inuocato  
caelesti lumine, respondit; videri planè à Diuino spiritu eum adolecentem ad  
religiosam delectum vitam: nec sibi contra nitendum. Ita die Sanctæ Catharinæ  
Senensî sacro, quam præcipuo Innocentius colebat studio, cum literas parentis  
proferret, quibus ad propinquum scribens, significabat, si filius suus ad religio-  
sam vitam vocaretur, ei se nequaquam obiecturum moram; tyrocinium adire  
permittitur. Vociferari continuo patruus, & cuncta miscere, Conuenitur Pon-  
tifex, offertur licentia constantiæ adolescentis aliquot dies periclitandæ. Minas,  
blanditias, preces, disputationes, diabolica etiam irritamenta, quibus vexatus  
est, parco referro. Certè, si vnquam diuinæ gratiæ vis in eo corroborando ado-  
lescentulo mirifice splenduit: non enim solum tanquam scopulo firmior ad vi-  
darum, ventorumque persticit impetum semper inmotus; sed ipsos aduersarios  
disputando elingues reddidit, & pudore suffudit. Cum assidue obtunderetur à  
patruo, vt diceret quis è Patrum numero Societatem persuasisset; tandem veluti  
defatigatus, ac victus indicaturum sese respondit: & patruus alacriter animum  
facturus: Age, inquit, ego rem fidei regam silentio. Non ita erit subiecit In-  
nocentius: quin palàm fieri volo quamplurimis. Eo lætior patruus, tanquam  
in propinquo iam esset victoria, domesticorum multos confestim aduocat. Tum  
pacatè Innocentius: Quando, inquit, tantum cupitis audire, quis Patrum ineun-  
dæ mihi Societatis mentem iniecerit; decreui palàm effari. Ille mihi auctor huius  
consilij fuit Pater, ad quem omnes quotidie supplices conuertimur, cum dici-  
mus: Pater noster, qui es in Calis. Quòd serinum, verumque dictum, quam ho-  
minum expectationem elusit; tam animos pupugit, indignantes, se benè barba-  
tos adolescentulo annorum septemdecim ludibrio esse. Alio die dum delicatum

ei indusium offerretur; à domesticis interrogatus (quod in omni occasione ad deterrendum faciebant) tale ne inter suos Iesuitas habiturus esset; exemplò respondit: certè quodcunque haberem delicatius indutus essem, quàm Christus Dominus, qui nudus pependit è Cruce. Superuénit Mutina alius patruus, qui cùm commemoraret quantum puerili eius consilio cognito hausisset dolorem, adderetque pericula grauiora, quæ adierat in itinere, præsertim præceps collapsus, dum currente festinat equo; excepit Innocentius: Quid hoc est, nisi Dei vocatio, ei similis, quâ Diuum Paulum vocauit? Quod si vocem, Quid me persequeris? non percepisti: certè rem percepisti. Oblatâ sibi epistolâ, quam accipiebant à parente missam: Ad Rectorem, inquit, Nouitiorum Sancti Andreæ deferte: nam mihi iam semel eam domum ingresso, nefas est, moderatore inscio, siue dare literas, siue accipere: ac patruo ubi religiosæ vestes essent quærentem, tritum illud respondit: Monachus non existit ex habitu. Vir honestus, & grauius acre certamen in hunc modum intendit. Narrauit paulò antè se in Eremitam incidisse vestitum asperrimè, interrogatumque quis esset; respondit aliquot annos vitam sibi in Societate IESV actam: sed tandem nimia festum duritie, coactum mutare consilium, ac secedere in Eremitum: rursusque interrogatum, quæ fuisset ratio tanta loci, vestium, ac victus asperitate mutare vitam Societatis hac in re admodum temperatam; respondisse: quamuis prima specie Societatis vita mediocris videretur; tamen inter asperrimas numerari debere. Eas obedientiæ angustias esse, tot legum tricâs, adèd perpetuos labores mentis. Huius rei commemoratio, seu vera, seu conficta ad tempus fuit, nonnihil primò deterruit Innocentium: sed sublata statim ad Deum mente, & fiducia corroboratus cælesti, respondit: credere se, Deum voluisse in Eremita illo occulta sapientiæ suæ iudicia demonstrare: ac secum sperare ea usurum misericordia, qua vteretur cum tam multis, qui adèd iucundè, pièque perseuerarent. Hac sapientiâ, constantiâque tyrunculus Christi omnes refellebat impetus veteranorum sæculi; cùm illis, ad suprema tentanda, de nocte in rhedam impositum procul abripere molientibus, Cardinalis Vastauillani, ad quem rei Innocentius indicium misit, restitutus est iussu. Ergo victor ad sancta reuersus castra militiaque tam illustribus exordijs adnexa compare, anno millesimo quingentesimo nonagesimo primo in Romano Collegio pridie Idus Aprilis die Veneris sancto, quo religionem puer vouerat, ad Cali triumphos excessit. Marius Fabritius in Romana provincia per id tempus quocunque pergeret incensâ oratione cuncta diuini spiritus igne inflammabat. Tota ætate, sacrique Aduentus tempore, Perusia in Sancti Laurentij templo Vrbs principe, tanta approbatione, frequentiâque ac morum commutatione auditus est; quantam antea nunquam meminerant in ea Ciuitate contigisse. Vt bellicosâ in gente, ad tollendas inimicitias in primis valuit eius auctoritas. Idem cùm ad pudicitiam quasdam famosarum reuocasset, auctor fuit cœnobij eius, quod dein perfectum est, condendi: quo tanquam ex naufragio in portum perditarum id genus, si quæ emergerent, receptum haberent. Multum quoque Pisauri Petrus Blanca quadagesimalibus profecit concionibus. Cui cùm abeunti, quòd recusabat stipendium, Dux affabrè elaboratam cœrei Agni thecam, eiusque Coniux Crucifixi effigiem offerret, atque Episcopus adegisset accipere; Euerardus omnino restitui iussit: quæ Episcopus cum bona gratia recepta vni Sodalitati Pisauriensium addixit. Ex Lauretano Collegio salutare excursionem in agrum Firmanum, ac pleraque Samnitum loca susceptam: in quibus Ioannis Ferdinandi, eius, qui Romæ theologiam docuerat, atque Horatij Chrysofomi probata industria. Et sanè ardebat quadam vehemènti lucrandi Deo animas sicut Ioannes Ferdinandus, parique, quod necesse est ad perfectum, ardore sese, & mundi fastum Dei causa proculcabat. Adèd vt nimio abripi interdum æstu videretur minus euangelicæ sapientiæ intelligentibus. Nam cum aliquando leuitatem vnius fratrum reprehendisset in Lauretano Collegio: isque seueritatem, tanquam nimiam, & alienam ab Societatis spiritu incusaret; proflis repentè Ferdinandus, nudo capite, multis spectantibus, volutari humi

39

Literas ad se missas legere recusat & ad Superiorem referri iubet.

40

Acriter iterum tentatur.

41

Nonnihil commouetur.

42

Perstat tantum in lententia.

43

Victor tyrocinio refectur.

44

Moritur in Collegio Romano eo die, quo puer vouerat religionem.

45

Marius Fabritius concionator ardens, ac fructuosus.

46

Perusia inimicitias tollit.

47

Pœnitentium meretricum cœnobium excitari curat.

48

Petrus Blanca in concionibus Pisauri gratissimus.

49

Euerardus in donatum illum abire iubet.

50

Io. Ferdinandus, & Horatius Chrysofomus fructuosè per agrum Firmanum, & Samnites laborant.

51

Io. Ferdinandi feruor, & humilitatis spiritus.

52  
Missiones circa  
Neapolim, eius-  
que Diocesim.

53  
Claudius Aqua-  
uina Prouin-  
ciam inuifit.

54  
Bernardinus  
Realinus Col-  
legij Aletini  
Rector.

55  
Catanzarij Col-  
legij reditus in-  
uidiam coufâr.

56  
Aquauiua in  
Ciuium Conci-  
lio pro Societa-  
te perorat.

57  
I. Petri Pitta-  
rellæ mors, &  
funus honori-  
ficum.

58  
Exiguas dotes  
bonitate, & ca-  
ritate compen-  
fauit.

59  
Angeli Sibillæ  
Messanæ mors.

60  
Collegij fores  
Paradisi portam  
appellabat.

mi capit, seque contemptum, ac despiciatum reddere: identidem ingeminans: hic est Spiritus Societatis IESV. Idem, sub autumnum, cum Patre Antonio Salazario, in Petri Trigosi locum missus in Belgium; Austriaco Principi, atque exercitui Catholicorum (vt infra referam) salutarem nauauit operam. Circa Neapolim, Archiepiscopi Cardinalis rogatu, terna dimissa sunt paria Sacerdotum instituendæ plebi, & expiandæ: quod ex voto perfectum, totâ Diocesi tres distributâ in partes. Claudius Prouincialis, domesticis rebus Neapoli compositis, Prouinciam uisit: quæ, præter Nolam, duo tum habebat domicilia, Aletij, & Catanzarij. Aletij Bernardino Realino Præside pauci uersabantur è Societate, sed mirè Ciuibus accepti. Iam nouum templum prope fastigium uenerat: in quo sexto Kalendas Nouembris diuina fieri cœpta. Nullos dum certos hic reditus habebat Societas, quòd inuidia domum Professorum Ciuitas postularat, tamen iam Collegium mallet. Catanzarij Collegium erat gratum vulgo, & fructuosum, nisi quod attributum illi à Ciuitate olim uetigal, constabat inuidiam (Mastridatiam uocant) quasi Magisterium actorum, tabellionum publicum munus: ex cuius uenditi precio alebantur. Inde fiebat, vt dum scribæ suas literas magnò uendunt, palàmque iactant se officium magno emisse, & pretium persoluendum Iesuitis; auctoritas Sociorum ad uulgus uilesceret. Ergo Claudius, impetrato publico Ciuitatis Concilio, hunc in modum disseruit. Societatem quam ob rem Catanzarum uenisset, vt re quacunque posset, utilitatibus publicis inferuaret: id ad hanc usque diem enixè semper egisse: tantòque enixius acturam in posterum; quantò diutius, & alacrius Ciuium erga se caritatem, ac beniuolentiam experiatur. Ipsos quoque Ciues potuisse tam longo tempore periculum facere, essetne Collegium è Republica. Quòd si qua re non satisfaceret, curaturum se apud Generalem, vt uia iniretur, qua uel satisfaceret, uel si mallet, onere illo liberarentur. Ceterum si Societatem uellent, nihil se petere, præter necessaria naturæ. Victum, & uestitum habentibus, nihil uultrâ religiosis uiris opus esse. In assignato reditu deprehensa grauiâ incommoda, quæ non religiosam modò perturbarent quietem; uerum & gratiam eleuarent, magno cum pietatis publicæ detrimento. Viderent pro sua caritate, atque prudentia quid Ciuitati, gloriæque diuinæ maximè aptum conferent. His dictis abiit è Concilio. Illi communi consensu, eâque alacritate, vt dicerent, se uel filios, si opus foret, in alimenta Collegij uendituros: quatuor è suo delectis corpore, remedij curam delegant. Ita omnia cum pace, summotis offensionum causis; constabillita. Ex hoc Collegio ad Patriam caelestem migravit Ioannes Petrus Pietarella senior quinto Nonas Martias: qui cum iam Sacerdos, cogniteque uulgò uirtutis ad Societatem sub eius Collegij initia accessisset; deinceps ibidem perstiterat, plerorumque Ciuium animas regens. Itaque incredibilis fuit concursus ad exequias, quas peregit cum Clero Episcopus, qui aliquandiu item Patri ad sacrum tribunal conscientiam aperuerat: postque exequias absolutas, ad eò uenerandum corpus conferta multitudo obsedit; vt ne Episcopo quidem, quamuis contententi, ad osculandas ei manus patuerit accessus: neque potuerit, nisi multa nocte, post eiectum prope vi populum, ac Templi fores oclusas, sepulchro condi.

Alterum & quinquagesimum agebat ætatis annum, quartumdecimum Societatis, paucarum literarum, nec admodum excellentis prudentiæ: at bonitatis rara, & caritatis: quibus rebus uniuersam Ciuitatem mirandum in modum iuuabat. Ad eò ad res magnas in pietatis tractatione gerendas ualentiora diuina sunt, quàm humana præsidia. Id Messanæ quoque perspectum est in Angelo Sibilla item seniore (nam & Ioannes Petrus Pittarella, & Angelus Sibilla iuniores supererant) Is, de quo loquor, Angelus Sibilla oriundus ex Oppido Monteforti in Sicilia, exiguæ eruditionis homo, neque eloquentiæ, neque oris dignitate, neque ulla dote humana ad captandos animos instructus, sed tantum bona simplicitate, cupidâque parendi, ac Deo seruiendi uoluntate abundans. In Societatem anno redempti Orbis millesimo quingentesimo quinquagesimo septimo, suo autem uigesimoquinto adscriptus est. Ferunt cum primùm ad Collegij fores uenisset,

nisset, validis pulsantem ictibus dixisse: Hæc mihi Paradisi porta. Subinde excolendæ Domini Vineæ addictus totus in opere, quietis osor, mirum quanta in animis, quos tractabat, virtutum alebat decora. Vltro se Ianitori, Aedituque offerebat, querens laborum materiam: & ut ipse loquebatur, num quæ adesset ouicula, quæ posset inuari. Supremo autem anno, cum ex annis Romanæ Professorum domus literis audisset, quosdam Romæ Patres totos dies ad Pœnitentiæ sellam assiduos præstolari; ut non solum vltro accedentibus in promptu esset beneficium; sed & quempiam fortè ex alia omnia cogitantibus opportunitas inuitaret; ex Patre Fatio impetrauerat, ut item sibi liceret totum diem agitare in templo. Quod dum quàm studiosè concupierat, tam constanter exequitur; ipsis Iunij Kalendis accessit ad eius sellam vetula mulier, de quæ peccatis per oium confessâ, in digressu significat se pestilentiam ictam; nondum enim id malum in Sicilia planè conciderat. Nihil Pater inde commotus est. Sed protinus sensit iam se latifero afflatum halitu. Quare vltro se ab commercio fratrum abiungit, versâ ad exitum præparandum cura: biduoque post, cum dolore totius Ciuitatis, excessit. Cuius postea semper, tanquam viri sancti, memoria viguit. Aequum est Mariæ Principis Parmensis extare in hac Historia monumentum. Hæc enim ingens virtute, & sanguine Heroïna, Emmanuelis Lusitani Regis ex filio Odoardo neptis, non solum Ducem Raynuccium, atque Odoardum Cardinalem tam insignes Societatis Patronos genuit, præcipuoque semper studio totum complexa est ipsa hunc Ordinem; sed ex eodem conscientia suæ magistros habuit: qui non nihil contulere ad eam celebrem, quæ adhuc viuuit, & nullo suo abolebitur sanctitatis eius famam. Longo semestris morbi cruciatu exercita, septimo Idus Iulias ad beatum, æternumque Principatum Cæli migravit. Exat breuiarium excellentium eius virtutum à Patre Sebastiano Morale, quo vsa confessorio erat, collectum. Eas licet æstimare ex vitæ ratione, quam sibi ipsam præscripsisse, & in libellum sua manu retulisse refert. Cuius libelli prima capita erant hæc. Ante omnia semper animo versâ illa Christi Domini verba; Quid prodest homini si vniuersum mundum lucretur, animæ verò suæ detrimentum patiat? Deinde & vocem Sapientis, Memorare nouissima tuâ, & in æternum non peccabis. Ad hæc, persuadeas tibi, quod res est, honestissimum omnium, quæ habeas decorum, ac titulorum esse, quod christiana sit. Multaque huius generis digna sanè cogniti, & Principibus viris imitanda subiunxerat: eoque clauserat, Ut nequaquam se in negotia vnquam Religiosorum hominum immisceret: ne aliqua ex parte eorum obedientiæ impediret fructum: quod in omni vita præstitit diligenter, magno documento solidæ suæ virtutis. Nihil enim æquè proum est, quàm feminas nobiles cuiusdam delicatæ pietatis studio, vel in deligendis sibi ad voluntatem Confessarijs, vel in alijs religiosis officijs id attentare, vnde obedientiæ perfectio, & bonum commune labefactetur. Brixia, cum Ciuitatem immaniter inuassisset pestilentia, septem è Societate extinxit. In his Franciscum Stephanum multarum virtutum, qui se expiandis morbidorum animis vltro deuonerat anno millesimo quingentesimo quinquagesimo secundo, ætatis decimo septimo, Valentia in Societatem, Benedicti Peteriæ potissimum exemplo, ingressus: cumque eo non multò post in Siciliam missus, humaniores literas in Mamertino Collegio, & Rhetoricam professus, iam Brixia questiones conscientia explicabat magno nomine, & publico vsu, quo acerbior cunctis accidit eius occasus. Contactus est pestifero vlcere Pater quoque Antonius Marta in caritatis aduersus morbos munere Patris Francisci collega: sed nondum ad curriculum sui metas peruenerat. Suas & Breranum Collegium Mediolani clades accepit, inter ceteros Philippo Contareno orbatum. Hic clarissimo è genere, honoribusque in Republica Venera omnium opinione destitutus amplissimis, & iam ex parte potius; quarto ab hinc anno trigesimum primum vitæ percurrens, flore iuuentæ, ac seculi blandimentorum Cruci Domini posthabito, ad Societatem transgressus, vitam instituerat planè priori contrariam. Quò honoribus in seculo, & famulis magis abundar; hoc se postea gaudebat.

61

Laborum studio.

62

Corripitur peste audiendo confessionem infectæ vetulæ.

63

Mariæ Principis Parmensis mors, &amp; laudes.

64

Sebastianus Morales, eiusdem virtutes compilauit.

65

Vitæ ratio, &amp; salutaria monita ab eadem scripta.

66

Specie pietatis Principes femine religiose obedientie negotium sæpe iactant.

67

Brixia Septem è Societate peste sublati.

68

P. Francisci Stephani obitus, &amp; laudes.

69

P. Antonius Marta peste creptus.

70

Mediolani in Brerano Collegio Philippus Contareno virtutibus præstans moritur.

- 71 Eius abiectio. debat contemni magis, & subijci, & fratrum vel minimis inferre. Scripsit ad fororem nunquam tibi ita iucundè fuisse pretiosa vlla in veste, vt gaudebat for- dida tunica, qua Coquo inserviens utebatur. In alijs præstantibus eius viri vir- tutibus ea quoque numerabatur, quòd nulla de re vniquam in consuetis animi remissionibus, nisi de diuinis habebat sermones. Genuensè Collegium Paulum Doriam patronum optimè meritum, & virum multis nominibus clarissimum amisit Kalendis Maij: qui, cum multa Collegio testamento legasset; Euerardus, ne filios offenderet, legato remisit, Taurini die Sancto Gregorio Pontifici sa- cro, Emmanuele Duce auspicante, fundamenta posita noui Templi. Veronæ nouum Collegium à quatuor Sacerdotibus, duobus Laicis inchoatum, maximo Cimiratis fructu, gaudioque Augustini Valerij Episcopi, partim ipso, partim Vberto Sacramoso vitæ subsidia suppeditantibus. Ceterum pestilentiaë flammâ Mediolani, Venetijs, alibi que per Italiam magna ex parte restinctâ; pristina & pietatis, & doctrinæ munera sensim reuocabantur. Quo tempore in Polonia Regno Catholica religio, vnâque Societas, Stephano Bathorio Rege in primis adnitente, quanquam non sine aduerso impiorum restatu prouehabatur; suum Rex aduersus Societatem animum satis aliunde notum, datis quoque ad eam literis restatum voluit: quas ego gratæ memoriæ duxi hosce in annales ad litem illigare.
- 72 De rebus diuinis frequentia colloquia.
- 73 P. Euerardus Legato Collegio Genuensi relicto remisit.
- 74 Taurinor nouum Templum fundatur.
- 75 Veronensè Collegij initia.
- 76 Poloniae res.
- 77 Stephani Regis de Societate honorificæ literæ.

Stephanus Dei gratia Rex Poloniae, Magnus Dux Lithuaniae, Russiae, Prussiae, Masouiae, Samogitiaeque, &c. necnon Princeps Translyvaniae.

Venerabiles, deuoti, nobis dilecti. Significatio præclaræ voluntatis vestrae erga nos, quam partim ex literis vestris, partim ex proluxa Ioannis Zamouici Secretarij nostri relatione cognouimus, gratulatio item, & preces pro vniuerso successu rerum nostrarum fuere nobis, & sunt gratissimæ. Talibus enim præsidijs potius, quæ ex diuini auxilij fonte promanant, res nostras communiri, quàm vllis humanis viribus, quæ fluxæ, & caducæ sunt, optamus: quæ ad hoc usque tempus, Dei beneuolentiâ; non mediocri rerum nostrarum profectu, magno nobis adiumento fuisse; est quod Dei clementiam laudemus, illique gratias agamus. Quòd verò Ecclesiæ Dei, atque vniuersæ Reipublicæ christianæ tantam nobis diligenter commendatis; id, quemadmodum à pio, laudabilique vestro affectu proficiscitur; ita nobis præcipue curæ semper fuit, ac longè maiori in posterum futurum erit. Nam nobis quidem, & existimationi nostræ, vltra etiam merita nostra iam olim diuino munere satisfactum est. Nunc eò labor omnis conferendus erit, quòd ornamenta hæc, quæ liberalissimâ manu in nos Maiestas diuina contulit, ad eum fontem, cui in primis debentur, relabantur, diuini scilicet nominis laudem, & propagationem, & Reipublicæ christianæ incrementa. Ad quam rem meliùs ex animi sententia conficiendam, cum vester Ordo vel in primis nobis apprime sit necessarius; meritò nobis & est, & erit semper gratissimus: quod tum re potius, quàm verbis declarabimus, vbi primum Regni huius nostri negotia composuerimus, ac ad optatam quietem omnia perduxerimus: quod vt quamprimùm fiat pijs precibus vestris effici debet: quibus nos etiam atque etiam diligenter commendamus. Benè valere deuotiones vestras cupimus. Ex Castris ad Gedanum die vigesimaquarta Mensis Iunij, Anno Domini millesimo quingentesimo septuagesimo septimo, Regni nostri Anno secundo. Tendens contra Hæreticos Gedanenses, ac perduelles, qui numerofo exercitu regnum infestabant; venit Rex si Gedano potiretur, catholica ibi restitutum sacra, & Societatis Collegium positurum: paucisque post diebus præclaram retulit ex hoste victoriam decimosexto Kalendas Maias. Verùm cum rebelles per Autumnum reparatis viribus, eò ferociùs, quòd Classe plus poterant, hostiliter in regia oppida grassarentur, iamque vicino lacu traiecto, ignem, ferrumque Varmia, & Branspergæ minitarentur; non expertes calamitatis fuere Socij Branspergenses. Nam cum Cives pecuniâ se, suaque redemissent; postularunt Hæretici, vt Iesuitas insuper eijcerent, aliter se cuncta promiscuè euer- furos.

78 Idem venit se Collegium fundaturum à victoriam contra Hæreticos consequatur.

79 Hæretici Iesuitas eijci instant & ad modicum tempus obtinent.

furos. Itaque Senatu, & Capitaneo rogantibus, filij pacis, ne Ciuitas, cui vel suis capitibus consultum optabant, ipsorum causa periclitaretur; vno & altero ad Collegij custodiam relicto Fratre, vicina in Oppida, & Pagos migrarunt. Nec longum exilium fuit. Quartodecimo post die, cum de pace ageretur, reuersi. Interim dum Rex coercendis Gedanensibus distinetur; trepidatum est in Lithuania, ingresso in Liuoniam finitimam ei Moschorum valido exercitu, & multis arcibus occupatis. Timebantur & Tartari. Aded Tyrannus infernus per omnia suorum administratorum genera, per Hæreticos, per Schismaticos, per prorsus à Christo alienos barbaros Regis optimi conatus ab erigenda religione conabatur euertere. Interim tamen spes blandissima affulgebat è Suecia, Ioanni tertio eius gentis Regi veritate clariùs in dies illucescente, Patris Laurentij Noruegij, post Deum, operâ. Antè narraui Ioannem haud prorsus abhorruisse ab Catholicis, cum coniugem haberet in primis catholicam Annæ Reginae Poloniae sororem, & ipse vetustis Sanctis Patribus, quos studiosè peruolutabat, multum tribueret: eoque faciliùs adeuntem ad se Laurentium priore anno susceperat. Verum metu rerum nouarum, non perinde ad profitendam veritatem fortis erat, atque ad intelligendam acutus. Frater, quem habuerat in vinculis, ille quidem nuper obierat: adhuc tamen ab superstite Fratre Carolo Sudermania Duce restabat metus, ac Rege Daniae, quem fœdere, cum fratre coniunctum suspicabatur. Ergo sensim, ac pedetentim viam vetustis sacris straturus, auctor Laurentio fuit dissimulanda in præsens religiosæ professionis, & literas ab Ministris StoKolmiensibus, & Germanis ibidem degentibus exorandi, quibus Regi ipsi commendaretur. Hoc enim pacto, & suspicionem opprimi posse, ne qua contra hospitem in vulgus iret: siquæ quid mouere vnquam aduersus Regem Ministri ea causa tentarent; suamet commendatione eos refutatam iri. Laurentius nullo negotio literas, quales optabat, à Germanis consequutus, Ministros solers aggreditur, sermonem familiariter miscet varijs de rebus: diu se in regionibus exteris dedisse operam studijs sapientiæ: Fuisse Louanij, Duaci, Coloniae: quod audisset regis Maiestati in animo esse nouum instituere Collegium, venisse, vt si cui ylti foret, labores suos Regi deferret: malle enim patriæ, aut finitimis, quàm alienis, & longinquis prodesse terris: ferant ipsi auxilium, & qua apud Regem auctoritate pollent, eam benignè sibi accommodent. Ministri, homines oppidò indocti latini sermonis, promptam copiam, atque elegantiam admirati, operam omnem pollicentur, virumque Regi impensè commendant. Rex gratum sibi officium eorum demonstrans, Laurentium Theologiae professorem cooptat, imperatque, vt scholis eius vniuersi StoKolmienses Ministri, erant autem ferme triginta, & summæ classis adiutores penè numero pares intersint. Non potuit praelaris cæptis aduersarius diu deesse. Homines duo erant cuncta in Suecia celeberrimi, ac tanquam columina sacrae, profanaeque doctrinae StoKolmiae vterque, Olaus pastor Ciuitatis, & Abrahamus gymnasij publici Rector. Hi se potissimum obiecere. Sed vtrumque Rex, quod natalem Beatissimæ Dei Parentis celebrare neglexerant, primò suis spoliatum truneribus, deinde quia Ministros, populum, & Scholasticos in Laurentium, & Regem ciere pergebant, vrbe expulit: non ausus in vincula dare metu tumultus, Gymnasio, Abrahami loco, primum vnus Ministrorum praefectus est: mox Ministro per ætatem, atque doctrinam minùs oneri sufficiente, ipse Laurentius, cum Socio Florentio, scholas omnes suscepit: cui tamen illa erat summa curam, vt Regis animum penitus sibi adiunctum ad caelestes molliret fatus. Deterrimè Rex de Ecclesiasticis Praesidibus & sentiebat, & loquebatur, opinione ex Hæreticorum hausta sermonibus, qui nostratibus è terris profugi, Praesulum vitam impudentissimè proscindentes, per alienam infamiam vitijs suis obtentum querunt. Hoc animaduerso Pater ad prauam euellendam opinionem captare tempora, inferre opportunè sermones, confutare calumnias, religionem multorum Antistitum catholicorum predicare. Gregorij in primis Pontificis Maximi beneficentiam, ac virtutes ceteras celebrare. Quod aded cessit è sententia; vt

80

Sueciae res.

81

Ioannes tertius  
Sueciae Rex ad  
Catholicam re-  
ligionem incli-  
nat, sed non fa-  
cile flectitur.

82

Laurentius  
Noruegicus  
commendatias  
literas à Mini-  
stris hæreticis  
impetrare con-  
sulitur ab Rege.

83

Facile obtinet.

84

Theologiae  
Schola ei com-  
mittitur.

85

Duo Primates  
se opponunt.

86

Rex vtrumque  
punit.

87

P. Laurentius  
à Rege malam  
de Ecclesiasticis  
opinionem ab  
Hæreticis hau-  
stam remouet.

iam Patrem sanctissimum Rex magnificeret, amaretque. Ceterum siue restituendæ religioni instans, ut aiebat, siue nouæ de suo ingenio condendæ, nouam Liturgiam edidit. Ea non ita multos, ut vulgaris Sueca, continebat errores. Quamobrem Abrahamus, & Olauus statim impugnare aggrediuntur. Propugnationem monitu Regis Noruegus suscepit, aliquid sperans posse valere ad veram; & catholicam sensim introducendam. Sic autem aduersarios Laurentius fregit; ut apertè reuicti hostes ad Concilium Episcoporum, ac populi pronocarint. Concilio in huius anni exordium indicto, Romam Rex interim duos legat, Petrum, quo maximè in religionis causa utebatur, quemque tametsi vxore illigatum, creari Episcopum cupiebat, & Pontum à Guardia, ut certam pecuniam in Regno Neapolitano sibi vxoris nomine debitam, Pontifice opitulante, redimeret. Hinc quidam suspicati sunt, nunquam Regem Suecum bona egisse fide, sed callida simulatione, nonnisi ad pecuniam tetendisse. Quæ, mea sententia, suspicio infirma est; cum tam multa in regno mutari necesse non fuerit pecuniæ non admodum magnæ cupidinè; & constet inter omnes non indoctum, neque hebetem fuisse Ioannem. Ad hæc Sanctorum Patrum in primis studiosum, & magnum æstimatorum, ut facilè ex ijs nouarum vanitatem sectarum potuerit intelligere, quamuis parem constantiam ad rectè intellecta defendenda, ac proficienda non adhibuerit. Ex duobus legatis Petrus in mari Balthico tempestate periit: Pontus Romam profectus, ut in arcanis habebat mandatis postulauit, ut quoniam haud dubiè Danus, Moschus, Fraterque Regis Carolus, si religio mutaretur, arma erant Sueciæ illaturi, ac Ministri ipsos ad defectionem Suecos sollicitaturi; Sanctissimus Dominus, pro paterna omnium Ecclesiarum custodia, Cæsaris, Regisque Poloni auxilia ipsi conciliaret. Insuper ab sancta Vrbe Sacerdotem mitteret, per quem de religione vera cognosceret. Hæc fuit Possuini, quem Pontifex per occasionem negotiorum Societatis norat, & probabat, causa mittendi: qui nonnisi insequentis anni exordio, ut eo loco dicitur, peruénit. Interim Rex sedulo animis populi captandis instans, ubi dicta conuentui dies adfuit sic fertur locutus. Audistis, populares, quid conseruandæ paci, & tranquillitati publicæ gestum à me sit: quid aduersus Moschi impetum sit statutum. Nunc pauca de ijs accipite, quæ ad animarum salutem pertinent. Negligentia Ministrorum vestrorum in cultu religionis obscura vobis non est. Videtis, ut sinant collabi templa, vestes sacras fordescere, ac destrui: demum omnia diuina quam nequiter tractent: domi argenteis ut scyphis, in sancto altari calicibus, è luto, & ligneo orbe sacre patenæ loco: ad hæc fingere sibi quemque ritus novos, & cerimonias ab alijs alias pro libidine vsurpari. Ad quæ singula cum populus acclamaret, ita planè esse; Rex subiicit: Decretum igitur mihi est, non meo duntaxat, sed & Archiepiscopi, & Episcopi Arosiensis, aliorumque doctorum virorum iudicio Clerum reformare, religionem puram sequi, augere pietatem: & alia, quæ ad Dei Optimi Maximi cultum pertinent in hoc regnum inducere. Ministri vestri, quæ eorum est impietas, spargunt in vulgus nos hæresim, falsamque doctrinam velle inuehere, nolle nisi latinas conciones ad populum haberi: Ministros ab vxoribus velle seiungere: atque adeò iam centum millia Monachorum aduentare huc accersita à nobis. Nolite, Viri boni, nolite, per Deum, hisce obrectatoribus fidem habere: nolite aures vestras hisce mendacijs dare, quibus inuidi isti nihil agunt aliud, quam ut vos ab Rege vestro abducant. Tum plebs contenta voce contestatur nullam se ijs habituram fidem. Ac Rex: Vultis ne, inquit, quot quot hic adestis Liturgiam modò editam vnà mecum, cumque alijs spectata probitate Viris, vel inuitis Ministris, probare? Hac si estis sententia, manus sustollite. Absque mora populus vniuersus magno plausu manus in Cælum extulit. Iisdem in Comitijis statuit Rex, ut antiquo ritu Quadragesima carnum abstinentiâ celebraretur, quod & populus approbauit. Ita præmuniebat religioni catholicæ viam. Eodem tempore & Catharina Iagellonia Regina Sacerdotem catholicum è Societate postulante ex Anna sorore sua Regina Poloniæ, huius rogatu, Pater Varseuitius iam Suecæ Reginæ notus ei profectioi destinatus est: &

88

Rex duos Romam ad Pontificem legat.

89

Suspicio de Regis fide.

90

Regis per Legatum mandata ad Pontificem.

91

Possuini à Pontifice ad Regem Sueciæ mittitur.

92

Regis concio ad populum.

93

Ministrorum in res sacras negligentia.

94

Populus Ministris assensum abnuat.

95

Rex abstinentiam à carnibus in Quadragesima restituit.

96

P. Varseuitius ad Reginam Sueciæ mittitur.

Pater

Pater Laurentius sex præclaræ indolis Suecos iuuenes Romam in Collegij Germanici disciplina docendos misit. Ex quibus idonei, catholicique suffici pastores tempore suo possent. Ita spes vndique bona sese monstrabat Regni amplissimi Ecclesiæ sanctæ restituendi. Neque minorem faciebant spem ditionis Casaræ penitus ab erroribus vindicandæ insignia catholici Principis documenta, quæ Rodolphus edebat. Olomucij, cum primùm eam Urbem iniret, exceptus est à Collegio extructo fornice musarum operibus, ingeniosisque emblematicis conuestito: comiterque Princeps dispositos in eo pueros liberalium artium, speciem referentes, dum salutaretur, audiuit. Pernesstanno Cancellario, & Ioanne Haugbitio Morauicæ subcamerario prelatoribus Monasterium Sanctæ Mariæ in Vrbe Bruna Domui Probationis addixit: Sanctimonialibus paucis, ad maiorem religiosæ vitæ custodiam, cum alijs item paucis, ex eodem Sancti Dominici Ordine, in Sanctæ Annæ cœnobio coniunctis. Porro ita traditum est Societati Monasterium, vt literariæ quoque Classes instituerentur. Quippe vrgebat necessitas sincera, integræque doctrinæ: præsertim quod finitimi Dynastæ nouorum mancipia dogmatum ad auertendam ad se iuuentutem, nec sustentandum modò, sed & proferendum regnum impietatis scholas duas in propinquo extruxerant. Græciens quoque Collegio Templum Sancti Aegidij est traditum, in proximam Sanctæ Catharinæ ædem paræciæ iuribus translatis. Pontifex non modò libens auctor fuit; sed & ad Seminarium Pontificium Græcij quoque condendum annuum vectigal attribuit. Pragæ initio anni compar Antuerpiensi rumor, de quo supra memini, & periculum extitit. Sacerdos è popularibus pro concionè dixit: Vssitas non tam rationibus edomandos, quàm armis. Is, quia nonnullum habebat cum Societate vsu, existit rumor Iesuitas in Vssitarum necem coniurationem molitos, armatorumque ingentem manum partim in Collegio habere, partim ad Villas. Mirùm quantum plebis animos sua sponte mobiles, & inanibus credulos, ea vanitas concitauit. Nihil propius factum est, quàm vt in Collegium impetu irruerent, ferroque & igni delerent. Senatus in tempore occurrit, qui planè fabulam ridiculam sciens, veritusque ne turbulenti causam tumultus arripere; custodes apposuit; iussos nocte præsertim domum circumire, ne quâ impetus fieret. Casar ad extinguendam rei memoriã, sermones de ea edicto vetuit. Rumoris auctores iussos inquiri, ijs quoque, qui insimulabantur, in quæstione pernegantibus, nulli inuenti. Lucernæ in Heluetia admittendum tandem Collegium fuit. Cuius gentis fortis, ac piæ erga Societatem, & religionem catholicam insignia studia posteritatis memoria nefas est fraudare. Schultetus (id genti Prætoris est nomen) maius item, minusque Concilium Lucernensè, prolixâ ad Euerardum epistolâ, præfati summum dolorem inde haustum, quod audissent Patres Lucerna reuocandos; subiiciunt à se nequaquam eo consilio accersitos, vt vnquam dimitterent. Nam id, inquirunt, non modò ingens nobis detrimentum, verùm etiam probrum afferret, tum apud Hæreticos circumiectos, qui gauderent antesignanos veræ fidei, & satores germanæ doctrinæ, quæ ipsi maximè horrent, à nobis amissos: tum apud fœderatos nostros, qui dolerent nos tanto præsidio spoliatos. Et sanè cum hæc veneranda Societas instituta sit ad sustinendam, ac propagandam religionem catholicam, pietatemque amplificandam: nosque hac re non minùs, quàm alij indigeamus; speramus non magis nobis, quàm alijs denegatum iri auxilium: cum parati simus iisdem, & fortè amplioribus, quàm alij, eam officijs prosequi. Nam quàm vberem hic habeat materiam, id quod intendit consequendi; compertum est hoc breui missionis tempore, quo fructus tam singularis apud senes æquè, ac iuuenes paratus est. Nos verò (quod sine iactantia dictum sit) ijssemper fuimus, simulque hodie, qui catholicam fidem defendimus, adducta in discrimen dignitate, re, vita, & sanguine: neque id solùm in patria nostra, sed vbicunque nostra opera exspectatur: parati id vel cumulatiùs in posterum, iuuante Deo, præstare. Equum igitur est, vt qui religiosi laboribus summè contendunt, vt sustineant, & amplificent veram fidem, pietatem christianam; adsint nobis, qui idem profitemur,

97

P. Laurentius iuuenes in Collegio Germanico instituendos mittit.

98

Germanicæ res.

99

Rodolphus Imp. in Collegio Olomucij literario apparatus excipitur.

100

Brunæ Monasterium pro Nouitiatu attribuitur.

101

Templum S. Aegidij Græciens Collegio attribuitur.

102

Ibidem Seminarium instituitur.

103

Pragæ contra Collegium rumores excitantur.

104

Lucernæ Collegium fundatur.

105

Lucernensium literæ ad Euerardum de Collegio stabiliendo.

801

802

803

804

805

806

807

808

809

810



temur, & effieimus armis, vitæque periculo. Et quamuis, Deo gratia, vsque adhuc in fide nulla appareat imminutio apud nos; tamen (quod Deus ignoscat) excepto hoc, multa, & varia crimina, scandala, prauis vsus, erroresque incrementumque publicæ pietatis, nisi auxilium secularis potestatis accedat; ita diligentiam ciuilem, & secularem perseverare diu non posse in conseruando religionis cultu incorrupto, nisi doctos, sinceros, rectique exempli nanciscatur magistros. Super hæc permagni nobis momenti est nostram iuuentutem in bonis artibus, ac præcipue in vita, ac deuotione christiana rectè institui: idque si consequi domi possent; ex vsu foret non priuato solùm, sed etiam publico: quòd ijs careret vitijs, quæ sæpè ex regionibus exteris reportantur. Cuius specimen fructus iam nos summo cum gaudio nostro, exigua huius missionis vsurâ experti sumus. Obstat fortassè perlatus ad Tuam Paternitatem rumor de nostri cæli insalubritate. Ceterùm certus esto planè experimento compertum, qui aliquandiu patriæ huius ingenio, cibisque insueuerit; si non commodiore, certè nihilo minus commoda, quàm vbiuis locorum valetudine vti. Itaque quicquid in nobis est prolixè, sincerè, fideliter, sine omni fuce, & fallacia promittentes, Paternitatem Tuam etiam atque etiam precamur, vt primo quoque tempore aliquod nobis subsidium mittat. Nam, cognita operariorum paucitate vestrorum, nolimus incommodo esse plenam semel coloniam postulando. Hanc verò tam insignem beneuolentiam, dignationem, & officiosum obsequium, quòd nobis Societas, vt indubiè expectamus, exhibebit, vnà cum ijs meritis, quæ adhuc contulit, pro singulari beneficio in omnem æternitatem colemus: paratissimi cunctis viribus nostris promouere, atque amplificare commoda eius, dignitatemque: nosque ipsos impendere in quemcunque vsu, vbi Paternitati Tuæ, Societatiue communiter, aut priuatim honori, aut commodo esse possimus: non curæ, non labori, non facultatibus, non corporibus nostris parentes. De qua re nihil Paternitatem Tuam volumus dubitare. Has ob res, & quia singularem Tuam erga nos propensionem iam pridem nouimus; expectamus cum gaudio benignum, votisque nostris consentaneum responsum. Vale. Ex nostro pleno Concilio huius rei causâ coacto, decimosextimo Kalendas Februarij.

Tam pronis studijs, religiosisque voluntatibus pari caritate respondit Euerardus suscepto Collegio: præsertim cum Pontifex ipse vrgeret, qui Lucernensis Senatus rogatu ad instruendam Collegij bibliothecam bonam pecuniam summam donauit. Interim & Ingolstadianum Dux Albertus Collegium auxit, vbi pacatè iam cum Academicis degebatur. Hic Ioannes Rastellus Rector, natione Anglus, Anno millesimo quingentesimo sexagesimo octauo in Societatem adscitus, vir bonus, nec malus theologus occubuit: sic vt possit videri pro caritate mortem ab Hoffæo Prouinciali ad se transfuisse. Nam cum Hoffæus periculosè decumberet; Ioannes, suscepta pro salute eius religiosa peregrinatione, in itinere morbo correptus, paulò post decessit, & Prouinciali redijt valetudo. Treuirensis Antistes, veritus si quo ipse casu præriperetur humanis; ne gymnasium, quod iam videbat mille auditoribus florens, subsidij penuria concideret; Collegij fundationem perpetuam decimo iam septimo anno Canonicorum cunctatione dilata per sese transegit: industria vsus, vt ex bonis ab se quæsitis, ad quæ alienanda non requirebatur Canonicorum voluntas, vestigal addiceret. Moguntinus suum Collegium in dudum desertum Franciscanorum Patrum Cœnobium in Urbis vmbilico situm, de Patrum eius Ordinis voluntate transtulit. Eò Socij migrarunt pridie natalis Deiparæ; atque in Templo proprio, cum adhuc commodata Sancti Christophori eade vsu essent, nouo impetu, maiore Ciuium concursu diuina prosequuti. Haud segnior, minusque munificus fuit Præsul Handomaropolitanus in Collegio suo firmando: qui paulò post generali confessione apud Patrem Ioannem Crochinum præparatus, sextodecimo Kalendas

106  
Responso Euerardi ad eorum voluntatem.

107  
Ingolstadij Io. Rastellus Rector à Deo impetrat mori vt Hoffæus Prouincialis conualescat.

108  
Archiepiscopus Treuirensis reditus Collegio perpetuos assignat.

109  
Moguntinæ Collegium in commodiorem locum transfertur.

das Aprilis promissum ijs, qui in pauperibus, eiuſque famulis Christo Domino fœnerantur, regnum percepit, caduere Collegij Templo relicto.

Belgium per id tempus assiduis bellorum fluctibus miscebatur. Quas inter conuersiones, atque procellas gratias Euerardus Generalis ingentes agebat Deo, tum quoddam famulos suos benignissimè tueretur, tum quoddam ipsi religiosorum virorum nullam officij partem ommitterent. Nec desinebat vigil Pater filios incitare currentes: præcipuè adhortans, vt simplicitatem, caritatem, patientiam, & constantiam obtinerent, neque vllam stationem desererent, nisi publica auctoritate compulsi. Et quia Petrus Trigofus Austriaco per familiaris nonnullam præbebat sermonum causam, & reliquæ Societati conciebat inuidiam; in Hispaniam redire iussus est. Eius loco, vt supra demonstrauimus, cum pax confirmata, nec restare inuidiæ causa videretur; Ioannes Ferdinandus, & Antonius Salazarinus ex Italia missi sunt. Hi cum Luxemburgum venissent, vbi tunc Austriacus agebat, in Nosocomium protinus concedunt, vt ægrotis militibus officia pietatis impendant: multis etiam militum seminudis emedicant aliquid tegumenti. At multè impensius in subleuandis animis insudant, Principe talibus officijs plurimum lato. Cui ausi etiam sunt, aditum humanitate eius aperiente, munusculum dare. Flagellum nacti non inuentum augustissimis IESV, & MARIAE nominibus decedè intextum, serico coopertum inuolucro donant: addentes telum se ei præbere, quo inimicorum suorum maximum edomare posset. Et gratum fuit id teli genus christiano bellatori. Ecce autem noua repente conuersio, & Belgij totius turbulenta conuulsio: vnde quanta ad Societatem cladis pars pertinerit, proximus annus ostendet.

Nec quietæ erant in Gallia res, nec Collegia nostra diuinum Numen solenni fauore protegere, inque salutem publicam promouere cessabat. Quanquam Parisiensi Collegio, Petro Hannequino Præsidente mortuo, magnum columen cecidit. Vehementer optabat patronus religiosissimus vndecunque Collegium in morem Societatis absolutum: eoque pecuniam obiens ad comparandum in Templi ædificationem solum legauit. Id scilicet deerat, florente gymnasio auditorum numero supra ædium amplitudinem. Quos omnes, cum id placere Senatui Patres intellexissent; inducere vt togas, pileumque gestarent, non secus ac Collegia cetera: idque nullo negotio impetrarunt, præter opinionem multorum, qui in vestium libertatem celebritatem gymnasij referebant. Hoc demum anno Camberij certa sedes inuenta, documento notabili, vnde intelligeretur cordi curaque esse Deo, vt Socij in ea Ciuitate consisterent. Nam cum indè à primo accessu per alienas aedes, vel precario, vel pretio errassent incommodissimè; eodiam ventum erat, vt repetente dudum hero domicilium, quod in præsentia incolebant, finis diuturno errori relinquenda penitus Vrbe quæreretur. Hoc rerum articulo aedes mirè Collegij vsibus opportuna, quam Bressiacam à Domino vocant, venalis offertur: eo maiore omnium admiratione; quoddam Dominus vir potens, & opulentus antè de ea vendenda interpellatus, cum indignatione, ac stomacho mentionem rei respuerat. Lugdunum, & Auenionem pestilentia exercuit, sed modicè Lugdunum, Auenionem grauissimè. Certè hic in Socios, ex eo, vt credidere multi, quoddam in ægrotorum militum passim per Urbem morientium cura, sibi nullo modo pepercissent; ita atrox malum incubuit, vt cum vix tres, quatuorue contactum dirum effugerint, vndecim extinxerit. In his Ioannem Beatricetum Nouitiorum Magistrum, virum simplicem, ac rectum orationis, ac ceteris deuotionis studijs apprimè deditum: Petrum Rostillum eiusdem Magistri Nouitiorum Socium: & Michaëlem Nognium quæstionum conscientiæ explanatorem: Matthaum Thomam Prorectorem, egregia viros caritatis, & Sacerdotes: reliquos non Sacerdotes, ac partim Nouitios, & ipsos digna celo virtute. Collegio ita afflicto, antequam Lugduno succurreretur, Capuccinorum, & Sodalium Beatae Virginis opem tulere. Ruthenis, cum hoc anno secularis anni indulgentiam Ciuitas impetrasset, illustrissimam pietatis prætulere Collegij auditores. Ipso initio suas distributi in classes quinde-

110

Belgij res.

111

Petrus Trigofus ab Austriaco in Hispaniam redire iubetur.

112

Et succedunt Io. Ferdinandus, &amp; Antonius Salazarinus.

113

Primum donum Austriaco offerunt.

114

Gallia res.

115

Petrus Annequini Collegio Parisiensi legatum ad Templum excitandum.

116

Collegij Parisiensi Scholares, ad aliorum morem togas, ac pileum ferre incipiunt.

117

Collegio Camberij firma sedes inuenta.

118

Lugdunum, &amp; Auenione grauius peste vndecim ex Nostris occumbunt.

119

Capuccinorum, &amp; Sodalium B. V. in Nostros peste infectos caritas.

120

Pia Rutheni Collegij Discipulorum supplicatio.

cim

cim diebus quatuor destinata Tempa adiere. Incedebant bini: suus cuique ce-  
 reus lucens in manu, suus quaque in Classe chorus vel concinentium psalmos,  
 vel cælitè ordine inuocantium. Totum agmen Crucifixi effigies ardentes inter  
 faces præcedebat: cuncto populo cum pietatem, tum multitudinem admirante.  
 Nam mille, & quadringenti ferè numerabantur. Tribus verò supremis diebus  
 triginta ex omni numero lecti sunt, qui sacco induti, nudis pedibus, interiecti per  
 interualla agminis totius ordinibus, sacræ Domini passionis præferebant myste-  
 ria. Quibus singulis denso luminum ministerio puerorum nobilium circum-  
 fundebatur cohors cum pietate, modestiaque mirabili. Eaque commotio erat  
 in populo; vt plurimi plenis lacrymarum oculis perspicerent: alij prouoluti in  
 terram non sancta modò adorarent mysteria, sed & nudos gestantium pedes  
 oscularentur. Nobilis quin etiam Vgonortus ita emollitus eo spectaculo est; vt  
 protinus ad Confessarij pedes, eiecto scelerum, & impietatis veneno, incorru-  
 ptæ se religioni reddiderit. His initio anni ab vniuerso discipulorum cætu ge-  
 stis, subinde peculiare quædam instituta Supplicationes ab certo eorum nume-  
 ro. Vna fuit Sanctæ hebdomadæ quarta, quinta, & sexta feria, in qua longo  
 ordine incessè multi sacco induti, & nudi pedes, & sacrorum cruciatuum  
 argumenta postremo die gestarunt. Alter post paulò cætus eodem vestitu, item-  
 que nudis pedibus iuit, vnoquoque mortui hominis caluarium manu gestante  
 isque terror quindecim deinceps diebus circum latus. Pari dierum numero, pari  
 corporum, ac pedum habitu Supplicatio ducta nouissima; in qua singulis suppli-  
 cantium crux atro tineta gestamen fuit: & quinquies Sanctæ Passionis interiecta  
 mysteria: quæ eximij adulescentes sumptuosè ornati Angelorum figura, & sanè  
 dignitate faciei, cultusque modestia simillimi Angelis ferebant; ea populi volu-  
 ptate; vt non contenti semel spectasse, per compendia properarent ad loca, vbi  
 iterum, ac tertio pio spectaculo fruerentur. Hæc à discipulis gesta Collegij,  
 præter nomen, & gratiam gymnasio partam, etiam pulchras æmulationis faces  
 in animis Ciuium incenderunt. Ac Patres non solum auctores erant, cohorta-  
 toresque earum rerum; sed etiam adiutores. Euntibus, ac redeuntibus, tum  
 audiendis confessionibus, sacro faciendo, opportunis adhortationibus præstò  
 erant caritate promptissima: tum demum ijs, qui exalceati incesserant, abluen-  
 dis calida, fouendisque vestigijs. Multa hisce sanctis inuitantis mortum sacræ  
 conuersiones, multorum in fide confirmata constantia, librorum noxiarum nu-  
 merus ingens exustus. Is ad Collegij facellum, præsertim expiandorum animo-  
 rum causa, excitus concursus; vt non minus, quàm destinata Iobelo Tempa  
 frequentaretur. Et quia tantæ discipulorum multitudini septem præceptores  
 agrè erant pares; duo per Autumnum sunt additi. Non est, quòd immorer me-  
 morandis latè per Galliam peregrè gestis, cum fuerint prioribus confamilia an-  
 nis. Illud eximium, proprièque notandum est. Valentis Patris Ioannis Gran-  
 geani operà Episcopum eius Urbis, olim ob hæresim de sede deiectum, ad sapien-  
 tiam reuocatum: sic vt die Iouis sancto in concionem progressus, quæ Pater de  
 sacrosancto Eucharistiæ mysterio docuerat, palàm comprobaret omnia: deinde  
 post confessionem catholico ritu publicè inter populum, magno cum populi  
 gaudio, communicarit.

Dno noua Collegia hoc anno Hispaniæ Prouincijs accessere: alterum Ara-  
 goniæ Prouinciæ, cui Sardinia subiacebat, in Oppido Busaquo, quod Comes  
 Sedilli præcipuè fundauit, Vxore eius, Decanoque iuuantibus. Primus rexit  
 Georgius Passius. Sed non diu ea colonia stetit, vt in loco scribetur. Alterum  
 Castellæ in Vrbe Compostella ad Hispaniæ fines Franciscus Blancus, qui alia  
 multa Collegia iuuerat: & Malacense dum ei Ciuitati præesset Episcopus, exci-  
 tarat, ad Compostellanum translatus Archiepiscopatum instituit ad Galliciorum,  
 & peregrinorum opem, qui ex omni christiano Orbe Sancti Iacobi Apostoli sa-  
 cra ossa salutatum accurrunt. Vuete nunc primùm, & Numantiæ latinæ literæ  
 tradi cœptæ. Conchæ prima elementa. Sodalitates Beatæ Virginis Vallisoleta-  
 na, Madritana, Belmontensis cum Romana coniunctæ, & Indulgentiarum partici-  
 pices

121  
Ad eius aspe-  
ctum Nobilis  
Vgonortus con-  
uertitur.

122  
Aliæ supplica-  
tiones.

123  
Populus cum  
voluptate ad-  
miratur.

124  
Fructus ex sup-  
plicationibus  
percepti.

125  
Discipulorum  
numero præ-  
ceptores ad-  
duntur.

126  
Valentis Io.  
Grangeanus E-  
piscopus olim  
a sede, ob Hæ-  
resim amotum,  
ad castra Eccle-  
siæ reuocat.

127  
Hispaniæ res.

128  
Comes Sedilli  
Busaqui Collegij  
fundat.

129  
P. Georgius  
Passius primus  
eius Rector.

130  
Franciscus Blan-  
cus Episcopus  
Collegij Com-  
postellæ auctor.

ticipes factę. Compluti pridie Idus Ianuarij decessit Petrus Manricius Antonij Manricij, & Aloyſiæ Padillæ clarissimorum, & opulentorum parentum filius. Is ab adolescentia religioſe vitę incensus cupidine, diu salutare propositum traxit: voti etiam, quo se obſtrinxerat, commutatione impetrata. Anno deinde millesimo quingentesimo sexagesimo quinto iam Toletanę Ecclesię Canonicus, & Quęstor à Philippo Rege ad Carolum Regem Gallię ad deportandum Sancti Eugenij corpus primi Toletanę Ecclesię Archiepiscopi Legatus, dum secum in itinere cogitat si fortę dignus esset, qui quippiam pateretur pro Dei causa, & ad honorem Sancti Eugenij, qui tam multa petulerat; corruit ex equo, & ossespinę perfracto, dolores hausit acerrimos: quibus totã exinde vitã identidem tentatus est. Eo casu rursus animum obfirmavit ad religiosum secessum. Et quia multi propinqui, & Magnates Hispaniã deterrabant; longa ijs epistola satisfecit. In ea prolatis, solutisque rationibus, quę poterant suadere, vt maneret in vita communi; multas congeſſit, & magnificę explicauit, quę suaderent vitam feueriorem. Quarum vt pauca delibentur: Quintodecimo ab hinc anno, inquit, voui me Societatem intraturum: ac tametsi votum commutatum est Romę; tamen conscientia nunquam ſilet: ac præcipuè tum me horrendis timoribus torquet; cum morbo aliquo teutor. Quod si alijs in rebus quàm tutissima sequimur; quę prudentia id in æternitatis negotio negligat? Porro via tutissima æternę salutis est, collocare in tuto rationem, ac voluntatem. Rationem autem planum est in tutum recipi credendo, quod docet Catholica Ecclesia: at voluntas in tuto ponitur obediendo Moderatori, qui loco Dei suscipiatur. Fac aliud nihil lucrarer mutatione vitę, quàm vt exonerarem conscientiam meam, ac remouerem quicquid serupulum posset asferre, & tanquam mihi superstes testamentum ipse meum exequeretur; vel id vnum quicquid abdicari in terris posset ampla mercede compensaret. Nam videmus quàm pauca testamenta ex auctoris mente obseruentur, Fieri posset, vt hoc articulo moriendum mihi esset, vt tam multi iuniores, firmioresque moriuntur. Quanti ergo æstimarem, si ab ipso transitu Deus me reuocans spatio donaret, quo animę meę rationes constituerem? Atqui hoc factum arbitror. Nostra lex docet, ne eo quidem pretio quanti creata omnia æstimantur, venialem noxam admitti debere. At quantum numerum noxarum eiusmodi singulis diebus euitarem Religionis complexu, quas nunc committo? Quot crimina letifera in sacris Claustris declinassen, quę in seculo perpetravi? Ergo si Deus in tantum horret peccatum, vt redempturus ab eo hominem homo factus ita vixerit, ita occubuerit; num magnum est, si ego, vt à tot me redimam vel susceptis, vel suscipiendis criminibus; ad religiosum statum migrem? Equidem si abdicatione seculi id modò proficiam, vt vnã tantum leuem noxam suffugiam; non requiro iberiorem mercedem, Illa abundè est, propterquam, quicquid in terra est, posthaberi benè existimo, vt vnã, quamuis leuem iniuriam, Deo non inferam. Interrogentur singillatim quotquot Religiosi moriuntur suis in claustris: Malles ne vitam finire Sacerdos, honoratus, & opulentus? Omnes negabunt. Interrogentur item vixitum quotquot honorati Sacerdotes moriuntur in seculo: Malles; ne vixisse Religiosus, ac despiciatus? Nemo erit, qui non affirmet. Igitur si ratum est in iudicijs forensibus, quod quatuor comprobant testes, vel etiam duo; cur de eo dubitetur, quod æquę seculi Sacerdotes, Religiosi que cuncti testantur? Prudentia inter homines ducitur, si quis intelligens se ab hero dimitendum, præoccupet, & Dominum ipse prior dimittat. Ego ex annis, & infirmitate, ex ijs, quę in ceteris mortalibus video, intelligo propè esse, vt à Mundo dimittar: me igitur ipse præcipiam, saltem vt tester Domino me duro, intolerandoque seruasse. Si beneuolentes ad Religionem concedunt, ut benè uiuant, ego valetudinarius adibo, vt benè moriar. Nam id demum est ultimum quò cuncta referuntur. Erit quippiam tolerandum? Eã causã accedo. Valebit ad firmitatem præuidisse, quę imminent dura. Fortè non usque ad eò sentio voluntatis impulsus? Stabilius est consilium, quod intelligentiã luce, rationumque

Hist. Soc. Iesu Tom. 4.

T

vi

131  
Vucic, & Numanie Scholæ  
rum initium.

132  
Item Conchæ.

133  
Sodalitas B. V. Vallisletii Martii, Belmontis Romanę aggregantur.

134  
Compluti moritur P. Petrus Manricius.

135  
Ejus vocatio mirabilis.

136  
Literę quibus rationem reddit quare Religiosi se addixerit.

146

137  
Sapiens, ac  
pium monitum.

138  
Sui obitus diem  
prædixit.

139  
Dominico Fer-  
dinando mor-  
tem se impe-  
tratorum pro-  
mittit.

140  
Ignatii Fonse-  
ca moris, & virtu-  
tes.

141  
Calculo labo-  
rantem oratione  
liberat.

vi suscipitur : quia tempore elanguescit commotio ; rationes diutius manent. Voluntates adolescentium, quia hi carent experientia, nec admodum rationum momenta perpendunt; solet Deus vehementius pellere. Id mihi satis est, quod saepe numero sincerè, nullaque perturbatione commotus perpexi, haud rectum me iter tenere : ac prorsus expedire, vt ad Religionis ductum me applicem. Hæc, & multò plura in ea epistola persequutus, Idibus Ianuarij Anno millesimo quingentesimo septuagesimotertio ingressus, qualem mente præceperat, sanctitate plenissimam vitam instituit. Sub Crucifixi effigiem, quam habebat in cubiculo, scripsit : Quoniam mortuus es, sepelire : alioquin malè olebis. Vt significaret Religiosum, qui per discessum à mundo mortuus est ; nisi sepeliatur in intima sui, ac peccatorum suorum cognitione, ac perfecta humilitate ; fore, vt malè oleat, vitæ exempla non religiosa præbens. Quod ipse ne committeret, illud ob rem summo labore in libellum versiculos è psalmis retulit, & Sanctorum dicta insignia, quibus nouissimo tempore siue legendis, siue audiendis ad agendum cum Deo, & curam omnium grauissimam excitaretur, vti fecit : eoque opportunitus, quoddam diem excessus sui aliquot ante diebus præuidit, prædixitque. Petijt à moribundo Dominico Ferdinandus, qui modò ei famulus, iam confertus in Christo, vt cum ad Dei conspectum venisset precaretur, vt ipsum quoque ex hac vita placeret abducere : quod Pater recepit sese facturum. Paucis post mensibus Dominicus Madritum translatus, Franciscum Porrium in Madritana curia causarum Societatis procuratorem comitabatur : à quo dum simul aliquando eunt, interrogatus, num satis valeret, quoddam mæstior videbatur ; respondit : quartum iam ire mensem, nec Patrem Manricium promissa complere, vt solutionem sibi quoque è vinculis corporis exoraret. Eoque die se in matutina precatone, & dum sacrificio adesset, miserias huius vitæ reputantem, summissè precatum à Deo, vt vellet famuli sui fidem exoluere. Hos inter sermones ad Collegium reuertuntur. Continuo Frater decumbit, atque octauo Idus Maij diuinis mysterijs communitus, vt optauerat, Patronum, quem secutus erat ad laborem, secutus est ad mercedem. Insignem operarium amisit Prouincia Bætica. Ignatius Fonseca vir in primis religiosus, prudens, moderatus, caritate flagrans, post diuturnam Nouitiorum institutionem, alibique, & Villaregij, Cordubensisque Collegij rectionem, ad regendum Hispalensè translatus, magno omnium dolore Kalendis Decembris decessit. Ex Oppido Guadix in Bætica honestis ortus parentibus, Salmanticæ cum studeret, iam tum vitam pro Christo, & utilitate proximorum fundendi cupidus, Societatem, spe potissimum adeundi Indias, adamauit. Septimancas paulò post quam ingressus fuerat missus ad Tyrocinium, Anno millesimo quingentesimo quinquagesimo octauo, quo primùm die peruēnit, vbi cubitum fessis abiit, crepitem verberantis se in proximo cubiculo Fratris audiuit ( fuisse Toletus fertur, qui dein fuit Cardinalis ) atque idem præstandum sibi ratus, flagellum & ipse expedijt. Nec multò post iterum à Fratre tumultus verberum personat : iterum hospes responder. Tertio demum ille præit, hic tertio sequitur. Felicia testis vbi tam suaviter virtus ad aspera per exemplorum blandicias rapit : nec solum torpore seignibus excutit, & robur integris excitat, sed & fessis vires instaurat, elaborans è cruciatu quietem. Id potuit, quam Fonseca ad Christi militiam generosum pectus afferret, ostendere : quod clariùs deinde perspectum est, cum, familia propè vniuersa decumbente, Culinam exercens, totum mensem nunquam in lectulo fessa membra reposuit, quò prompta in omnes horas subsidia agrorum haberet. Demum breui non excellens modò discipulus, sed & magister euasit. Eo maxime tempore, dum Nouitij præerat, indulgebat animo suo, caelestium commercio largiùs fruens, atque inter sacrificandum, quod in priuato faciebat facello, duas horas ferè quotidie in sacrosanctis illis excessibus permanens. Fuisse gratam Numini eius consuetudinem, quæ inde referèbat adiumenta proximis, testimonio sunt. Villaregij homini periculosè calculo laboranti, ac propè deposito, valetudinem ita impe-

impetrauit; ut eiecta statim noxia materia, annos plurimos superfuerit, nunquam postea eius generis morbo tentatus. Ibidem Patrem Garziam Rodericum dolores inualere acerbissimi: quem Fonsca dum inuisit commiseratus: En, inquit, rectâ ab eo ad sacrum Altare pro te rogaturus; & quanquam æger respondit, ut non precaretur dolorum sibi leuamentum, sed ad perferendos patientiam; tamen quantum in sacrificio procedebat Fonsca, tantum dolorum seuities mitigabatur: adeo manifestò sensu, ut æger mitteret vnum è Fratribus spectatum, quem ad locum sacrificij Pater venisset: eoque renunciente iam ad eum venisse locum, vbi priuatim Sacerdos orans, quos libitum est Deo commendat; continuo quod reliquum erat dolorum abscesserit: nec postea, quamdiu Pater vixit, redierint. Alia de genere hoc narrantur. Nec minus mira fuit medicina, quam militis non corpori, sed animo fecit. Hispali homo ferox ab vno è Sacerdotibus nostris in confessione, quod nollet legitimè satisfacere, non absolutus ad Fonscam Rectorem pergit, ægrè sui præ ira potens, mirari se infremens, quod rustico illi Confessario pugionem non centies adegerit in viscera. Fonsca supra insitam facilitatem eò blandior, quò miles magis furebat; cum quadam liberalis animi excelitate: Ades dum, inquit, confessionem ipse excipiam. Vbi totum ille virus euomuit, sensim Pater exorsus, & ad seueram paulatim increpationem delapsus, diuina aspirante vi, glaciem duri pectoris in fluuium lacrimarum soluit: cognita suorum grauitate criminum totum se potestati Patris permisit, mitiorque agno recedens, qui accesserat leone ferocior, emendatiorem inde vitam ad finem vsque peregit. Sed quàm hoc lenitatis amabile exemplum est; tam illud iuste indignationis formidandum. Eadem in Vrbe homo prenobilis, mulierem antè fratri suo nuptam ut duceret, adulterinas Româ literas abstulit. Cognouit id Hispalensis Prouisor, indignoque flagitio efficacius prohibendo, iussit eum hominem cum Rectore Collegij consultare rem. Vbi adiuuit, & garrulitate magnifica ad suam libidinem distorquere Patrem tentabat; is solenni sua mansuetudine, ac religiosa modestia ostendere facultatem, quam proferret, haud dubiè illegitimam esse, furtimque, & iniuste ereptam: neque per eam contrahi tales nuptias vllò modo licere. Contra ea argumentari, altercarique procus: tandem cum proficeret nihil, truculentus, & minitabundus vim corripit execrans, deieransque matrimonium illud, quibus quibus inuitis, perfectum iri. Tum Pater graui, ac severo vultu: Atqui ego, inquit, Dei nomine denuncio impendère atrox supplicium tibi, & qui id tibi negotij foverint. Non abfuit comminationi fides. Haud multò post eo nobili ad fores amasie stante, cursu illuc deferitur Aethiops licitorum manus euitans: quem statim recipi domum, & oculi nobilis iussit, quia erat amici sui mancipium. Clauso die Aethiopem proripere se volentem prohibuit amasia, ac malè insuper verbis accepit. Cuius ille rei dolore percitus, nocte intempesta feminam aggressus, repetito sæpius pugione confecit: tum ad eius consobrinam versus, quæ matrimonium maxime tractabat; & ipsam latiferis plagis confodit: cui tamen ad confessionem vita superfuit. At ipsi præco subinde nuncius affertur Onerariam, in qua totam penè suam rem ad Indiam negotiationis causa trans mittebat, perijisse: omnibus diuina iudicia cognoscentibus, & salutari terrore concussis. Fidelem quoque amicam, & propugnatorem Societati mors Madriti rapuit, Nicolaum Ormannetum Pontificium ad Regem Internuncium. Vel ex hoc licet metiri, quàm sapienter religiosas tractaret causas. Non multò ante obitum à Prorege Barcinonensi rogatus, ut curaret Iosephum Ayalam traduci Madritum ad conciones; statim Alphonsum Sandoualium Madritano Collegio Præfectum super ea re allocutus, dixit sibi quidem nullo modo probari, ut Religiosi homines quærent ex vno loco in alium migrationem: nam id contumaciæ genus esse: seque super Proregis postulato ad Præpositum Generalem scripsisse adeo languidè, ut latam portam relinqueret liberæ eius voluntati ad id decernendum, quod maxime consultum censeret. Ipsi verò Proregi respondisse, cogniturum se nunquid obstaret, cur Ayalam minus expediret Madritum acciri. De reliquo absurdum sibi

142

P. Garziam Rodericum doloribus oppressum sacrificio perfecte sanat.

143

Ferocem militem ob negatam sibi absolutionem ad confessionem disponit, & absoluit.

144

Inualidum matrimonium contrahere volenti, diuinam ultionem denunciat.

145

Denunciata eueniunt.

146

Nicolaus Ormannetti Nuncij Apostol. mors & laudes.

147

De Religiosorum migrationibus non à secularibus, sed à proprijs Superioribus disponendum.

admodum videri, in transferendis Religiosis hominibus vias alienas, atque extraordinarias iniri. Quod ad religiosum bonum spectat nequaquam hunc, vel illum ambire, vel præferre locum, sed in eo libentissimè degere, vbi Moderatores collocent. Hoc caput aiebat se Proregi scripsisse, vt cognosceret erratum suum, & ab eiusmodi curis abstinere in posterum. Deinde vehementer cepit Sandoualio necessitatem ostendere obedientiæ in Societate ex parte omni perfectæ, vt Apostolicis functionibus cum fructu, & recto exemplo se impendens, nequaquam sineret alio quopiam auerti. Id docuisse Fundatorem Ignatium, & id curæ potissimum habuisse, vt hunc in ea spiritum ingeneraret. Mortuo Ormanetto, inter eius scripta, libelli inuenti sunt quidam, quos homines turbulententi è Societate, & infideles filij suam contra parentem obtulerant. Qui quoniam nunc primùm prodire in lucem, multique deinceps annis hanc Domini Nauiculam insanis tempestatibus agitarunt; opere pretium est fontem mali aperire. Incesserat desiderium in quorundam animos Hispanorum, habendi caput in Hispania, à quo pendèrent. Causas afferebant rectæ administrationis opportunitatem. Nam, quanquam viuo adhuc Ignatio Commissarius fuit in Hispania Borgia, & post eum sub Lainio Araozius; tamen his nonnisi, quæ Prouincialium, erat potestas: ed duntaxat amplior; quòd ad plures Prouincias pertinebat. Itaque tantùm ad dissidia inter ipsos Commissarios, & Prouinciales valebat: tamen quanquam suspicionem aliquam mouit Araozius, & rumor fuit libellos per eum Regi oblatos ante hanc diem; tamen id certum est, si quod vnquam fuit vlcus, non ante Euerardi tempora erupisse. Causa maturitatis fuit præcipuè duplex: altera quòd turbæ in proxima Congregatione generali quorundam animos exacerbarant. Deinde quòd per id tempus reformandis quibusdam Religiosorum ordinibus Rex, cum auctoritate Pontificis, insistebat, & Commissarios illis cogitabat imponere ex nullo capite externo pendentes. Hinc filij illi degeneres ingressi spem suis querimonijs locum fore, & præclaro hoc conscisso corpore sædum posse monstrum creari; perlongum scriptum Nuncio Ormanetto, eiusque breuiarium Regi, ac Præsidi regij consilij offerunt, additâ epistolâ, in qua, suum scilicet boni publici studium contestati, grauitatem causæ commendabant. Tria accusabant in Societate. Primum inæqualitatem graduum: eam esse multarum iniquitatum originem, & amaritudinum, temptationum, defectionum, dum alij alios vident sibi præferri virtute, & literis inferiores. Coadiutores temporales, quantumuis virtute abundant, nunquam peruenire ad professionem: ac Generalem tantùm ex relatione hunc in Coadiutoris, illum in Professi gradum collocare: planè incommodissimè, eum fieri possit, vt Prouincialem, eiusque Consiliarios odium, seu qua alia perturbatio fallat. His incommodis obuiam iri posse, si post certum tempus, omnes, etiam temporales Coadiutores, ad Professionem recipiantur: neque eos eligat Generalis, qui paucos nouit, sed Prouincialis, & maior Professorum in quaque Prouincia pars. Deinde querebantur de ratione Superiores eligendi. Nam cum Generalis tantùm ex acceptâ à Prouinciali notitia, paucisque alijs cunctos eligat; necessariò sæpè aberrare, cum ipsemet homines ignoret. Quin fieri posse, vt Prouincialis odio, vel studio Generalem minùs sincerè edoceat: atque adeo ijs, quos inferiores minimè velint, administratio demandetur, sub quibus, quonam pacto possent proficere? Cumque Receptoribus definitum spatium nullum sit, multique longum dominantur; fore tempus, cum Præfecturæ perpetuæ sint, contra Concilium Tridentinum. Ergo Prouinciales suffragijs Prouinciæ, Rectores suffragijs cuiusque Collegij eligendos ab ijs, qui quartum annum in Societate peregerint: & Rectores, vt Prouinciales, tertio quoque anno creandos novos. Querebantur postremò in dimittendis è Societate grauissimè peccari, cum leuissimâ causâ multi dimitterentur. Quare non eiiciendum quenquam, nisi cuiusque Collegij, domusve suffragijs. Hæc erat scripti summa, & apparebat auctorem non indoctum, sed grauissimè perturbatum, & Societatis legibus, atque institutis infensum esse. Auctor ignoratus est. Neque hæc curam admodum grauem Patri-

148  
Libelli contra  
Societatem ab  
Ormanetto sup-  
pici.

149  
Eorum libello-  
rum causa.

150  
Commissarij in  
Hispania qui,  
& quantæ au-  
toritatis.

151  
Tria crimina  
Societati ab  
ipsis Socijs ob-  
iecta.

Patribus iniicere : quippe quæ non ad immutandam Societatem, sed funditus destruendam, ac nouam prorsus formandam religionem pertinebant : quod nullo modo vero simile erat quenquam attentaturum. Ex ea solùm parte metum faciebant, quòd capiti præficiendo ab Generali seuncto viam præmunebant : quod præcipuè Dionysius Vasquius moliebatur. Nam cùm is pacis, & tranquillitatis causa ex Italia fuisset remittendus in Hispaniam; adeò dolorem impatienter tulit, ut in consilia periculosa proruerit. Ergo, tanquam de accepta iniuria, se contra Euerardum, & Palmium, quem suspicabantur homines perturbati Nationi Hispanæ aduersum, vlturus, libellum scripsit in hanc sententiam. Necessè est, vt Societati Hispaniensi suus adfit propriè Generalis. Nam si vnus capitis membra sint Italia, & Hispania, & reliquæ Prouinciæ; cùm tam exacta sit obedientia in Societate, & quosuis ad loca etiam infecta hæresibus, vel iuuenes mittat; feri poterit, vt inde interdum redeant in Hispaniam, & hæresim importent. Quin etiam fieri potest, vt vel Generalis, vel aliquis Assistentium hæresi inficiatur : cùmque obedientia in Societate cæca sit; irrepat in Hispaniam, sub obedientiæ obtentu, hæresis. Deinde ex coniunctione cum Italia, communique Generali, id tantùm lucratur Hispania; vt pecuniam cum dolore dominorum, & operarios cum detrimento suarum Prouinciarum, quæ eos molestijs, & sumptibus magnis aluere, Generales transferant in alienas oras, atque ipsi Hispaniæ, & Indijs desint subsidia. Inde etiam fit, vt cùm quis periclitatur, ne veniat in sacrum Quæstorum fidei iudicium, quamuis suspectus in fide sit, & notatus hæresi, & flagitiosus; non luat pœnas, sed traducatur ad aliena regna. Quòd si quid prodest Romæ esse Generalem, ad tractanda cum Pontifice, quæ ex vsu in dies se offerunt; id poterit Societas Hispana per Procuratorem consequi. Nec verò Societas est vti ceteræ Religiones, quæ paucissimis rebus à Generalibus pendent. Nam hîc Rectores, Prouinciales, Visitatores, horumque Consiliarios Generalis constituit : idem ad Professiones deligit; idem ad sacros Ordines. Demum nihil est paulò grauius, quòd ab illo non pendeat. Quæ cùm per literas tractanda sint; primùm literæ nunquam res satis exprimunt; deinde suscipiuntur impensæ grandes : ad hæc cognitio ex paucis capitur, qui quod libitum est efficiunt. Ita peccata committuntur ingentia, eo quod is, qui res decernit, rerum statum Hispaniensium ignorat : & rerum agendarum opportunitas excidit, quòd in articulo rei conficiendæ non adest potestas. Et quanquam Fundator Societatis genus hoc administrationis instituit; eius tempore tolerandum erat, quòd pauci tunc erant Socij, eique planè perspecti; nunc autem satis apparet intolerandum esse, cùm tantùm Sociorum numerus, & negotiorum creuerit; vt omnino nequeant ab vno cuncta administrari, idque per cognitionem ex literis. In alijs Religionibus, præterquam quod pauca ab Generali pendent; ipsemet suos Religiosos coram inuisit, & consolatur, & vindicat innocentium iniurias, quas à Præsidibus accepit : at in Societate semper desider Romæ Generalis, nunquam eius faciem intuentur Hispani, totum per scripta conficitur, magno cum periculo famæ; neque vnquam vindicantur inferiorum iniuriæ, & tyrannicæ vexationes : nam quicquid Præpositi nunciant, id demum fit. Etiam cùm Rex ad Indias, vel in alias oras mitti operas iubet; continuò occinunt non adesse Roma potestatem; præteritque tempestas, & Rex obsequio, regna subsidio fraudantur. Ad hæc cùm creandus est Generalis, adeunt Romam Hispani Patres : postque sumptus, ærumnas, pericula maxima; eam ob rem tantùm eunt, vt audiant contumelias nationis Hispanæ, vel certè vt testes modò sint rerum, quæ geruntur. Nam cùm Italiæ, ceterarumque Prouinciarum Electores coniuncti superent numero, quodecunque placitum fuit, efficiunt. Quin & assentationes, & dona adhibent, vt votorum suorum compotes fiant : quod apertè in proximo generali conuentu perspectum est : idemque atque adeò deterius creditur fore imposterum : quia vnus Assistentium, is, qui Italiam procurat, intimus Generalis, & per quem plerisque in rebus regitur, magnas iecit radices ad Generalatum

152

Dionysius Vasquius præcipua turbationum pars.

153

Conscripti ab eo libelli argumentum.



tum aucupandum : atque is manifestus est Hispaniæ, & Hispanorum hostis, & multa eorum commoda impedit. Quæ cum ita sint, supplicatur, vt à Pontifice potestas impetretur Hispanorum habendi conuentum in Hispania, vbi Generalem sibi creent è suo corpore: vel Pontifex concedat Regi, vt sine Congregatione ipsemet eum eligat, & nominet; vel certè id agatur, quod Fundator, & Generalis, qui ei successit, instituere, vt sit in Hispania Commissarius, qui ex Italia non pendeat, vt incommoda, quæ dicta sunt, remoueantur. Hæc Dionysius, seu quis alius ( neque enim disertè nomen est proditum ) cum scripsisset, ostendit per amicitiam, fortè sollicitandi studio, Petro Ribadeneiræ: qui graniter commotus, cum acerrimè verbo contradixisset, quo planè suum homini errorem aperiret, sententiam suam accuratè scripto & ipse comprehendit. Societatis Institutum, inquit, sicut aliarum Religionum ab Sede Apostolica probatarum, non est hominis inuentum, sed Dei, qui solus nouit genus obsequij, quod ab quoque suorum famulorum cætu velit: proque temporum varietate varios ad suam vineam operarios, alios aliorum operum causâ mittit. Itaque vt operariorum est sequi Domini voluntatem; sic Religiosi cuiusque ei inherere spiritui, quem singulis Ordinibus à principio Deus tribuit. Ille enim est veluti canalis, per quem, quasi è fonte, diuina dona ad Religiosos permanant: quo sublato, etiam diuinus feruor tollitur. Societatis Instituta, saltem in rebus præcipuis, & quæ pertinent ad ordinis naturam, non dubium quin Ignatius parens diuinitus hauserit. Nam, præterquamquod nunquam prudentia, aut scientia humana potuisset, quæ decreuit, consequi; constat ex eius libellis multas habuisse diuinas reuelationes inter Constitutiones condendas: & ipsemet Patri Lainio hoc idem affirmavit. Ergo germani tanti parentis filij magnificerè, quæ ille scripsit, debent, venerarique, tanquam dona Dei, ac se veros probare filios, leges ab eo conditas, spiritumque, & modum regendi traditum fideliter conseruando. Post Beati Parentis finem, tres ad hanc diem habiti sunt generales Conuentus: atque in his omnibus Constitutiones, tanquam rem cælitus concessam amplexi sunt præcipui totius Societatis Patres: eo studio; vt cum in secundo Conuentu quædam ab Hispano homine immodici zeli scripta cæpta essent recitari, in quibus Instituti natura labefactari videbatur; vniuersus confessus obstruxerit sibi aures, & exclamarit: Comburantur literæ, comburantur. Quid verò tam præcipuum in Societatis Institutis est, quàm administrationis forma vno sub capite, cum tanta potestate cunctis in rebus vt cum Societatis corpus vna ex parte maximè dispersum sit locis vniuersi terrarum orbis, ex altera maximè coherens, compactumque sit, propter vnitatem, & influxum eodem ex capite, & eundem vbique spiritum, animum, & agendi modum? Igitur si totum Societatis bonum in eo est, vt sequamur Dei ductum, lucemque primam Ignatio Parenti nostro impertitam; clarum est graue scelus esse noua moliri, venerationem, amoremque, quem tali parenti debemus, violare, auctoritatem tot, taliumque vniuersalium Congregationum damnare, & contumelia afficere. Quæ peccata eò sunt grauiora; quò clariùs contra diuinam prouidentiam sunt. Nam cum Deus hac regiminis formâ propagarit Societatem totum per Orbem terræ, magna cum sui nominis gloria, atque vtilitate Ecclesiæ Sanctæ; profectò significat eam, qua via creuit, & fructus fecit, eadem conseruari debere. Ad hæc, vt in Confirmationis diplomate dicitur, instituta Societas est potissimum ad defensionem fidei, atque propagationem. At si Societas vnum haberet per se caput in Hispania; neutrum efficeret: neque cum Hæreticis ad defendendam fidem dimicaret, neque cum Indijs Orientis, & Iaponia, vbi præcipuè propagatur ad Ethnicos fides commercia haberet: tantoque Sancta Ecclesia subsidio, tot animæ salute fraudarentur. Hæc autem Hæreticorum, Ethnicorumque conuersio ea est, quæ maximum nomen Societati tota in Ecclesia Dei peperit, cum tam laboriosum, & salutare negotium enixius, quàm Religiones aliæ, susceperit. Neque aliæ Societatis occupationes, tametsi sanctæ, & fructuosæ parem habent admirabilitatem. Atque aded decus est ingens Hispaniæ, eius filios non ad auri,

argen-

154  
Petrus Ribadeneira verbo, & scripio libellum confutat.

155  
Præcipua ex Instituto S. Ignatii diuinitus accepit.

156  
Constitutiones tanquam cælestes à Societate semper habitæ.

157  
Societati sub vno esse capite maximè conuenit.

argentive fodinas, neque ad quærenda terrenis Dominis regna; sed ad fidem Christi, & signum Crucis tam remotis regionibus, ac barbaris gentibus inuehendum è patria egredi: neque solum conseruari integram in Hispania, sed alibi terrarum ad integritatem reuocari, alibi conseruari catholicam fidem eos per homines: qui si mansissent in Hispania; vni è numero essent, ignoti, atque obsecuri, de quibus vti de alijs plurimis sileretur. Super hæc cum Professi quartum votum ad eiusmodi præcipue missiones concipiant; si Hispani haberent suum in Regno Præpositum à Pontificis Romani vsu segregati; id votum inane foret, meritumque ex eo, & fructus periret. Quod tamen nunc maximè est necessarium; cum se tam multi à Christi Vicario sciungunt. Nec verò Christus Dominus Sancto Iacobo, neque Ecclesiæ Hispaniensi; sed Petro, eiusque successoribus dixit: Rogau, vt non deficiat fides tua: ac propterea neque tam securi esse possumus, si Præpositum haberemus in Hispania, quàm cum apud Petri successorem habemus. Ipse quin etiam æternus Pater, cum, vnà cum Filio Crucem gestante, apparuit Ignatio ad sanctam Vrbem appropinquanti, dixit: Ego vobis Romæ propitius ero: vt significaret, quanquam toti Societati propitius erat futurus in terris, atque Prouincijs omnibus, tamen futurum præcipue Romæ, vbi resideret caput, ex quo Societas tota pendèret. Vt planè abscindere hoc caput velle, & aliud statuere, nihil sit, nisi velle intercipere hunc caelestem influxum, reddere tantam Societatis partem, quasi emortuam, ac proiectam, indignam patrocinijs singulari, cuius in hac tam indulgenti, benignaque pollicitatione aded fidem pignus est. Non enim aliunde ad hanc diem fluxit benignitas illa tam insignis, ac peculiaris summorum Pontificum aduersus hunc Ordinem: quam profecto conseruare benignitatem, & alere nostra quamplurimum refert. Alendi autem duæ sunt viæ. Altera est opera, quam Societas Summis Pontificibus in conuersione Hæreticorum, atque Ethnicorum strenuè nauat. Ex quo fit, ut quasi pro sua cohorte habeant, vt, audiente me, Lusitano Oratori Pius Quartus dixit: & Farnesius Cardinalis solet dicere, cum quis ingreditur in Societatem; debere ei Pontificem, tanquam suo militi, stipendium pendere: & Iulius Tertius dixit sibi Societatis operam necessariam esse. At hæc alendæ Sanctissimi Domini benignitatis via Societatis Hispanæ, si se à cetero corpore auelleret, nulla, vt supra demonstraui, restaret. Altera via est præsentia nostri Præpositi sancta in Vrbe. Quodque multas graues causas Sedis Apostolicæ Societas tractat in Concilijs, in bellis, vbicunque vsus postulet, quæ item via obstrueretur. Neque dicas fuisse initid tutelam hanc necessariam: iam Societatem stare posse per sese: nam planè falsum est; indiget enim adhuc Pontificijs firmamentis, quæ in dies Sanctissimi Patres subministrant. Hinc ipse Pontifex restituit nobis Institutum libertatem, exemit nos ab Episcoporum ditione in supplicationibus, ab visitationibus fratrum, alijsque beneficijs spiritualibus ornauit. Dedit nobis tam benignè Toletanam domum: & tria millia aureorum nummum, quæ ipsi debebantur, donauit: & Prioratum Collegio Barcinonensi, aliisque beneficia Salmanticensi, & Complutensi: idque totum, propter eos è Societate, qui degunt, eique inferunt Romæ. Multos præterea habemus aduersarios, qui nos numero, potentia, antiquitate, auctoritate, meritis opprimerent, nisi sub alis Christi Vicarij tegeremur. Quid verò illud quanti tandem faciendum est? Conseruari in Societate decus illud summæ consensionis, quæ eam ex tot Nationibus constatam omnibus gentibus admirabilem reddidit: multisque siue alumnis, qui tantum ob eam rem illi se adiungere, siue patronis, ac defensoribus auxit? Qui pro manifesto insigni, illustrique diuini operis nota habuerant tantam conuenientiam: cum viderent vnum cor in filijs tot matrum, vnâ animam, vnum, idemque nolle, ac velle inter homines tam diuersarum Nationum? Quæ sanè illustrissima est beata vitæ imago: & quandiu persenerabit, etiam stabit Societas, eaque sublatâ, nitorem, ac decus suum amittet: nosque erimus sicut ceteri hominum. Quod damnum tantum est; vt nullis compensari queat commodis: quia hæc consensio intima est, penitusque naturam contingit, & continet rerum publi-

158  
Societatis caput  
Romæ esse de-  
bet.

159  
Quæ Pontifices  
reddant erga  
Societatem be-  
neuiolos.

160  
De Societate  
honorificè dicta  
Pij Quarti,  
Cardinalis Far-  
nesij, & Iulij  
Tertij.

161  
Societas semper  
indiget Apo-  
stolicæ Sedis  
tutela.

162  
Consensio, at-  
que vnio So-  
cietatis maximè  
propria.

163  
Societati vnum  
conuenit caput.

publicarum: cetera extrinseca sunt. Hac consensione restitimus aduersarijs, & Deo iuuante, vicimus: iamque minus inquietamur, quod comperere, & prædicant, vno è Societate appetito, vniuersos insurgere. Hanc ob causam Constitutiones tantum commendant coniunctionem animorum, cor vnum, & animam vnam, iubentque, tanquam membrum putre, ac pestilens, recidi quicunque causam inter Fratres schismatum ferat. Quid ergo illi faciendum esset, qui non inter duos, paucosue fratres vnius domicilij, aut Prouinciæ, aut Nationis; sed vniuerso in Orbe terrarum vellet membra inter se, contraque suum caput armare, destruere, & laniare hoc corpus tam artificiosè, aptèque diuina manu constructum; & monstrum biceps progignere, vnamque voluntatem, vnum cor, vnam animam in tam multa diuidere? Hæc qui attentaret; quid esset, nisi tartarea fax incendens, absumens, voransque quicquid est boni? Nam quæro, si alterum caput in Hispania statuatur; eiusdem ne potestatis sit futurum, atque Romanum, an non? Si eiusdem; fortè deterius illo potestate vretur: quia cum præsens sit, magis studio, priuatique affectionibus commouebitur, quæ non item ciere solent longinquos. Si potestatem ei mutilemus, auferimusque Prouincialium, Rectorum ceterorumque Præsidium creationem; tum verò Societas deterior feret ordine quouis dissoluto: tum ambitio, presatio, subornatio, inuidia, detractiones, falsa testimonia, factiones, coniurationes, & cetera id genus mala magno agmine irrumperent: ipsique Præsides humana formidine, studiisque priuatis, & inanibus respectibus occæcati, huc atque huc traherentur: quæ vna causa satis esse posset ad vnum caput retinendum: ne quæ in alijs quibusdam cætib; videmus, ac deploramus incommoda, nobis accersamus. Principijs obsta. Nam si oculos ad solutiorum quosdam Ordinum conuertamus; sensim, pedentimque videbimus tam longè à spiritu prolapsos primo; vt iam alij sint, & planè mutatus sit color optimus. Et tamen in eiusmodi Ordinibus, in quibus fieri non potuit, quin & longinquitas temporum, & multitudo Religiosorum multa, & graua schismata, & scandala afferret; nunquam eò ventum videmus, vt duplicanda capita fuerint. Et nos ipso initio, rebus, per Dei gratiam, rectè procedentibus, quicquam istiusmodi attentabimus? Non ne facilius est vnum idoneum Generalem Præpositum, quàm duos inuenire? Et ex vniuersa Societate, quàm è sola Hispania? Age verò, cur potius suum sibi caput velit Hispania, quàm Italia? quàm Germania? quàm alia Nationes? Iam non biceps monstrum, sed Cerberum, aut Hydram, & si quid est magis prodigiosum efficiemus. Quid quod ne Regno quidem expediat hoc fieri dissidium. Nam cum in Italia, & Belgio Rex tantam habeat ditionem, ibique necessarij sint, non qui armis solum contineant in officio populos, sed etiam qui incorrupta doctrina, & rectis exemplis; non ne planè absurdum foret tantum campum nostris hominibus iuandæ Ecclesiæ claudi? Clarum est quid in Belgio, quid Mediolani, quid in Sicilia, quid Neapoli Hispani fecerint. Adde quòd bonorum virorum ex nostro genere inter eas nationes vsu, & consuetudine vehementer mitigatur illa communis nominis Hispani inuidia. Et planum sit, quamuis Hispania multos ferat asperioris ingenij; tamen etiam multos ferre tractabiles, faciles, pios. Quæ omnia lucè clarius ostendunt, nihil noui tentandum. Est etiam cur hoc tempore minus conueniat, post nouissimum generalem Conuentum. Nam si nunc Hispani sibi propriè Generalem postulent; nemo erit quin existimet, id agere eos ex perturbatione, ac dolore acceptæ iniuriæ, ad vindictam, & ambitionem pallio zeli tectam: atque esse inquietos, superbos: qui velint semper, instar olei, superflare, neque norint præesse, quòd sint supramodum imperiosi: neque subesse, quando nolint quenquam pati superiorem. Ac simul enerteremus exemplum humilitatis, & patientiæ, quod nos, qui interfuimus in ea tempestate, præbuimus: periretque fructus, quem de corde bono, & optimo fert patientia. Nec verò Pontifex, cum in creatione huius Generalis auctoritatem suam interposuerit, eumque, tanquam suam rem, protegat, ac defendat; vllò vnquam modo pateretur tantam illi contumeliam irrogari, ab eoque rebellare Hispanas Prouincias.

uincias. Itaque cum Deus, quem habemus Generalem, haud dubie dederit, si- que ritè, ac liberè electus, receptus, & delatà obedientià comprobatus; habea- mus eum loco Dei, illique, ac Deo subditi simus. Non enim potest non esse con- tra Dominum, quod est contra eius Ministrum, & totam Societatem. Nec, si qui hoc tractarent, possent non ire contra conscientiam suam, cum ipsimet ob- sequium ei detulerint, & obedientiam voto professi sint. Apparet igitur neque hoc tempore, neque planè vlllo hanc rem attentandam, nec posse huiusmodi motus ex recto zelo, sed solum ex perturbatione, dolore, & offensione suscepta nasci: nam ratio vera nulla potest subesse. Neque enim dici potest auctum So- ciorum, & negotiorum numerum id postulare: cum Ignatius cuiunque multi- tudini, ac posteritati Instituta considerit, & prauiderit augendam Societatem, & viderit suo tempore sufam latissimè: neque ignorarit posse in ea esse non bo- nos. Nam periculum, quod timetur, ne fortè si Generalis alienigena sit, irrep- tant in Hispaniam hæreses; inane, ac futile est. Neque rectè instituta, pruden- tia est mouere, incerti periculi metu. Gregorius Tertiusdecimus, cum restitue- ret Societati Professionis differendâ libertatem; hac est maximè ratione ductus, quod quamuis periculum foret, ne quando cum dedecore Sacerdotalis dignitatis quispiam è Societate dimissus mendicaret; nunquam tamen id adhuc euenerat. Neque æquum erat incerti incommodi metu rectum fructum intercipi, & cur- sum tranquillum Societatis abruptum. Id ipsum valet in re præsentis. In Germa- nia, & Francia multi adhuc Hispani, cum earum regionum bono, nullo Hispani- æ detrimento, quin potius magno decore elaborarunt. Quare nequaquam consentaneum diuino Spiritui esset trepidare timore, ubi nullus est timor. Me- tuere autem, ne pecunia, aut operarij extrahantur è Regno; planè absurdum est: cum regia decreta nunquam ita obseruata sint, quemadmodum post quàm Generalem habuimus alienæ nationis: iamque alienæ Prouinciæ sobole sua in- structa externa ope minds indigeant. Quod si quam opem adhuc præbuimus; ea paruo nobis stetit: magnum verò fuit adiumentum proximis, decus Maie- stati diuinæ, nostræ Nationi, & Societati ornamentum. Et fortè eam ob rem tam clementer erga nos habuimus cælestem fauorem; quod liberales fuimus in Sancta Ecclesia adiuuanda: eoque pro paucis operis, quas ad defensionem, & propagationem fidei extra Hispaniam misimus, Deus nobis tam insignes, atque idoneos alumnos submisit. Illud postremò, quod tantum vrgetur, non posse tam ex longinquo rectè administrari res, notitiæ defectu; nequaquam tantum incommodum est, vt vllum habeat momentum aduersus ea, quæ disputata sunt: neque planè incommodum erit vllum, cui non facile sit adhibere remedium, si Constitutiones seruentur. Hæc Ribadeneira cum Dionysio ostendisset; ita com- motus est ille vir, nondum planè callo aduersus rectam rationem obducto; vt li- bellum, quem scripserat, tametsi iam exempla extarent, statim concepserit, certo consilio nunquam imposterum eiusmodi quippiam molendi: sed, vt suo refertur loco, ad ingenium redijt. Haud leuis est mihi coniectura hoc anno gesta in Lusitania memoratu digna. Sed quia literæ omnes interciderunt: nec nos in hoc opere, nisi comperta sequimur; narrationem ad res Indicas traduca- mus.

Initio Anni Salfettanzæ prope Goam Ecclesiæ, Ethnicis rebellantibus, magnum subiere discrimen. Causa rebellionis ea fertur. Iam dudum Brachmanes, ac primores Ethnicorum instabant, sibi vt libertas restitueretur suos ritus impio- palam, ac publicè obeundi. Id se impetratum missus ab Idalcane in Lusita- niam Legatus, magna accepta vi pecuniæ, dicitur spondidisse. Is nuper è Lusitania reuersus, ac re non impetrata, ac fortè ne tractata quidem, vt nulla est Bar- baris mentiendi verecundia, respondit Salfettanis, egregiè ab se eorum causam gestam, ac Sebastianum omnia dedisse. Sed morte Præregis Roderici Laurentij, quem superiore anno sublatum in itinere demonstrauimus, qui ferebat manda- ta, venisse literas in Gubernatoris potestatem, ab eoque supprimi: facile tamen intentatis armjs exprimi posse. Probant consilium Barbari, arma repente corri- piunt,

164

Satisfit contra-  
rijs rationibus  
de statuendo in  
Hispania Com-  
missario.

165

Ribadeneira ra-  
ciones, ita Dio-  
nyssum conuin-  
cunt, vt ipsemet  
suum damnet  
libellum.

166

Lusitaniæ res  
hoc anno man-  
date literis non  
sunt.

167

Indiæ res.  
Salfettanzæ Ec-  
clesiæ turbines.

piunt, imparatos Christianos vexant, spoliant, maſtant. Non dubium fuit, quin ſedari inſidè tumultus, ſi maturè occurreretur, non ampliùs ducentis militibus poſſet: ſed ita ceſſatum eſt; vt non leuis manarit ſuſpicio acriùs Rebelles in Vrbe Goa bellum pecuniâ, quàm in agro armis facere. Certè, vbi tumultus increbuit, non deſuere, vel è ſapientiam profitentium numero, qui contenderent tantum motum cauſam iuſtam eſſe non nihil Idololatrie indulgendi. Aded occu- cat animum cupiditas, & ſemper prodendo Chriſto pecunia ſequeſtra eſt. Hinc multiplex Patribus labor, variumque certamen fuit. Alij Chriſtianos ex hoſtili vaſtatione elapſos, omni ſpoliatos re, ac ſpe, in Goanis Pagis excipere, ac ſu- ſtentare Collegij impenſâ. Alij aſſidua inter capitis diſcrimina, & inter arma deſendenda templa, coaſto ex ipsis indigenis, vel Luſitanis præſidio, excubare.

169  
Prouincialis, ac  
Viſitatoris in  
imminente ca-  
lamitate præſi-  
dium.

Prouincialis, ac Viſitator conniti, ac mouere omnia, ne delubra, & idola, im- piaque cerimonie reſtituerentur. Oſtendere quàm facilè ſedari perduelles poſ- ſint. Denique ijs, quorum intererat, cunctantibus, atque inter cetera exhau- ſtum ararium iactantibus, ipſimet tria aureorum nummum millia ad conducen- dos ducentos milites mutua ſumpta tradunt: quo præſidio, quanquam etiam mi- litum quidam, cum grauiùs nemo potentum vgeret, accepto ſtipendio in Vr- be ſubſtitere, deſenſæ Eccleſiæ chriſtiana, ac motus magna ex parte compreſſi.

170  
Collegij Mar-  
gaucenſis angu-  
ſtia.

Interim Marganenſe Collegium, quod intutum erat, atque ex vaſtatione an- nona perierat, vacuum factum, Socijs Goam reuocatis: tantum Antonius Aco- ſta ibi, & ſuo in quaque Eccleſia Patre relicto. Rebus iam quietioribus, Vali- gnanus ad viſendam Borealem Indiæ partem egreditur, ducto ſecum Emma- nuele Texeira, quem Rectorem Bazaini, ſubiectarumque ei Collegio ſedum præ- poſuit. In Sede Sanctæ Trinitatis Salſetæ Inſulæ quinque addidit Socios, qui ediscendæ linguæ operam darent. Bazainenſis Templi ædificationem iuſſit pro- moueri, valde incenſâ Ciuitate ad opus iuuandum, & nonnullo ſubſidio à Præ- toſe collato. Damani, cum pro templo adhuc fuiſſet Meſquita Mahometanis erepta, iamque ruinam minaretur; noui Templi, ſummâ incolarum alacritate fundamenta poſuit. Tanae Patrem Ioannem Diam præfecit, hominem ſeptuage- narium, auoque, ac laboribus attrito corpore, ſed virtute vegetâ, integrâque, quem paulò poſt ad ſedes æternas Dominus euocauit. Venerat is olim cum Co- ſmo Turriano in Indiam ex noua Hispania: Xauerioque, ante ſuſceptam Socie- tatem, multo vſui fuerat, ac deinceps tot perſeuerarat annis Indicam vineam la- borum aſſiduitate excolens, & exemplorum ſanctitate fecundans. Viſitator, Socijs vbique, & Chriſtianiſ Indis admodum incitatis, Goam reuertit. Vere

171  
Valignanus Bo-  
realem Indiã  
inuiſit.

172  
Bazaini, ac Da-  
mani templa  
excitat.

173  
Io. Dix moris,  
& laudes.

ineunte, Dominicum Aluarium ducens, quem ſtatim præſaturum in Sinarum Inſula Machaenſi Sedi miſit, cum comitibus nouem in Iaponiam perreſturus. Et quia proxima Autumni nauigatione ipſe pariter ſtatuerat in oras vltra Gan- gem traicere, feſtinans adire Iaponiam; ſtatim ad recognoscenda iterum auſtri- na Indiæ domicilia contendit. Impetravit ab Trauancorienſi Regulo, vt duobus in Pagis, in quibus aliquot agitabant Chriſtiani, ſed moribus propè Ethnicis, quippe qui æde ſacra, cuſtode, ac magiſtro carebant, liceret ſingula Templa extruere: vbi habere pios conuentus, preces facere, ac doceri poſſent. Ab Ma- naria arce, quia Præſectus aſperrimè Chriſtianos vexans, ſpoliansque, eamque ob rem Patres, qui miſerorum patrociniũ ſuſcipiebant, accipiebat peſſimè; duos Sacerdotes, quos ibi antè locarat in Chriſtianorum Pagos tranſtulit. In

174  
Valignanus  
Goã reuertitur.

175  
Dominicum Al-  
uarium mittit  
ad Sinarum cum  
Socijs nouem  
in Iaponiam  
proſecturis.

176  
A Trauancor-  
ienſi Regulo  
multa impe-  
trat.

Montanis Cocinenſibus Vaipicoræ, nouam ſedem ad Chriſtianos Thomæos in- uandos inſtituit, magnarum rerum initia, Bernardino ibi Ferrario, & Petro Aloyſio Malabare, Sacerdotibus locatis. Eorum Chriſtianorum numerus mil- lia fermè centum explebat. Archiepiſcopus (vt adhuc ſemper fuerant) natione erat Armenus, Abrahamus nomine. Iamque poſteaquam Armenicæ Patriarchæ Romano Pontifici obedientiam detulerat, hi quoque Chriſtiani Romanam Ec- cleſiam cunctarum principem fatebantur; quanquam Neſtorianismo nonnihil infecti. Sacerdotum inter eos numerabantur facilè centum, quos Catenares ap- pellant, Chaldaicè preces, & ſacrificia peragentes: quam linguam habebant

177  
Reſidentia in  
Montanis Coc-  
inenſibus inſti-  
tuta.

in

in pretio, quanquam non multum intelligerent, latinè profus ignari. Iam-  
 dudum cupiebant Patres cum ea gente inire commercia: non solum quod cum  
 inde vsque ab Sancto Thoma, quem suum Apostolum prædicant, cuius &  
 Sepulchrum Meliapore ostendunt, christianam religionem tot inter barbaras  
 superstitiones obtinuisent, omni digni erant obsequio; sed etiam quia cum admo-  
 dum nobilis natio sit, auctoritatem conciliare poterat ad ceteras nobiles Indo-  
 rum nationes: quæ ideo horrebant Patrum consuetudinem; quod eos promi-  
 scuo cum vilissimis populis vsu, tanquam contaminatos existimarent. Quos ve-  
 rò Thomæ reciperent, nemo erat posthac fastiditurus. Præterea cum indolem  
 hi admodum virtutis, doctrinæque capacem præferrent; educari indè poterat  
 præclara Sacerdotum copia ad Indiæ totius grauissimam inopiam subleuandam.  
 Itaque cum Romæ Gregorius Pontifex anno superiore eam gentem Euerardo  
 commendasset; is Visitatori; iamque Prouincialis; ac Rector Cocinensis beni-  
 gnitate; & obsequijs aliquam familiaritatem cum Archiepiscopo contraxissent;  
 ad eum Angamalam Visitator, cum decòris donis profectus, literas elicit; qui-  
 bus liberaliter potestatem faciebat Societati inter eos Christianos manendi, &  
 sua munia obeundi: populum simul adhortans, vt obtemperantem se cunctis in  
 rebus præberet. Porro locus optatissimus stationi ipsa erat Angamala. Sed quia  
 ea Vrbs duorum Dynastiarum Ethnicorum ditioni suberat, quorum alter pare-  
 bat Zamorino hosti Christianorum acerbissimo; tutior visa in præfens, & ad mol-  
 lem aptior ingressum, Vaipicota Oppidum recens, ac prope Cranganorem Lu-  
 stanorum arcem Regi Cocinensi subiecta: qui tamen non christianus; tamen  
 nunquam se asperum præbuerat. Nunc etiam acceptis à Gregorio Pontifice su-  
 per hac re incitatus literis, libenter concessit, vt vbicunque suarum terrarum  
 Sedem Societas poneret. Ergo excitata Ecclesia extempore, cui ab vera Cru-  
 ce nomen factum: indè ad alios quoque populos ceptum excurri. Obuijs ani-  
 mis, ac prompta humanitate exceperet Thomæ Patrum labores, eoque audiens  
 ad Catechismum ediscendum intendere curam; quod Patres Malabaricæ editum  
 linguâ, quæ ibi vernacula est, euulgarunt. Hoc primum anno vidit India libros  
 domi natos. Iam pridem latinos typos Goanum Collegium ex Europa transfue-  
 ctos acceperat: sed Impressorum inopia non exercuerat. Verum necessitate,  
 quæ semper quidem acris, & perspicax est, sed maxime ingeniosa, cum diuina  
 caritas exacuit, urgente; frater Hispanus natione, Ioannes Consaluius nomine,  
 Malabaricas formas excudit, quibus hoc anno primum, non minore Indorum mi-  
 raculo, quam vsu, catechismus editus est, alijs mox libris edendis. Malabaricos  
 fecit characteres: quod ea latè per Indiam sparsa lingua sit. Canarinos moliens,  
 quia sermo ille angustis clauditur finibus, ac partim etiam difficultate operis, ob  
 literarum barbaram formam, ac sonum, destitit. Opportuna igitur etiam fuit  
 hæc aeditio ad Thomæorum animos nouitatis gratia demulcendos. Inter hæc  
 Iulius iam mensis irreperat, & properare Goam Visitatorem ad res componen-  
 das, & profectioem Iaponicam adornandam necesse erat. Itaque ne longo in  
 circuitu tempestiuitas periret; Meliapore terrestri perrexit itinere, cum Patre  
 Georgio Castrio, & Oliuero Toscanello suo comite, latitudinem totam Indici  
 Cunei secans, dissimulato tantisper habitu, ne in Ethnicorum, ac Maurorum  
 terris periclitarentur. Quin etiam, quod sua ipsum quocumque in habitu infi-  
 gnis proceritas fatis prodebat; suspectioribus locis, tanquam ægrotus, gestaba-  
 tur in feretro. Denique rebus Goæ, perque Indiam constitutis, duodecimo Ka-  
 lendas Octobris Malacam versus discessit: quod breui cursu, & prospero quarto-  
 decimo Kalendas Nouembris delatus, dum nauigationis reperendæ idoneam  
 tempestatem opperitur, Collegium ex materia non tam amplificandum, quam  
 propè de nouo ædificandum curauit: adeò angustum, malèque compactum, &  
 abnorme reperit. In Amboino Marcus Præcudus, dum reliquias Christiano-  
 rum, vt inter cuncta bellis infesta summo cum vitæ inuisit discrimine, vt Christo  
 Domino paruulos sacro fonte dedit; contracto morbo, eoque diu cruciatus,  
 tandem communitus supremis Ecclesiæ Sanctæ subsidijs ad Cælum plenus labo-

178

Valignanus ab  
 Angamala Ar-  
 chiepiscopo  
 multa impe-  
 trat.

179

Rex Cocinensis  
 literis Grego-  
 rii XIII. motus  
 sedes Societa-  
 ti in sua dino-  
 ne concedit.

180

Catechismus  
 Malabarica  
 lingua primum  
 impressus.

181

Io. Consaluius  
 primus Mala-  
 baricas formas  
 ad libros im-  
 primendos ex-  
 cudit.

182

Valignanus  
 Goam repetit  
 mutato habi-  
 tu inter infide-  
 les.

183

Malacam appa-  
 lit.

184

Collegium ma-  
 le materialum  
 renouandum  
 curauit.

185

Marcus Præcu-  
 dus in Amboi-  
 no moritur.

186  
Eius labores,  
ac laudes.

187  
Tidoris Rex in-  
uitat Lusitanos  
ad arcem in sua  
ditione exer-  
tandam.

188  
Arx occupatur  
à Babu Rege  
Ternatino.

189  
Mox restitueret  
iuritur.

190  
Iaponiæ res.

191  
Arimæ Andreas  
Rex christianus  
moriatur.

192  
Eius filius Ec-  
clesiam perse-  
quitur, ac tur-  
bat.

193  
Capralis Bün-  
gum tendens  
insidias sibi pa-  
ratas evitat.

194  
Funaium venit.

195  
Et Aloysius  
Froës Meaco.

196  
Hic inuifit  
Neophytos.

197  
Dæmoniæam  
baptismo libe-  
rat.

198  
Capralis &  
Froës vsuquin  
concedunt.

199  
vsuquin perse-  
cutio.

rum, ac rectè factorum migravit. Septem & viginti annis sub Crucis vexillo exactis in religiosa militia, strenuus Christi ducis cruce cum sua sectator. Sedecim annis in Molucensibus Insulis infracto laboribus animo, inter crebra vite pericula, grauissimos morbos, in fame, ac vigilijs, ceterisque humanæ vitæ tormentis vixit. Cæpit non nulla spes in eo tractu meliorum temporum affulgere. Nam cum Rex Tidoris, quæ Insula est Ternati proxima, timeret sibi à Ternatino Rege Babu; ubi vidit ab eo Lusitanos Ternate eiectos; in Amboinum perrexit, inuitans, vt arcem in Tidore excitarent. Quò cum iuissent Lusitani, pariterque Petrus Mascarenia, Socijs, post Prancudum, præfectus, cum altero Sacerdote; cæpere reliquas Christianorum per literas, & nuncios, partim etiam coram consolari, & confirmare. Sed ecce rursus extructum ab Lusitanis aggerem Babu obsidet. Iamque Nostri in vltimum venerant angustiarum, non inopia, sed fame pressi, cum Iorum hostium Iuncus, qui ad Ternatem cursum intenderat, vento resistente ad Tidorem compulsus, tanquam ab Cælo missum leuamentum attulit. Nec multò post ipsemet Babu inducias postulauit. Ita præter omnem spem cæptum propugnaculum stetit. Quidam petitas vltro ab Ternatino inducias credere, quòd seditiones populorum metueret, ipsius imperio, ac potius tyrannidi ægerrimè subiectorum: alij quòd vellet planum facere, se non odio Lusitanorum bellum gerere; sed tantum, vt parentis eadem vltisceretur. Quam ob causam Goam quoque Legatum misit, per quem facti sui rationem exponens, addidit, Arcem ab se eò captam, vt Regis interfecto meritis daret pœnas: continuoque, si ille dederetur, eà cessurum, nec Lusitani Regis imperata minus fideliter, quàm antè facturum. Cuius exitum rei, Deo volente, suo loco reddemus.

In Iaponia Arimanam Ecclesiam huius anni initio violentus turbo tum maxime efflorescentem propè funditus perdidit. Andreas Rex superiore anno conuersus ad fidem, in eiusdem exitu anni, carcinomate in latere enato, excefferat; qui quanquam ad ægotum, exclusis Patribus, intromissi Bonzj fuerant; perstistisse in fide dicitur, & Crucem, quam illi Pater Capralis dederat, nunquam è manibus amisisse. Eo sublato adolescens filius Bonziorum instinctu propinquorum, & affinium minis in Ecclesiam irruit, Oratoria disturbauit, comminuit Cruces, populi magnam partem ad impietatem retraxit. Cedere in præsens tempestatu coactus Capralis, iter Bungum intendit, diuinitus vt apparuit, ex via quam instituerat digressus: quod ni fecisset; in insidias, quas illi ad necem struxerant Barbari, incidisset. Funaium sub anni Iaponici initium attigit. Eodemque tempore Aloysius Froës Meaco reuocatus, vt tantisper labores temperans valetudinem afflictißimam recrearet, peruénit. Sed nullum est operarijs Christi otij negotio gratius. Subinde ad visendos circa Neophytos, cum Roccho Fratre abiit, atque inter sex & sexaginta Ecclesiæ ex eo tractu additos, fuit agricolæ filia, quæ septem iam annos ab Dæmone torquebatur. Hæc dum Aloysius audit confessiones, & Rocchus explicat catechismum, ad mentionem Christi pro gentis humanæ salute in Crucem sublata, extulit clamorem terrificum: insilire in ignem malle iactans, quàm ea audire. In tumultu, ac strepitu accurrit Aloysius. Eo solennes Ecclesiæ adiurationes adhibente, sedatur. Audit deinceps placidè reliquum catechismi: susceptoque baptismo, nunquam postea vel ipsa, vel duo fratres eidem antea vexationi obnoxij, vllà sunt molestia laceßiti. vsuquin deinde, ubi tum Regia erat, Capralis, & Froës concessere. Hic Ecclesiam atrox procella corripuit, quæ tum ceterorum eximiam; tum planè memorabilem adolescentis, atque adèd pueri constantiam palàm fecit. Regina Bungensis, quam Iezabelem vocamus, frater, nomine Cicatondonus, opibus, & ditione potens, orbitati solatium, adoptauerat puerum nomine Cicatodonam, Meacensem origine, & nobilitate Cungium (Hi sunt intimi Dayris admistris) ijs abundantem tum corporis, tum animi ornamentis; vt quod deerat caritatis ab naturæ necessitudine, id pueri indoles egregia, suauitas morum, profectus in Iaponica humanitate satis superque compensaret. Itaque etiam Rex,

Rex, ac Regina vnam è filiabus destinant ei vxotem. Ipsemet Cicatondonus, vbi Meaco Vfluquin puerum aduexit, ad audiendam christianam catechesim ad Ecclesiam duxit: quocumque id animo fecerit: nam nunquam admodum Christianis rebus fauit, dignus planè Iezabele germanus. At Cicatona cum statim catechesim admodum probasset; euènit, vt sermone hominum passim celebrante, quod supra narrauimus, eiectum à Ioanne Goro demonem, hoc facilius ad Cicatona aures perueniret, quod Ioannes ei Magister erat. Quam rem cum ægrè puer crederet, ipsum Iamabuxum accersit, qui, vt iam catechumenus, dedit libenter gloriam Deo, remque totam sanctè confirmavit. Tum Cicatona dixit omnino velle se ex ea religione esse, quam complexi homines tantum supra demonum vires pollerent. Id vbi Iezabeli pernotuit; en furor, en pugna. Non minus Cicatondonus obistere. Habebant puerum velut in custodia, & diligenter à congressu Patrum arcebant: cum ille ingeminaret se cognita veritati non posse oblucri: sinerent feri Christianum, tum conijcerent quas vellent in tenebras, vel Meacum redire ad suos permitterent. Denique, vt ab sancto deijciant consilio, procul ab usu Christianorum summonent extra Regnum Bungenle: quanquam non fuit Satanæ ministrorum, quàm seruorum Christi maior industria: & illuc, licet omnia septa essent, Patrum literæ, ad solandum rabidos inter lupos relictum Christi Agnum, penetrarunt. Post aliquot menses, cum putaretur iam voluntas nouæ religionis euansisse; reuocatur Vfluquin, & recipitur honorificentissimo Principum occurfu, quod minus priscis cogitationibus vacaret animus. Illi tamen prima curarum fuit, furtim Caprale adito, flagitare baptismum. Accessit ad incendendam cupiditatem nocturnus in eius cubiculo fragor. Audiebantur vehementes ictus lapidum incussorum: nullo (quamuis diligenter inquireretur) auctore vnquam inuento. Quæ terribilissima post baptismum penitus euanere. Vnà cum tribus Nobilibus adolescentibus suis familiaribus in peruigilio Sancti Marci Euangelistæ celesti vnda conspersus est, nomine sibi delecto Simonis, quod id nomen caracteribus expressum Sinarum, quos elegantissimè figurabat, significaret, eum qui docetur à Magistro. Post baptismum multa locutus pietatem summam spirantia; addidit vnum modò restare sibi ad cumulum votorum, vt intra quadragesimum diem tolleretur è vita, priusquam cælitus indutum animo suo nitorem labes culpæ cuiuspiam sedaret. Paucos post dies ture, quo domestici animi causa abduxerant, densam inter pluiam pedes reuertit in Urbem, vt diuinis rebus interesset Dominico die: interfuitque supinis, ac iunctis assiduè manibus, & flexis genibus, specie Christianis veteranis lætissima. Nondum sacrarum ceremoniarum rationem perceperat: tamen cuncta sibi videri sancta, & diuina profitebatur: & inuidere se ijs, quibus pro suo arbitratu, & palàm facultas esset Ecclesiam frequentandi: nam ipsi captanda erant tempora. Cuius demum & seruitutis, & damni impatiens, vltro sibi precat ornum sertum è collo suspendit, vnde Cicatondonus intelligeret iam esse Christianum, & semel causa decideretur. Cicatondonus, re cognita, ira æstuans, cum per internuncium venisset Ecclesiam adire: arctius cum Regina coniurat: atque vnum primò, mox & alterum ex ijs, qui cum Simone baptismum susceperant, quod per eos nonnulla haberet cum Patribus literarum commercia, eiecit: vitæ se parcere affirmans, quod essent adolescentes. Summonit dein etiam tertium nomine Fabianum, vno tantum puero relicto Meacensi, quem item eandem ob causam tandem exterminauit. Ita spoliatus fidorum comitum solatio, legendâ Sancti Sebastiani vitâ, quam Iaponicè versam Patres summisserant, crebrisque precibus sustentabat se Christi athleta, assiduas inter, & acerrimas administratorum Satanæ impressiones. Primi quique & astutissimi Procerum etiam atque etiam monere, agnosceret suas opes, ac spes: ipsum ab Rege primum, aut alterum esse, delectum filiarum Regis sponsum, Cicatondoni filium, & heredem: habere duodecim, aut quindecim hominum millia sub suis signis in bello, ad octoginta aureorum millium vedaigal: præterea ingenij dotes præstantissimas, quibus expectationem de se amplifi-

200 Cicatondonus Iezabele frater ducit ad catechismum audiendum adopiuum filium Cicatona.

201 Cicatona catechismum approbat.

202 Christianam religionem se profecti velle declarat.

203 Iezabel, & Cicatondonus se opponunt.

204 Cicatona in sententia permancet.

205 Amadatur à Regeuo Bungenle.

206 Fates eius constantiam per licet las louent.

207 Vfluquin iterum reuocatur.

208 Baptismum flagrat terribilissima mens impulsus.

209 Baptizatus cum tribus alijs Nobilibus Simonis nomen accipit.

210 Capri dissoluti & esse cum Christo antiquam Baptismi gratiam amittat.

211 Eius pietas in Templis, ac rebus diuinis.

212 Palam se Christianum profiteatur precatorium sertum è collo suspendens.

213 Cicatondoni, ac Regina in illum furor.



214  
Familiarium  
com mercio pri-  
uatur.

215  
Sacrorum libe-  
rorum lectio-  
ne se consolatur.

216  
Proceres ma-  
la ei suggerunt  
consilia.

217  
Ad Proceres  
sapientes, con-  
stanterque re-  
sponderet.

218  
Cicatondonus  
Capralem ag-  
greditur ad ex-  
pugnandam Si-  
monis constan-  
tiam.

219  
Caprales re-  
sponso.

220  
Cicatondonus  
promissa, ac  
minas intentat.

221  
Reluctat Ca-  
pralis constanti  
animo.

222  
Cicatondonus  
promissa, ac  
minas intentat.

223  
Cicatondonus  
promissa, ac  
minas intentat.

224  
Cicatondonus  
promissa, ac  
minas intentat.

225  
Cicatondonus  
promissa, ac  
minas intentat.

226  
Cicatondonus  
promissa, ac  
minas intentat.

227  
Cicatondonus  
promissa, ac  
minas intentat.

228  
Cicatondonus  
promissa, ac  
minas intentat.

229  
Cicatondonus  
promissa, ac  
minas intentat.

230  
Cicatondonus  
promissa, ac  
minas intentat.

231  
Cicatondonus  
promissa, ac  
minas intentat.

232  
Cicatondonus  
promissa, ac  
minas intentat.

233  
Cicatondonus  
promissa, ac  
minas intentat.

234  
Cicatondonus  
promissa, ac  
minas intentat.

235  
Cicatondonus  
promissa, ac  
minas intentat.

236  
Cicatondonus  
promissa, ac  
minas intentat.

237  
Cicatondonus  
promissa, ac  
minas intentat.

238  
Cicatondonus  
promissa, ac  
minas intentat.

239  
Cicatondonus  
promissa, ac  
minas intentat.

240  
Cicatondonus  
promissa, ac  
minas intentat.

amplissimam Iaponiæ vniuersæ concitarit. Videret igitur, ne non ea solum tam ampla, sed etiam vitam in exitum offerret. Quibus ille respondebat, se, generum esse Regis, filium Cicatondoni, immensum habere centum, & quemlibet magnum bellatorum numerum, præ Christiana fide nihilifacere: maiores ibi thesauros, illustriora decora possidere. Sinerent Christianum esse: cuncta ea recipere: quin velut mancipium suo arbitratu vexarent: iam se, cum baptismum suscepit, ad ista omnia salutis suæ, & Dei gloriæ causâ perpetiendam animum confirmasse. Ergo, cum aliæ non procederent viæ, Cicatondonus de christianis Sacerdotibus, ex Bonziana leuitate iudicans, Patrem Capralem statuit attentare. Verbis non inhumanis nunciatur tria. Primum, Cicatoram suum filium, qui ante susceptam christianam religionem in potestate patris obsequenter fuisset, postea multis in rebus contumacem sese præbere. Quare dolere se, quod Capralem eum initiasset. Deinde, cum suus filius tam illustris esset persona, indignum esse adeo frequentare Ecclesiam, & globulos pendentes ab collo ferre. Postremò cum in Regno Bungeno, ceterisque terris suæ ditionis multa essent Camium, & Fotoquum templa, & sacra; si Christianus foret Cicator; ea euertere. Quare se etiam, atque etiam orare, & obsecrare Patrem, vt omnino illum à christiana religione reuocet: ac de cetero certus sit Cicatondoni christianis rebus non fauendum minus, quam fauere esset Cicator, si Christianus perseveraret. Respondit Caprales Cicatoram ab ipsomet Cicatondono ad Ecclesiam primum adductum, vt christianam disciplinam cognosceret. Quare de nemine queri posse, quod baptismus ei impertitus sit, ad quem ipsemet voluerat præparari. Nec contumaciam in schola Christi doceri, sed obedientiam. Ad hæc Meacensi in Regno Cungios, & Voiacatas esse Christianos, nihilo Cicator dignitate inferiores, & ipsam filium Regis Bungensis Sebastianum, voluntate Patris summa, initiatum esse. At in Europa, cui comparata Iaponia pusilla erat Insula, potentissimos Reges Christianos esse quorum summum decus esset frequentare Tempa, ad venerandum vnicum mundi Procreatorem, ac Salvatorem, & opem ab eo suppliciter exposcendam. Globulos ab collo pendulos ferre, nullâ christianis lege præceptum. Quare posse Cicatoram abstinere. Si ad Templum veniret, nunquam inde, nisi consilia optima reportatum. Regni Bungeni Dijs non admodum ex proximo imminere cladem, quam timerent: nec vicumque eveniret quicquam inde pertimescendum, cum ante oculos vniuersæ Iaponiæ versaretur Nobunanga, quamuis non Christianus, tam felix Imperator, tam acer Camium ac Fotoquum euersor. Demum Cicatondoni non satis intelligere quam simplex, ac pura sit Dei lex: qui putaret eius prædicatores adeo turpiter præuicari debere, vt suaderent deserendum, quod amplectendum, vel cum periculo vitæ docent. Itaque quamuis non solum quotquot in Iaponia Socij sint, sed Ecclesiæ per eos instituendæ omnes periclitarentur; nunquam consilium tam perfidum, tam impium ex eorum ore proditum. Ad hæc Cicatondonus primum ingentia promissa ostentat: tum grauissimas intentat minas, easdemque Regina aggranat, nunquam credentes fore vt constantia christiana tanto intervallo Bonzianam transcenderet. Sed cognouerunt longè aliam esse virtutem, quam Sanctus Spiritus deuota sibi pectora ex alto induit, atque eam, quæ de terra, seu tartaro nascitur, adumbrata, fluxa, inanis. Responsum est aperte, & grauitate, nec spem vllam posse cum rebus, quæ sperantur in celo, comparari, nec Christi discipulos consuesse minas hominum pertimescere, qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere. Si armata manu in Ecclesiam irumpere, vt pauculos peregrinos, qui rectam salutis viam errantibus populis monstraturi ex alio mundo aduenerant, enecarent; inuenturos cunctos non armis ad repugnandum instructos, sed precibus, & diuina fiducia communitos: paratiores ad excipienda vulnera, quam esset futurus miles ad inferenda. Rex interim aberat, cum Principe filio, ad nouem milia passuum venationi intentus, initioque barbarum noluerat suam imponere auctoritatem, sperans Cicatondoni impetum per sese casurum. Tantum iusserat nunciari sibi quem causa progressum

gressum haberet. Itaque admonitus à Caprali quid comminatus Cicatondonus  
 esset, utque de ea re nihil caperet molestiæ, quòd summam felicitatem pro ca-  
 tholica fide mori Patres existimarent; respondit: Non esse eum Cicatondono ra-  
 tionibus agendum sublimibus, & magni ponderis: sat esse dicere baptismum non  
 esse rem eiusmodi, quæ semel suscepta posset rejici: nec debere Patres in se reci-  
 pere Cicatoram ei obediturum. Nam quicquid is faceret, nunquam ita satisfac-  
 turum, quin plurimas inueniret Cicatondonus querelarum causas. Ceterum  
 bono essent animo, vitas ipsorum, & Ecclesiam sibi curæ esse. Christi inter  
 hæc simplex tyrunculus penè circumuenitur fraude hominis multæ apud eum  
 auctoritatis: qui spoliatum omni auxilio, consilioque adolescentem his verbis  
 aggreditur. Cicatondono patri tuo hæc certa stat sententia, hodie, vel cras ir-  
 ruere in Ecclesiam, & igni, ac ferro delere omnia. Hic Patres magistri tui haud  
 dubiè mactabuntur. Itaque tuâ causâ ipsi peribunt, Templum euerteretur, Chri-  
 stiani de medio tollentur, perturbabitur regnum, tuus Pater in tumultu fortè  
 simul peribit, aliæque calamitates imminet, quæ te singulæ emollire deberent.  
 Alloquutus ego sum Patres: dixi id tibi consilij esse, ductâ Regis sibi, eam ad  
 christianam legem pellicere, & in Regno Bugeno multas excitare Ecclesias. Qua-  
 re renunciant Patres, fas esse tibi tantisper dissimulare, ac religione in consci-  
 entia abdito retentâ, tantum malum imagine obsequij auertere, tantæque spei  
 feruire. Hac machina optimus adolescens vehementissimè conquassatus, ne-  
 minem mortalium habens, quem posset consulere, alto plenus mæore abdidit  
 se in conclauem, & totum diem perseuerauit lacrimans, miserè curis distractus:  
 nunc ambigens an vera narraret internuncius, quidque saluo officio liceret exe-  
 qui, nunc impendentem Patribus, & Christianis calamitatem formidans. De-  
 mum respondit se parenti Cicatondono nequaquam aduersaturum. Hac etulga-  
 ta voce internuncius, ne si fraus, quam adhibuerat, veniret in lucem, præsens  
 fœdè redargueretur; vrbe statim exiit. Interim celebrari pro victoria ab Eth-  
 nicis simplex adolescentis dictum. Regina, eiusque domus, & impiorum turba  
 omni exultare lætitia, ac triumphare. Nec minor ex altera parte Capralem  
 pupugit dolor, pertimescentem ne ea re Christianorum sacrorum exilimatio  
 euilsceret. At grauissimè Simon indoluit, ubi se tam fraudulenter circumuen-  
 tum cognouit, edoctusque est quàm eo rerum articulo dissimulandum non es-  
 set: sique duo illi Sacerdotes christiani morerentur; optimè cum ijs actum iri, ac  
 loco eorum magno numero successuros ex India. Itaque confestim Cicatondo-  
 no significat, quod promiserat ei se non aduersaturum; sic acciperet, salua chri-  
 stiana religione. Ceterùm quamuis cuncta Iaponiæ regna verterentur in tene-  
 bras; nunquam in suo corde legis diuinæ lucem obscuratum iri. Eodèmq; tem-  
 pore, sagacitate virili vsus, viam inuenit, qua filium Regis Sebastianum alloque-  
 retur: qui miseratus adolescentem, squallore, & macie ob arumnas confectum,  
 recepit se ita causæ eius affuturum; ut si ille eijceretur, comitem se exilij adde-  
 ret. Cùm repentiè dira fama manat, actum de rebus christianis. Cicatondonum  
 supremis irritatum Simonis vocibus magnam armatorum manum immittere ad  
 Patrum necem, ac Templi, domusque euerisionem. Narrauitque postea Seba-  
 stianus datum duobus Nobilibus propriè negotium, ut Capralem necarent: duo-  
 decim militibus, ut Fratrem Ioannem in frustra conciderent: quòd is, eum Iapo-  
 nius esset, causa, & fomes constantiæ Cicatoræ haberetur: ad eum confirman-  
 dum vel occultè penetrans, vel literas furtim transmittens. Ceteræ multitudi-  
 ni alij promiscuè trucidandi domestici, Templumque, ac domus diruenda desti-  
 nata erant. Hac fama vulgata, Patres ad inuocationes Sanctorum confugere, ad  
 ieiunia, preces, sacrificia: & huc conferre omnia, ut Deus id ageret, quod glo-  
 riæ suæ conuenientissimum esset, ac robor Simoni inspiraret. Gestientibus læ-  
 titia Bonzijs, & passim Ethnicis, Christiani, ob excellentem martyrij opinio-  
 nem, ad Templum concurrere: nusquam tristitiam, nusquam hesitationem,  
 aut metum; sed in omnium ore, oculisque christianam fortitudinem, & gau-  
 dium cælestè vidisses. In magna multitudine, quæ conuenerat, varij fiebant  
 cir-

222

Bongi Rex de  
his certor à  
Caprali factus  
sapienter re-  
spondet.

223

Parulus Si-  
mon, ac sim-  
plex vatre cir-  
cumuenitur.

224

Notat puerulus  
consilij inops.

225

Cicatondono  
se non aduersa-  
turum respon-  
det.

226

Ethnici illum  
expugnam  
canunt.

227

Capralem astus  
percellit.

228

Simon decep-  
tum se doler.

229

suam respon-  
sum explicat ac  
temperat.

230

A Sebastiano  
Regis filio au-  
xilium implo-  
rat.

231

Cicatondonus  
in Patres, ac  
Christianos fu-  
git.

232

Martyrium ex-  
pectantes Chri-  
stiani ad Eccle-  
siam consu-  
gunt.

cir-

235  
 Novis vestibus  
 ornantur.

234  
 Ab Ecclesia se  
 retrahere cœu-  
 rant.

235  
 Christianus iu-  
 uenis martyrij  
 o. causam a-  
 mittere cœuit.

236  
 Eius vxor, ali-  
 æque mulieres  
 martyrium re-  
 fugere nolunt.

237  
 Noctu nobi-  
 les mulieres  
 ad Ecclesiam  
 accedunt spe  
 martyrij.

238  
 Rex Iezabelis  
 repudium mi-  
 naturæ nisi à  
 Christianorum  
 persecutione de-  
 listat.

239  
 Capralis mor-  
 ti se, ac suos pa-  
 ratos offert pro  
 publica quiete.

240  
 Regis ad eum  
 responsum.

circuli, nec nisi de contestanda fide, de Triumpho Martyrum, de felicitate æterna sermones. Quin, ad clarius sui gaudij documentum, venerant vestimentis novis ornati. Iubente Caprali abscedere, ne quis suspicaretur arma comparari ad repellendam vim; responderunt Nobiles: Si Rex iuberet mori; absque mora oblaturus ferro ceruices. Sed cum hanc impiam vim per summam iniuriam moliretur Cicatondonus nihilo ipsi nobilitate superior; se intelligere ipsi Regi gratum facturos, si vim vi conarentur repellere. Itaque se adesse ad subeundam gloriosam mortem, verum certando paratos, & gladios proferunt; quos tectos attulerant. Patres ubi præmunire se precibus, & generali confessione; legunt è sacro calices, reliquiarias thecas argenteas, & reliquam pretiosam Ecclesiæ suppellectilem, duabusque inclusa capsulis, christianum iunemum rogant domi suæ asseruet, vt post mortem Patrum Vsqvianorum Patri Ioanni Baptistæ Funarij degenti traderet. Hic respondit sibi eam custodiam nefas excipere, quod statuisset pro defendenda Ecclesia mori: sed rogaturum vxorem, vt ipsa conseruaret. Hæc, audita re, penè cum stomacho: Id enimvero nouum planè est, inquit, Patres hac nocte expectare martyrium, teque gaudere tam beati finis consortem esse, ac mihi suadere, vt martyrij expertus ad argenti custodiam domi sedeam. Reuertere in Ecclesiam, iam ipsa quoque adero. Erant domi ferme mulieres decem christianæ: hæc vir, & vxor singillatim rogant, vt velint capsulas asseruare: sed singula respondere, cum sua Domina, ceterisque Christianis martyrium subituras. Itum ad alios, idem respondent: vt demum oportuerit ad hominem Ethnicum, ceterà minimè malum, transmittere. Ethnici domicilio Patrum vicini, nudatis suis domibus, translatis in tutiora rebus, ne eas quoque, tanquam contagio, vel prædator, vel ignis intaderet; ipsi sceta ferè Foquexi, hostes diuinæ legis terribilissimi, armis succincti auidè opperiebantur primas motus scintillas veteri explendo furori. Noctè intempesta dum Christiani in Templo ad omnes auras intenti excubant, Ecclesiæ fores pulsantur: & ecce nobiles feminae aderant honesto cum comitatu, quoniam illic ipsarum viri martyrij causa vigilabant, se quoque venisse tam gloriosæ palmæ consortes futuras. Quarum vna, quod parentes Ethnicos lateret, in contiguam Christianæ domum rupto pariete transferat: nec potuere persuaderi, vt remigrarent domum. Ipsi Cicatondoni propinquus Christianus vnicum filiolum fermè septennem, postquam blanditijs, & gremio fouens consopiuerat, collocauit in lectulo, & prope rauit in Templum. Noctè insomni exacta, ubi illuxit, Patres diuino sacrificio, & cohortatione solatos dimittunt. Sed illi, si fortè dilata esset in lucem cades, non in sua tecta, sed ad proximos quisque amicos, & cognatos digrediuntur protinus accursuri: ac noctè insequenti eodem seruore reuertuntur in Templum: quæ nihilo minore martyrij spe traducta; præsertim quod Regina nunciari iusserat dilatam eo die cladem, si fortè animum Patres inducerent Cicatorum ad officium adhortari. Sed placuit Deo sacrificia illa fidelis populi incruenta suscipere. Rex quo progressa Iezabelis importunitas esset edoctus, seriò christianam causam capessuit, palàm denuncians mulierem prorsus intolerandam, nisi abstereretur maiorum metu malorum, se eodem momento repudiaturum. Et sanè nihil hac tanta in tempestate admirabilius fuit, quàm Regis animum calumniarum atrocitate, & multitudine in christiana causa nihil intrepuisse. Qui cum Pater Capralis, exposita vitæ christianæ formâ, legisque diuinæ præceptis, quidque Patribus in Iaponia propositum esset, docuisset, non per ipsos excitatam turbam, ex qua totum regnum in discrimen veniret, quod inimici iactabant, sed per Cicatondonium: Neque æquum fuisse ab diuinæ legis iniuria peti eius impotentia medicinam. Quanquam si procella remissura esset Patrum nece, paratas ipsi haberent ceruices. Rex in hunc modum excepit. Non solum septem ac viginti annis experimentum vitæ vestræ feci, quamque pacem, & caritatem christiana lex doceat, sed initio navigationis Lusitanum hominem nactus, qui per occasionem curandi Regis Amanguciani mei fratris è scelopeti vulnere, mecum tres annos fuit, ex eo dissimulanter Lusitanicas, & Indicas res volui co-

gnoscere, & super omnia Religiosorum mores. Deinde quò certius ex illo, alijsque Lusitanis audita explorarem, certum mihi hominem in Indiam, qui redijt Christianus, ac retulit quæ Lusitani narrantent, inferiora esse vero. Regnorum clades satis noui vnde oriatur. Potentium iniuriæ, qui quæ iniqua sunt, contra fas tueri obstinant animos, tumultus cient omnes, ac seditiones, eoque gratum est, quòd me Cicatondoni factorum admonuisti. In Dei tuendis Templis mea dignitas agitur: quòd si non impendio, at iussu extructa sunt meo. Cicatora quoque mei patrocinijs est: quòque res facilius componatur, statim illi filiam despondebo. In summa bono este animo. Nam si quæ in alienis Prouincijs contra vestros sunt iniuriæ: pro meis duco: vos, quos complexos sinu teneo, profectò nemo priùs quàm me lædet. Videbatur inclinata tempestas, cum rursus propè violentius incitatur. Sebastianus tenèri non potuit, quin grauius apud Cicatondonum exostularet: quando iam ipse esset Christianus, ita pugnare eum ne Cicatora legem eandem profiteretur: quid esset aliud, quàm suum, Regijsque factum condemnare? Cùm sibi ipse Patres tanquam magistros adscernerit, & Templum tanquam scholam frequentet, ijs necem, huic excidium moliri; quid aliud esse, quàm sibi ignominiam irrogare, bellum indicere? Postremò quòd necem familiaribus ipsius interminatus erat Cicatondonus, si quis ad Simonem literas ferret, similiter se eius domesticos accepturum. His verbis non grauius Cicatondonus, quàm Regina Iezabel foror eius exarsit. Iam Sebastianum nequaquam pro filio sibi fore dictitans: & factò agmine, vnà cum alijs primis è Regno, de integro Regem vtrumque, ac magis iuniorem aggrediuntur. Ne parui momenti ducerent rem: sibi cognitum coniurare clanculum Christianos, Sebastianò, & Cicatorà ducibus. Si iam nunc tam pauci numero hæc auderent; quid fore mox aucto numero, corroboratis viribus, audaciâ confirmatâ? Aspicerent Ieoxorum facinora, qui deiectis è solio Regibus, quorum erant imperio subiecti, homine Bonzio sibi præposito, iam tertium, aut quartum annum contra Nobunangam bellum gererent. Maturè igitur execrandam sectam exciderent stirpitus, antequam in regni exitum inualesceret. Quibus calumnijs feruentibus, & Matre apud filium, totque alijs necessitudine summa coniunctis, eas inuidiosissimè exaggerantibus, Bonziorum vniuersa natione, etiam populo contra pugnante, quis non diuinæ tutelæ pauculos Agnos tot inter Lupos protegentis numen agnoscat? Deus igitur, qui olim dixerat: Ego pugnabo pro vobis, & vos tacebitis. Patribus iam non nisi in diuina ope sacrificijs, maceratione corporis, & precibus exposcenda occupatis, Regis vtriusque corda adedò vasti, violentiæque torrentis impetum fixit: vt quamuis Ethnicis aduersus homines tanta necessitudine coniunctos, pro Christiana Lege, & peregrinis hominibus certamen susciperent. Iunior tantùm Rex, ne tam atroci in crimine secors videretur, voluit quæ de coniuratione dicebantur cognoscere, libensque cognouit Christianos in vinculo pacis, caritatisque coniunctos bello non contra Principes, sed contra vitia suscepto, conspirare ad rectè facta, studiumque virtutum. Interque diuina præcepta, in primo ex ijs, quæ pertinent ad coniungendos ritè, ac piè homines inter sese, obsequium, & obedientiam aduersus Reges, ceterosque Præsides contineri. Iam erat debellatùm, cum tanquam vltima subsidia Bonzj quinque, quorum è nutu cuncta administratio regni pendebat, coniunctis animis, & consilijs ad Simonem circumueniendum tendunt. Sed eum ille per internuncium, qui significarat eos adesse, respondisset libenter se venturum in colloquium, si posset, quod petitum veniebant, concedere: ceterùm cum iam esset Christianus, ne in sermone vltro citroque aliquid minus iucundum auditu excideret: vtrique parti expedire abstinere congressu; Bonzj ante telicōniectum victi abscesserunt. Exitit ex vniuerso hoc certamine gloria Dei maxima, animus ingens Christianis accessit. Eorum constantia Ethnicos multos baptismi amore succendit, quorum tres & viginti claro genere Dominica Sanctissimæ Trinitatis expiauit. Vnus item Nobilium iam antè Christianus, sed cuius deplorata habebatur salus, ad officium reuocatus, ac Sebastianus ipse vehementer

241

Noua exorta tempestas ex Sebastiani in Cicatondonum inuectura.

242

Iezabel, & Cicatondonus magis iritantur.

243

Christianos de coniuratione contra Regem insimulant.

244

Rex coniurationem inuestigat.

245

Christianos contra vitia, non contra Principes coniurasse reperit.

246

Quinque Bonzj Simonem alloqui petunt.

247

Non permittuntur accedere.

248

Christianorum perspecta constantia.

249

Ethnici multi baptizantur.

250. *Iezabel doleribus Deo vindicæ, æstuat.* ter incensus. Ad hæc cum Reginam, quo tempore maximè laxis habenis Ecclesiam incurfabat, dolores corripuissent acerrimi, & vt manifesta probebant indicia, Diabolus inuassisset, quamuis domestici studerent arcanum habere; tamen res emanauit, diuinæque vindictæ tributa est. Vti etiam incendium, quo sororis eius ædes eodem tempore penitus conflagrarunt, tantum residuo cubiculo, quod Sebastianus post christianam fidem susceptam ædificarat. Senior Rex vbi omnia in tranquillo constituit; monuit sapienter Patres, vt Christianorum lætitiã temperarent; ne si insultare victis viderentur; malè obductum vlcus rescinderent. Interim in ditione Bartholomæi penitus extirpata Idololatria est; vt iam in ijs terris nulla argumenta impietatis, sed solum Tempia christiana, & frequentes Cruces cernerentur, quas populo moris erat in transitu genu posito adorare. Atque, ad firmamentum pietatis, hoc simul tempore dirus ille Bartholomæi, & Christianorum hostis Isaphæis impurum spiritum tartareis potestatibus dedit: è conuiuio, quod celebrabat, coactus repentina necessitate exurgere, ac repentè extinctus. Bartholomæus grati animi ergo nouum Templum Omuræ, sumptu haud modico, posuit. Haud paulò maius firmamentum fidei rebus, & gaudium Christianis accessit ex aduecto ex India Sociorum auxilio, vt ijs angustijs amplissimo. Nam Balthasar Lopius ad postulanda missus auxilia, quod supra narraui, cum tredecim Socijs ab Valignano acceptis, in quibus octo erant Sacerdotes, quinto Nonas Iulias Cocinocum appulit, quod in terris Arimanis Oppidum constanter in fide perstabat. Gratulatione summa Christianorum excepti immittentium se in aquas, vt osculum manus admouerent: tum puerorum, puellarumque sacra cantica modulantium occurfu. Capralis tempestate Bungenfi in tempore sedata, statim accurrit: aliosque alijs disponens sedibus, ipsum Balthasarem Lopium, cum Aloysio Almeida, in regnum Saxumanum Cangoximam, quò primùm olim Xauerius appulit, Regis accitu misit: quanquam, Rege à Bonzijs peruerso, nihil profectum est, nisi vt laboraretur, Petrum Ramonem tyronibus præfuturum Funaium duxit, cum socijs iunioribus, vt aliquod Collegio, ac tyrociniò exordium feret. Aded per aduersa proficit Dei lex, Deique famuli ex ipsa dæmonum, eorumque satellitum vexatione animos & robur ducunt. Porro iam pridem summè expetebatur Collegium, ac Tyrociniũ in Iaponia. Nam cum experimento constaret nonnisi post multorum annorum vsum ad explicandum pro concione catechismum cum aliqua dignitate alienigenas Iaponicam linguam ediscere, & suos Iaponios prædicatores libentissimè Iaponij audirent, gensque cuiusvis capax virtutis esset, ad prouehendum opus nihil erat consultius, quàm Societati lætæ indolis Iaponios adolescentes adiungere. Hos autem tum disciplinæ religiosæ formare rudimentis, tum sacris imbuere literis oportebat: quæ feri sine Probationis domo, Collegioque non poterant. Præterea esse domicilium oportebat, vbi recens ex Europa aduecti linguas, ritusque Iaponicos discerent, & quò fessi, sparsi que varijs sedibus, ad animi vires & corporis colligendas, receptum haberent. Denique vt ipsa Iaponiorum tenera ætas, quæ nullâ culturâ, summa in licentia, & vitijs fœdissimis educabatur; christianæ sanctitatis lacte imbueretur, vnâ cum literarum initijs. Quibus omnibus tam copiosi auxiliij leuamento aliquod exordium factum. Omnium verò Iaponiæ Orarum, in quibus tum Christiani versabantur, ob patrociniũ, ac potentiam Regis Bungi, Funaium opportunissima sedes est visa, quam sedem in eo Regno Societas primam habuerat. Iusserat Pater Generalis considerari, num domus quoque Professorum statui posset: sed nullo modo ei locum in præsentia esse existimatum est: maximè ob gentis paupertatem. Nam Principes, si paucos è potentissimis demas, ditione vniuersa distributa in populares, hisque operas Dominis quotidianas, militiamque præstantibus, vix è vectigalibus colligunt, quod ad sustinendam dignitatem, neque id admodum abundè satis sit. Itaque non solum suis impendijs necesse erat victitare Patres: sed ferè etiam excitare Ecclesias, sacram supellectilem, & quæcunque forent vsui comparare, & insuper, qui ea curarent, mercede conducere: quod pecunia Almey-

Almeyde efficiebant, cuius parte certos redditus in eam rem coëmerant in India, partem adhuc negotio exercebat. Quod quanquam cuperent Patres deserere; tamen quia nulla præterea erat via eius Ecclesiæ initia sustentandi, & negotium nullas habebat sordes; ac Mercatores, qui norant, quàm sancto operi ea pecunia inseruiret, non modò nihil offendebantur, sed libenter iuuabant; aliquandiu retentum est. Nec solùm Euangelici præcones indè alebantur, & diuino cultui necessaria parabantur; sed etiam multos ad fidem elemosynæ alliciebant; & ipsum Bartholomæum inter difficultates bellicas sustentarant. Quæ pietas sic perstringebat plerorumque oculos; ut alij non crederent è tam longinquis oris, tot per discrimina nauigare homines in Iaponiam, ut suâ ibi impensâ victarent; sed vel fame pulsos, ac rebus ad vitam tuendam necessarijs in solo patrio destitutos; vel certè eam speciem abstinentiæ non fore perpetuam; sed tanquam escam adhiberi, dum se penitus insinuarent, ut postea cum inualissent, ipsos Iaponios spoliarent. Ita mendicitatis Euangelicæ lucem nondum sustinere poterat Iaponum acies, præsertim in Ximo, ubi præcipuum Christianorum, & Patrum corpus. Nam Meacensis Ecclesiæ maior erat splendor. Sed cuncta illic adedò turbulenta bellis; ut nihil certum, ac stabile moliri posses. Felicissimè tamen hoc anno progressa Religio. Inuit celebritas Templi nuper in Vrbe ipsa Meaco extructi: inuit favor eximius Nobunangæ. Itaque non solùm aliæ sacræ ædes cœptæ magnificentiores, altera in arce Sangæ, altera in Vocaiamæ; sed etiam multæ staturæ Cruces, & iuxta Meacum circiter passuum millibus tribus ædes Sancto Michaëli Archangelo erecta: quem Organtinus, ad expugnandos Iaponiæ Diabolos, sibi ducem assumpserat. Baptismi verò nunquam antè ijs in oris habitis splendore, ac numero candidatorum celebrioris. In ditione Sangadoni amplius duo millia capitum, nullo reliquo Ethnico, expiata. Item nullus reliquus Ethnicus factus est Vocaiamæ, ubi centum supra mille abluti. Tacazouqui amplius quater mille, alij alibi. In singulis arcibus Christianorum celebrata insigni cerimonia diuina mysteria, Sangæ die Ascensionis Domini, Tacacucui die Pentecostes, Vocai die Corporis Christi, Vocaiamæ die Assumptæ Virginis concursu maximo, non Christianorum modò sed etiam Ethnicorum, & in singulis hiscè Ecclesijs noua erecta Crux: Præfatiq; arcium vniuersæ multitudini epulum dedere. Mirùm quantum gaudebat Organtinus Cruces erigere, dicens sentire se quodammodo fugam Dæmonum ad earum conspectum. Idcirco etiam gaudebat ubi populos è conuentibus pijs dimitteret, sat grandi Cruce manu suscepta, ter, & quater eis benedicere, magna signa figurando.

Hoc statu Iaponiæ, inter Abassinos magnum illud Aethiopiæ, & Societatis lumen Andreas Oniedus extinctus est. Cùm calculi dolore, unde & consumptus; cruciaretur acerrimè, vsquè eò, ut quidam inuisentium miserati, ipsam præoptandam mortem dicerent; Ne, inquit, ita loquimini filij: nam equidem, si hoc in Dei seruitium cederet, gauderem vel annos triginta sic viuere. Literæ Sociorum de eius excessu, haud dubiè cum magna rerum magnarum iactura perire. Premonenses Christiani nimia quadam, sed condonanda simplicibus, & dolentibus comparatione, in literis ad Proregem Indiæ publicè datis, Sancto Paulo æquiparant: & adiiciunt nunquam eum destitisse dictis, & factis perpetrare miracula. Hinc potest intelligi quantus cunctos luctus oppresserit. Isaacus Barnagazius ad funestum nuncium percussisse frontem sibi manu dicitur, cum gemitu clamans: Occidit Patriarcha: omnes occidimus. Et sanè non dubitabant Abassini sanctitate eius regiones illas sustineri. Certè anno post, Barnagazius contra Regem, à quo rebellarat, pugnans occisus est. Ad sepulchrum viri Dei non solùm venerationis, sed etiam beneficiorum impetrandorum causâ, continuè etiam Schismatici itare cœperunt, thusque, triticum, & alia dona offerre: ablatum ex eo puluerem, vel epotum cum aqua, vel laborantibus membris impositum, mirè salutarem sibi, atque adedò frugibus, & armentis suis experientes. Abassinus, nomine Xaxa, idem medendi peritus, cùm vlcere in il-

260

Almeyda permissus est mercaturam facere ad subleuandas Ecclesiæ res.

261

Quid sentiant Iapones de Europæis ad illos accedentibus.

262

Christiana rei felices successus.

263

Sangadoni, & Vocaiamæ omnes baptizati: alibi multi.

264

Cruces publicè eriguntur, Dæmonesque fugantur.

265

Andreas Oniedi mors, & laudes.

266

Eius in summis doloribus tolerantia.

267

Populi de eorum æstimatione.

268

Isaachi Barnagazij dictam ad eius obitum.

269

Ad eius sepulchrum etiam Schismatici confugiunt.

- 270 Græue vicus ex eius sepulchri puluere sanatur. bus grani periclitaretur, quod fiebat curatione atrocius, auditam sibi vocem in somnis iuratus asseruit: Quid fatigaris medicamenta frustra conquiens? Ad Patriarchæ tumulum: inde puluerem lege, aquâ mollitum obline, perfanaberis: cumque paruisset; terno oblitu vlcus obductum. Eodem modo puellæ, cui apostema pedem putrefaciebat, reddita valetudo: & parturientibus; puluere in aqua epoto, feliciter expediti partus. Nec Hæretici pauci, quod magis mirandum est, eâ miraculorum vi incitati, fidem catholicam dicuntur amplexi.
- 271 Ad eius sepulchrum iuramentum nuncupata. Itaque tumulus Patriarchæ non solum viri sancti monumentum; sed etiam diuinorum fons beneficiorum est: Quin etiam in controuersijs ara sanctissima: nam in grauib; disceptationibus, qui iurandum exigunt; ad tumulum Patriarchæ iuratos deducunt: idque grauissimum habent iurandum: & exemplum in perierantium vindictam commemorant. In pluuia quoque inopia, cum ad Patriarchæ sepulchrum Hæretici orassent, polliciti se fidem, quam ille docebat, si votis annueret amplexuros; eo ipso die largus imber effusus est. Nec verò tanta sanctitatis opinio viri merita, si ex vero æstimentur, transcendit. Inde vsque ab inita Societate æquabili tenore ad virtutem eximiam contendit. Vni profus vini sibi interdixerat, sed repetere ab Ignatio est iussus. Ceterum optatum illi Aethiopicus Patriarchatus ærunnarum prouentum tulit. Cibo utebatur è feminibus quibusdam subamaris, nonnisi infimæ, ac tenuissimæ plebi vsitato. Et est, qui quatuor annis apud eum versatus, nunquam carnibus eo tempore vidisse vescentem confirmat: vt facile sit intelligere omnino abstinnisse. Quod si quid vnquam apponeretur minimè ingratum gustauit; ipsemet, quò illecebram omnem extingueret, saporem de industria confundeat. Nec rarè satrarum literarum pabulo intentus, apposita iam mensa, efcas patebatur fugere, ac perdi. Quin ita memorant solitum in diuinorum librorum studio attentionem figere; vt interdum ingressis domum pueris, ac luscitantibus, & si quid inuenissent, auferentibus sub oculos eius; Pater nunquam sentiret. Itaque non immeritò ab Catholicis iuxta, & Schismaticis Eremitis priscis cultoribus comparari solebat: eum tamen etiam pastorales virtutes in ipso admirabiles elucere. Erga pauperes misericordia fuit tanta; vt ad duorum iter dierum pedes circumiret maxima inter pericula (nam fuit inter alia, vt ab ferocibus Elephantis propè conficeretur) emendicatò, ab Hæreticis quoque ipsis corrogans, quod suos in pauperes distribueret. Quicquid verò nancisceretur, praire amans precantium verecundiam; statim distribuebat: nihil sibi reponens, sed arctè simul ac latè visitans in diem. In puellæ orphanæ dotem mulam suam dedit: cumque grauius sæuiret fames, ac cetera tradidisset omnia; vnicum bouem, quo Pagos inuisens ad sacrum instrumentum deferendum utebatur (namque boues per ea loca pro iumentis adhibent) occidi iussit, & diuidi pauperibus. Et interrogantibus, cur occideret bouem, qui postridie erat vsui futurus; respondit: Hodiernæ necessitati occurramus, cras Deus prouidebit. Et idem sub tempus Monachus Abassinus vltro adiens Barnagatum, commendansque Patriarcham, quem sanctum appellabat, & cuius causa eas Deus terras protegeret; impulit, vt ad releuandam inopiam aliquantum ei vestium, & multos boues dono mitteret. At Patriarcha, more veteri vsus sanctissimorum hominum, ne sacris quidem parcebat vestimentis, si pauperum egestas premeret, diuinæ parens voci, quâ misericordiam se, quàm sacrificium malle bonitas summa testatur. Ex qua cura corporum pronum est intelligere quo studio animas procuraret. Fertur homini Hæretico non indocto, plagis grauissimè olentibus cooperto, complures dies inseruissè, in ministerijs etiam infimis; sic, vt ab vtroque & corporis, & animi morbo admiratione caritatis hominem liberarit. Quàm constanter catholicam Religionem professus, tutatusque sit apud Reges Abassinos, quam ob rem super alias iniurias exilium tulit, suo dictum est loco. Nec dubium erat, ipsimet profitentibus Abassinis, tantum eius disputationibus, scriptisque voluminibus, ac præcipuè exemplo vitæ profectum; vt nisi detereret vel rerum, vel vitæ amittendæ metus; populi passim, quod tam sanctus vir docebat, sine mora comple-

xuri essent. Denique quamvis per Pontificem liceret ad oras transire meliores; maluit inter tot ærumnas, periculaque, victum sibi interdum manu quærens perseverare, ne relinqueret paucas illas Christi oviculas sine pastore. Et tamen Patriarchæ titulum, vel tot ornatum miseris semper cupijt exuere, non otij amore, sed ut quemcumque Pontifex suffecisset, ei in sancta humilitate fidele ministerium exhiberet. In miraculis, quæ Fremonenses, ut supra retuli, in literis ad Indiæ Proregem testati sunt, quandiu vixit, nunquam cessasse & dictis patrare, ac factis: quæque alij deinde distinctius enarrarunt, illud celeberrimum fuit. Cum tanta vis locustarum irruisset, ut arborum rami præ pondere incurvarentur, & cunctis desperatio incessisset, miserima strage impendente satis, & quidam Abassinorum suos vellent accire Monachos, qui execrationibus abigerent; Patriarcha convocato in Templum populo, supplicationem instituit ad Crucem iuxta positam. Ecce autem postridie vniuersa illa multitudo reperta est ipsis in arboribus, in quibus confederant, arida, & exanimis, ne vnâ quidem superstitite. Nec semel postea eandem pestem vel extinxit, vel ab finibus Catholicorum abegit. Quin ferunt Hæreticos finitimos interdum conquestos, quod ipsorum in terras exitium immitteret: quos cum audisset Monachus, acriter increpitos, quod Viro sancto malè dicerent; veniam petiitum ab eo misit: & illi maioris mali metu protinus paruere. Certum est multos pueros ab eo, recitato Euangelio, valetudini restitutos. Homo Schismaticus filium grauius laborantem captato tempore, dum Patriarcha sacrum faceret, delatum in Templum, in solo iuxta altare deposuit, sperans Sancti Antistitis promeritis conualiturum: & pariter, cum sine missæ, puero mala valetudo decessit. Xaxa (cuius ante memini) de se testatur, cum ab Turcis captus ad Mahometismum adigeretur, se pileolum, quod gestabat in capite, ad Patriarcham misisset, monumentum ut pro se preces faceret, ac subinde noctu fugisse: & quanquam nandi imperitum, sinum maris transisse feliciter, ac rediisse ad Patriarcham. Afer natione Abassinus sanctè asseuerat, sibi adhuc hæretico quinque & triginta dierum viam absenti visos in quiete Patriarcham, & Patrem Emmanuelem Ferdinandum, cum videretur sibi è sacro calice bibere, quem Patriarcha porrigebat: duobusque post annis, cum mercaturæ causa in eum locum venisset, ubi Patres erant; statim ex figura, quæ menti infederat, in somni animaduersionem venisse, & ad fidem catholicam conuersum. Vni Lusitanorum filiolus erat cæcus, ac cetero corpore pessimè affectus: itaque & suam, & filij calamitatem miserati parentes, ad Patriarchæ preces confugiunt, ut filio vel valetudinem ab Deo impetret, vel, si ita expediat, calamitatis finem. Deus elementissimus non quod optatius parentibus, sed quod puero opportuniùs perègit, non breuiem vitam, sed æternam largitus. Vbi ad finem sacrificij venit, quod ob eam rem sanctus Præsul obtulit, infantulum vita reliquit: & conuersâ ad lacrimas Matre, ut mos est feminarum, Maritus: Quid est, inquit, quod ploras? nonne id petiuimus à Patriarcha, ut alterum è duobus vel valetudinem, vel finem calamitatis impetraret? En voti compotes facti sumus. Multa etiam narrantur prædicta ab eo diuinitus. Inter cetera, cum Rex Claudius, qui Atnasaqued nominatur contra Turcas expeditionem pararet, monitos à Patriarcha Lusitanos, ne in eam expeditionem irent. Nam neque Imperatorem, neque ipsos, si proficiscerentur, euasuros: quod planè euènit. Cum verò Adamante Sagedo victo venerunt Patres in Turcarum potestatem: prædixit, uti item euènit, nihil passuros. Diximus alibi de Pagi Fremonæ prænunciata incolumitate: sed singula persequi non vacat. Deum, etiam postquam terris excessit, suos Abassinos curare, tum de sepulchri puluere narrata, tum alia, quæ ad se confugientibus beneficia impertit, testantur. Ipsummet sibi apparuisse clausis custodia foribus Abassinus, nomine Bailu Gorguis, affirmavit, cum captus à Turcis, & stipiti infingendus ei se commendasset, & manu apprehensa dixisset: Bailu Gorguis ne formida mortem, non enim morièris: eo dicto euasuisse ab oculis: seque postridie, præter spem, liber-

281

Ad meliorem transire Ecclesiam tenuit.

282

Patriarchæ titulum quærit deponere.

283

Miracula dicta, ac facta operantur.

284

Locustarum magnam vim supplicatione extirpant.

285

Pueri ad Euangelij lectionem sanati.

286

Captus à Turcis liberatus restituitur.

287

Virus apparet absenti hæretico, qui propterea conuertitur.

288

Cæco, &amp; malè affecto puero impetrat id, quod ei secundum parentum petitionem expedit.

289

Fortuam cladem Lusitanis prædicat.

290

Alia prædictio.

291

Apparet post mortem in vinculis detento, &amp; liberandum prædicat.



- 292 Quando mor-  
tus. libertate donatum. Obijt Sanctus Patriarcha Mense Septembri : diem, ob in-  
terceptas, vti supra dixi, literas, non reperi. Annum circiter quintum & vige-  
simum agebat cum in Societatem Anno millesimo quingentesimo quadragesi-  
moprimo adscriptus est, & octo post annos quatuor vota Gandiæ professus. Eius  
obitu, Patriarchatus ad Melchiorum Carnerum Nicenum Episcopum labebat-  
ur, qui iussu Pij Quinti in Machao Sinarum insula Sinicæ, & Iaponicæ Eccle-  
siæ præerat. Sed iam Gregorius Tertiusdecimus prouiderat, vt in ijs, quæ ad  
sacrum tribunal pertinent, in auxilium pifilla Ecclesiæ residentis in Aethiopia,  
tota Patriarchæ potestas ad eum transferretur, qui de Societate Socijs ibi  
præfset : is erat Pater Emmanuel Ferdinandus : qui cum Dambæ esset, quo  
tempore mortuus est Fremonæ Patriarcha, anno insequenti Regem, qui in  
Tigarim contra Turcas, & Bernagatum venit, comitatus, post victoriam Regis  
Fremonæ substitit. Hic ille, & Franciscus Lopus, & Antonius Ferdinandus,  
qui soli restabant, mutuo sibi solatio, ac lenamento, nullos tulere vberiores, quam  
patientiæ fructus. Quam verò sanctitatis famam reliquit Patriarcha Ouiedus  
in Aethiopia decedens ; hæc iam in Brasilia Patrem Iosephum Ancietam  
celebrabat. Paulò ante, Patris Generalis iussu, Collegio Bayensi Rector præpo-  
situs, dum longâ epistolâ onus, honoremque enixè deprecatus bonam immu-  
nitatem expectat; literas accipit, quibus absque tergiversatione iussus Prouin-  
cialatum suscipere. Itaque necessitati paruit. Ignatius Tolosa, cui successit,  
tyronibus instituendis, explanandisque conscientiæ quæstionibus, in Collegio  
Bayensi præfectus est. Totâ Prouinciâ nihil maioris lucri per id tempus, quam  
constantia in tuenda libertate Brasiliorum, & sustinenda patienter eam ob rem  
inuidiæ mole, & obreccationibus hominum exterorum, est factum. Admiratus  
eam constantiam Episcopus palàm in Vrbe Bayæ pro concione commendauit :  
conuersoque ad Patres sermone, & solatus, insuper confirmauit, ne vnquam  
ab suscepto patrocinio terrore vlllo desisterent. Bini Sacerdotes, ac Laici in-  
genti multitudini barbarorum ad oram maritimam descendendum occurrerunt,  
Ad Illæorum præfecturam iter intenderant. Quibus Patres per ardua, per aque-  
sa, per omni cultu, & comæatu deserta loca ærumnas perpeffi maximas,  
tanquam missum Cælo Numen, adfuerunt. Multis vel infantibus, vel grandibus  
natu passim pereuntibus ( fame autem plerique cadebant ) cælesti lauacro suc-  
currere. Multos etiam à certa morte curâ, conquistisque, & distributis ciba-  
rijs liberarunt. Nec multò post iterum duo occurrere cum aliquanto farina  
mandiocanæ, quod è piorum liberalitate corrogarant. Quæ vbi cæpta distri-  
bui, tum necessitas cognita miserorum. Auidè arripiebant simul ac vorabant :  
ac si cui quid imprudenter excideret; circa positi cum impetu deiecti terram  
certatim scalpebant vnguibus, si quod possent granum præripere. Itaque  
cum satis lenandæ calamitati delata esca non esset; ad curandos morientium  
animos deriuanda fuit cura. Infantes supra ducentos, grandiores centum & vi-  
ginti, in vltimo vitæ habitu, vitæ pepererunt æternæ. Nec deinde in progressu  
itineris grauissimos famis, ac sitis cruciatus ipsi effugerunt, sed magis tamen  
angor animi consciebat : cum vbique spectarent hominum cadavera vel in  
fluminibus mersorum præ virium tenuitate, vel sub arboribus, ad quas sylue-  
strium fructuum causa accesserant. Vnicum erant solatium apertissima subin-  
de diuinæ erga electos prouidentiæ documenta, quæ miro modo vitam homi-  
nibus prorogabat quoad baptismo abluerentur, & gressus Patrum nil tale co-  
gitantium sæpè per errores ad quempiam moribundum agebat : qui statim  
vt pro tempore institutus notam immortalitatis acceperat, nexu corporis sol-  
uebatur. Res Collegij Fluminis Ianuarij triennio propè proximo neucignam  
consueto cum fructu, neque apud Lusitanos, neque apud indigenas processer-  
re. Nam cum is, qui præerat ei Regioni, nihil magis curaret, quam quemad-  
modum benè nummatus Europam repeteret; quâ iure, quâ iniuriâ mancipa-  
re, vendere, expoliare Brasilos aggressus; Patres quoque, quia conatibus eius  
obsta-

293  
P. Ioseph Ancie-  
ta Brasiliæ Pro-  
uincialis tenun-  
ciatur.

294  
Episcopus Bayæ  
Patrum tole-  
rantiam publicè  
prædicat.

295  
Nostorum in  
miseris iuuandis  
labores.

296  
In mortis arti-  
culo baptizati  
multi.

297  
Collegium Flu-  
minis Ianuarij  
solitos fructus  
per triennium  
non dedit.

obitabant, acerbè arripuit. Indè nec apparere in Templo ipse, neque Nobilium quisquam eius exemplo. Propagatio quoque fidei multò lentior, deterritis seruitutis metu Brasilijs. Ad hæc constata Patribus infamia, tanquam Dei verbum, & sacramentum non ritè tractarent: sed è suggestu certas personas describerent, & arcanum confessionis vulgarent. Quarum rerum cum vellet Præses conficere tabulas; ad calumniam confirmandam non solum interrogauit, quos libuit, sed ipsemet, testibus repugnantibus, quæ libuit Scribæ dictauit. Respirauit tamen res noui Prætoris aduentu: ac præcipuè administratoris eius Urbis: qui, cognitis calumnijs falsorum libellorum, quoniam aliter non poterat, anathemate intentato, eos Præsidi abeuntis eripuit. Ceterum ita feruebant aduersi rumores, præsertim in Vrbe Sancti Saluatoris contra Societatem, defendendæ libertatis Brasiliorum causa; vt Patres consultare seriò cœperint, vtrum expediret quatuor Pagorum curam in Episcopum, & Prætorem transferre, & Brasilijs per excursionum modum iuuare: quod insequenti anno, cum missæ Romam in vtramque partem sententiæ sunt, fusiùs referetur.

Hoc anno primùm Congregatio prouincialis in Collegio Mexicano habita est. Quatuor interfuere numero Petrus Sancius Prouincialis, & Petrus Dias quatuor votorum professi, quot ea tempestate Prouincia numerabat: Alphonsus Camargus, & Petrus Morales Consiliarij Prouincialis. Nam nullum adhuc erat propriè Collegium, vndè essent conuocandi Rectores. Sed qui debebant Pascuari Residentiæ, qui Guaxacæ Missionis nomine versabantur, nondum perlatis ab Generali literis, quibus ea in Collegia admittebat. De legendo Procuratore non consularunt: rati, quia vnicus erat Petrus Dias quatuor votorum professus, ante eum neminem legi fas esse. Id modò deliberarunt, esset ne quod professionem eius legitime impediret: quod vbi visum est nihil esse; tum ad cetera progressi, præcipuè de Religione promouenda egère, ac propter multiplices fructus Collegiorum ad iuuentutis educationem, quæ iam quatuor numero instituta erant, visum est postulandum à Patre Generali, vt fineret nonnullorum ex ijs curam suscipi interiorem, ad Collegij Germanici, quod Romæ est, modum. Nam cum adhuc nonnisi regerentur per externos, sperati fructus pars non modica intercidebat. Simul postulandum existimarunt ab eo; sique ille probaret, etiam ab Rege, vt fineret excitari Collegia ad institutionem pueroꝝum indigenarum. Primùm vt periculum fieret, num ex ea quoque gente posset formari, qui deinde administri Ecclesiæ, ac ceterorum magistri essent: spes enim erat id posse fieri, vt est diuina gratia nullis alligata nationibus, & vis abtenera ætate educationis permagna: ac præter Ecclesiæ ministros possent educari Patres familias, qui humanitatis cultum, politioresque mores in barbarie illa inducerent. Postremò etiam nonnulli, qui medendi artem edicerent, ad suorum gentilium leuamentum omni ope in morbo carentium. Itaque lues anno superiore exorta octingenta iam numero millia Mexicanorum toto in Regno absumperat, magnis alicubi solitudinibus factis, ingenti etiam regionum vectigalium detrimento. Amisit Peruuensis Prouincia Patrem Ioannem Zunigam Limani Collegij Rectorem, virum & domesticorum, & externorum consensu cumulata virtutis, nec dubiè illibato pudicitie flore insignem. Præmatuta in puero & prudentia, ac religio effloruit, eoque receptus in Societatem Anno millesimo quingentesimo sexagesimoprimo, nondum ætatis quintumdecimum egressus. Integerrimum animum pulcherrimis exornare virtutum omnium coloribus instituit, non magis ad annos, quàm ad sanctimoniam addens. Mirà sese tractabat duritiâ mitissimus alioqui erga alios, & suauissimus. Meditatione rerum celestium, & studio orandi apprimè deditus, vndè liquidissimis voluptatibus complebatur. Quadraginta, quibus ægrotauit, diebus Limæ in omnibus Monasterijs sacrificia, preces, flagellationes, aliaque magni amoris argumenta ad impetrandam ei valetudinem sine intermissione vsurpata. Tantum ei cognita virtus publicæ beneuolentiæ conciliarat, Tantum in vna illius vita fitum

298

Calumniæ in Patres.

299

Prima Congregatio Prouincialis in Collegio Mexicano in qua quatuor tantum fuerunt conuocati.

300

Acta Congregationis.

301

Eiusdem postulata.

302

Pestis grassatio.

303

Io. Zunigæ Collegij Limani Rectoris &amp; mors, &amp; laudat.

tum

tum communis boni omnes rebantur. Inuist iacentem Prorex ipse. Die Purificationis Deiparæ, ut habuerat in votis, hora ante lucem, Deo spiritum reddidit. Cunctæ Religiosorum familiæ Limæ degentium, & insuper Clerus sponte sua funeri adfuit. Nono inde anno Pater Ioannes Sebastianus, vir siue cultu religionis, siue prudentiæ laude memorandus, quo primùm die Limensis Collegij creatus est Rector, extractum è sepulchro Zunigæ caput in suo cubiculo collocauit: & præsidium sibi, & incitamentum: ut qui eius virtutes à primis norat annis condiscipulus, & contubernalis, dum vnâ Compluti literis operam darent, Idem sub tempus, quo Zuniga obiit, cum Arequipam Prouincialis venisset, eius comes Camacius apoplexia correptus sexto post die decessit. Dimidiâ ante mortem horâ Christus Dominus conspiciendum se ei corporis oculis præbuit magna fulgens gloria: quo è conspectu Frater mira voluptate recreatus testificans se ingenti cum lætitia, & consolatione vitam relinquere, supremum spiritum efflauit.

304  
Ad eius funus  
accursus.

305  
Camacio mori-  
enti Christus  
Dominus glo-  
riosus apparet.

306  
Lusitanæ res.

307  
Sebastianus Rex  
S. Pelagii Tem-  
plum Societati  
concedit.

308  
Tum Eremito-  
rium à Lapa.

Ad res Lusitanas huius, & superioris anni quod attinet, quoniam suo loco nihil afferre potuimus, defectu literarum, ut diximus, hic extra ordinem Prouinciarum, non tamen extra propositum vniuersalis historiæ adicere operæ pretium duximus quiddam vnum, quod ne fas sit posteritati subtrahere: & dum hæc ipsa, quibus illud atteximus, excuderentur, seriùs, quàm inopportuniùs allatum est. Id fuit donum memorabile Sebastiani Regis, qui Paroeciale Sancti Pelagij Templum Regij patronatus in Oppido Caria Dioceseos Lamecensis situm, Societati concessit, & Gregorij Tertijdecimi auctoritate, vnâ cum prouentu, ac iure vniuerso, nominandique præsertim Vicarij potestate, antiquis Collegij Conimbricensis facultatibus, nouum & beneficentiæ suæ, & nostri subsidij adiutamentum adiungendum curauit. Cuius beneficentiæ securitati, ne quâ interuerti posset, abundè prouisum etiam postea est auctoritate, sapientia, suffragio inelytæ Rotæ Romanæ, proponente Illustrissimo, & Reuerendissimo Domino Verospio. Eiusdem etiam muneris vi, nobilis accessit appendix eidem Templo implicitum Eremitorium, à Lapa vulgò appellant: in quo sacra Virgini Beatissimæ colitur ædes, toto Regno venerabilis: quippè quâ nulla celebrior & peregrinorum multitudo, & religione frequentior in Lusitania visitur, ob crebra inuitamenta insignium miraculorum, quæ in eo Deiparæ Magnæ Sacratio, eadem apud Filium deprecante, ac sequestra patrantur. Quare plurimam anni partem Patres Societatis aliquot illic commorantur, non sine ingenti animarum fructu, confluyente vndique, velut ad salutis suæ perfrugium, calique in terris sanctuarium, magno numero conuenarum, ut in eo præteritæ vitæ peccata confessione deponant, atque æternitati se præparent.



# HISTORIÆ SOCIETATIS IESV PARTIS QVARTÆ

A.D. 1578. Liber Sextus. Soc. 39.



ANNVS hic toti Ecclesiæ funestus, & turbulentus ex-  
cipit, non experte earum calamitatum Societate. Quan-  
quam nec defuere ab rebus bene varias per oras gestis  
solatia. Euerardus ne quam Societatis partem relinque-  
ret, quam certi homines non recognoscerent, dum destina-  
ti antè Visitatores Hispaniarum Prouincias lustrant, Seba-  
stianum Moralem iussit Prouinciam Romanam inspicere.  
Hinc Diabolo, abutenti ad nocendum sæpè remedijs, anfa

domestica pertentandæ pacis oblata. Inter Achillem Gagliardum Theologiæ in Romano Collegio professorem, & quosdam Patrum extiterant offensunculae ex re leui, quod alij Pererij libros philosophicos iudicarent vulgandos, alij nequam, Auerroisticum philosophiæ genus eum sequi iactantes minus accommodatum veræ, piæque sapientiæ. Achilles erat in his, qui à Morale Collegium recognoscente paulò durius se tractatum ob eam rem existimans, in ita cum Joanne Petro Maffeo, & Benedicto Iustiniانو conspiratione, querimoniam ad Pontificem detulit contra Euerardum, tanquam in Societatis administratione multa peccantem, alentemque dissidia, vt qui Visitatoremin minus gratum, & partes fouentem legisset. Multò antè exierat Romæ fama Gregorio Pontifici in animo esse Franciscum Toletum in Cardinalium Collegium cooptare. Quam rem pro suo munere, Sancti Ignatii legibus, & exemplis, vt prohiberet, sedulo Euerardus admissus erat. Ea re Toletum suboffensum rumor increbuit: non quia sibi honorem interuerti doleret, de quo omni ope declinando sacramentum Deo solenni ritu iam dixerat: neque enim vel ex eius diurno aula vsu, & longâ ab religiosis castris absentia, mihi quis facile persuaserit, tantum virum, piûmque, & amantem in ceteris rebus religiosæ modestiæ, ac seueritatis, hac vnâ peccasse, passum sibi perstringi oculos varijs honorum, purpuræque fulgoribus. Sed potius crediderim veritum ipsum ( vt suspiciosa res est boni nominis cura, ac studium ) ne per occasionem, ac modum amoliendæ ab se dignitatis eius, fortè Præpositus sinistram aliquam de se, suisque promeritis vniuersè Pontificis animo infixam opinionem nolens reliquerit. Vt cumque fuerit, certè fama tenuit, Toletum siue bono publico sincerè studentem, siue aliqua animi perturbatione commotum Achilli aditum ad Pontificem aperuisse. Fuit suspicio Benedicto Palmio duce gestam rem, dolente Euerardum ab ipso, cui plurimum initio tribuebat, ad Oluerium totum conuersum. Sed falsam eam suspensionem comperi, utique ex ea parte, quod Palmius, quanquam in Euerardi administratione quedam minus probabat ( vt ferè nunquam omnes hominum sententiæ congruunt ) nec interdum satis temperabat sibi, quin etiam discrepantiam, quo loco minimè oporteret, expromeret; longissimè tamen aberat, vt existimaret quicquam propterea Patris Generalis mentem optimam contristandam. Ceterum non extitisse prorsus de nihilo, temerèque suspensionem, indè liquidò constat. Nam quarenti mox Euerardo auctores querelæ, vltro professus Achilles est ex ijs fuisse se: verum communis boni studio adactum, quod eas querimonias ex ipsis Assistentibus cognouisset: & indè sibi persuasisset, cum tales viri

1 Hic Annus toti Ecclesiæ funestus.

2 Sebastianus Morales Prouinciam Romanam visitare iubetur.

3 Achilles Gagliardus, Jo. Petrus Maffeus, & Benedictus Iustinianus cum Pontifice de Euerardo con- queruntur.

4 Inanis de Benedicto Palmio suspicio.



talia palàm dolerent; satis remedij in Societate non esse: vnde communis Pastoris, ac Patris, quæ patère omnibus debet, implorandam opem existimavit. Hinc ergo suspicio aduersus Palmium haud satis honorifica extitit: atque ex eius maxime sermonibus vel re, vel in speciem sumpta turbarum materia. Quo providendum est cautius ijs, qui munera gerunt publica, & in illustri loco sunt constituti: quorum facta, dicta, nutus observantur, ac plerisque pro sentiendi, agendique sunt norma: vti sua cetera omnia, ac potissimum linguam intra cancellos recte rationis, humilisque, & obsequiosæ prudentiæ teneant. Haud dubiè magnam se plagam imposuisse æternus bonorum hostis Societatis credebat obedientiæ, caritati, rectorum famæ, minimè abhorrentibus à spe exordijs, nisi in Gregorij Pontificis tempora eius incidissent conatus. Nam Beatissimus Pater, pro eo studio, ac patrocinio, quo cohortem hanc Domini tuebatur, nequaquam auribus delatori præbitis, nisi vt aduocaret ad se Euerardum, ac paternè commoneret: rerumque statu sincerè ex eo cognito, quicquid imminerebat cladis, sapienti benignitate, religiosissimâque prudentiâ auertit. Eius auctoritate turbatores Romæ summoti. Ioannes Petrus Maffei in Lusitaniam missus, vt Historiam promulgati in Indiam per Societatem Euangelij scriberet, opportunitate hominum, & literarum ad eam scriptionem spectantium, quæ abundabant in eo regno, vsurus: quanquam ille à capite apertarum Indiarum narrationem exorsus, in ea, quam scripsit Historia, alia quoque multa complexus est. Achilles Patavium: Iustinianus Pannonum missi ad Theologiam docendam. Qui deinde tam perseuerarunt domi, forsque non pacatè solum, sed etiam religiosè, ac nauiter; vt multum & Societas, & res Christiana publica illis debeat: nequaquam Satanæ fraudibus segeniores, sed cautiores effecti. Romanæ Prouinciæ accessit Collegium Recineti, & Seminarium Anglorum ipsa in Vrbe, de quo anno insequenti, cum planè suscepta est eius procuratio, referetur. Tribus ferè passuum millibus distat Laureto, ac Beatissimæ Dei Parentis venerabili Cella Recinetum, loco edito in primis amœno, ac salubri: quam ob rem æstiuo tempore, cum grauius est Lauretanum Cælum, iamdudum Patribus Lauretanis illuc erat receptus, non sine emolumento Ciuitatis, cuius in culturam necessarium illud orium vertebant. Nam strenuorum hominum nunquam otium negotio vacat. Ergo cum perpetuum apud se coloniam exoptarent; Nicolaus Leopardus, vir inter suos honestus, ac locuples, vestigal ad Collegium instituendum attribuit: simul Templum Sancti Viti antiquum, & amplum, adnitente Ciuitate, impetratum est. Primus familiam rexit Curtius Amodæus. Hac primùm ætate, iam numero operarum paulò laxiore, tertius Probationis annus reuocari ad vsum Romæ ceptus. Is est annus ( vt minis quoque periti Societatis institutorum intelligant ) quem Sanctus Ignatius, post absoluta literarum studia, iussit ab suæ disciplinæ alumnis in recolligendo ad Deum animo, & tanquam de integro in affectus schola reformando, insumi: vt iam & doctrina armati, & pietate corroborati integri, vegeti, ardentisque ad pugnanda Dei prælia procedant in aciem. Huiusmodi vi, ac robore tum alij alibi, tum præcipuè in Campaniæ Oppido Bauccho, & in Vrbe Aquila Franciscus Florius: in Abbatia Sancti Saluatoris Simon Bartolus: Assisij Carolus Mastrillus: Ferentini Bernardinus Confalonierius, & Hieronymus Rodaldus magna pro pietate aduersus Satanam, & scelera hominum gessere bella, vehementer amplificato regno virtutis, vique mortalium omnium Ordinum maximè è secula tyrannide in filiorum Dei libertatem transcriptâ. Pari ardore in Neapolitana Prouincia, cum alibi alij, tum Hieronymus Surianus Cirinola in Appulia versatus, vbi Collegium quoque receptum Carolo Caracciolo Comite, eiusque vxore, itemque cuncta Ciuitate annuis oblati subsidijs summè certantibus. Prouincia Longobardia, cum vnus Præpositi superaret curam, iamque domos Professorum, & Probationis, & Scholasticorum Seminaria vnuerfalia haberet gemina, diuisa est in duas. Altera Veneta, altera Mediolanensis dicta: atque huic Ioannes Baptista Peruscius, illi Marius Beringuccius attributus Prouincialis. Mediolanensis Domum Professorum, Collegium Breranum, Seminarium Archiepiscopi

5  
Gregorius Pontifex res benignè componit.

6  
Gagliardus Matteus, & Iustinianus Roma dimittuntur.

7  
Collegium Recinetense institutum.

8  
Collegium Anglicanum Romæ.

9  
Nicolaus Leopardus Collegij Recinetensis fundator.

10  
Curtius Amodæus primus illud regit.

11  
Tertius Probationis annus Romæ instituitur.

12  
Missiones Patrum tertij anni ex Prouincia Romana.

13  
Missiones ex Prouincia Neapolitana.

14  
Prouincia Longobardiæ diuisa in Venetam & Mediolanensem.

15  
Io. Baptista Peruscius Mediolanensis Prouincialis.

scopi ipsa in Vrbe Mediolani, domum Probationis Aronz, Genuense, Comense, & Taurinense Collegia complexa est. Veneta domum Professorum Venetijs, Tyrocinium Nouellariæ, Collegia Patavij, Bononiæ, Ferratæ, Mutinæ, Foroliuij, Parmæ, Brixæ, & institutum hoc anno Veronæ, præceptoribus tribus inductis. Parmæ Iosephus Martinus omni cumulatus laude adolescens, ad caelestes, quibus erat similior, quàm terræ accolis emigravit. Nicæ illustri ortus genere, ac præter cetera ornamenta in arithmetica disciplina à puero excellens in Emmanuelis Filiberti Allobrogum Ducis aula primùm, tum quadriennium in Taurinensi Nobilium Coniuctu educatus, anno millesimo quingentesimo septuagesimoquinto, ætatis suæ duodenigesimo Societatem iniit. Iam in Coniuctu, tanquam singulare exemplar, in oculis omnium, & ore versabatur. Itaque Patres quo feruidiores adolescentes in officio continerent, nihil habebant eius auctoritate potentius. Nec minori statim in Societate venerationi fuit. adeò vt iussi aliquando Tyrones Nouellariæ publicè effari, si quid emendandum in Iosepho notassent; nihil planè quisquam protulerit: cum tamen adeò sagax, ac delicatus in hoc genere Nouitiorum sensus sit. Quin etiam affirmabant priuatis sermonibus, ne per imprudentiam quidem ipsorum iudicio, excidisse vnquam Iosepho verbum, quod vel minùs religiosum, vel otiosum vocari posset. Ab Tyrocinio traductus ad studia literarum Parmam, sensim intabescens, terdecimo tandem mense consumptus est, nunquam languore ad virtutem operosam languidior factus. Obedientiam, præsertim eam, quæ prudentissima quadam cœcitate mentem Deo sacrificat, adeò coluit, vt miraculo Deus eam comprobasse narretur. Antequam Parmam ab Tyrocinio discederet, ad Patrem Rectorem præmisit epistolam in hanc sententiam. Parmam mittor ex obedientia: rogo, Pater sic excipias me, sic tractes, quasi mente imminutum: neque aliam mei curam suscipias, quàm vt contra voluntatis meæ appetitiones cunctis in rebus tendens, ad memet peruincendum assiduè exerceas. Sub mortem roganti Socio, vt aliquod monitum sibi relinqueret; duo commendauit: primum, nullum vt diem sine Christi Domini Passionis memoria labi sineret: deinde obedientiam vnice amaret: addens, experimento se didicisse hanc viam esse, qua homo diuinæ providentiæ singulares effectus sentiret. Inter morbi initia iuterrogatus, num crederet sibi natale solum fore salubrius; nequaquam se tam valetudinem optare respondit, quàm inter Fratres, Patresque amantissimos spiritum vltimum exhalare. Indè ab studiorum occupatione ad corporis labores translatus, Cœnaculoque apparando appositus, id non tanquam pro aberratione à grauiore opere suscepit, egitque molliter; sed planè tanquam opus Dei, cui in eius famulis seruebat: non cetera modò diligentissimè procurans; sed angulos omnes, & subter ipsa subfœllia cuncta diligenter rimans, ne quicquam sordium, vel aranearum è telis resideret. Quæ mihi, & id genus sæpè in hoc opere persequenti, subiit interdum vereri, ne ego, resque ipsæ risui sint mortalium quibusdam grandia quædam, quæ stupet vulgus in profanis historijs, euerfiones Regnorum, excisa Oppida, oppleta classibus maria, constrata cadaveribus arua, cruoris flumina legere assuetis. Sed veri æstimatores è Christi, non è Mundi disciplina, quàm grandia in illis sublimibus narrationibus scœlora, tanta in his minutis actionibus decora veræ laudis agnoscunt. Eoque me minùs piget, infînita prætereuntem hæc interdum aspergere; quòd ne profani quidem iudices minùs in subtilissimis operibus, quàm in vastis molibus eximiorum artificum laudes magnificent. Ergo, vt cœpta persequar, plenus Deo adolescens non tantùm suum in ministerio pensum sedulus persoluebat; sed etiam Fratrum præueniebat officia, quanquam præ imbecillitate vix sustineret se, quicquid erat laboriosum sibi præripiens. Eadem constanti caritate in morbo grauiore, quoad aliquid virium superfluit, præripuit Infirmario labores, ipse sibi furtim ministrans, cum vultus serenitate perpetua, indice animi in afflicto corpusculo vigorem integrum conseruantis. Vbi verò extenuatis viribus afflicto lecto est; ne tum quidem caritatem, aut genus vllum religiosæ virtutis remisit. Adeuntes ad se consolandum Fratres; si quan-

16  
Marius Bevinguccius Venetæ Prouincialis.

17  
Iosephi Martini mors, & laudes.

18  
Patria, genus, & educatio.

19  
Vita irreprehensibilis.

20  
Obedientia singularis.

21  
Eius literæ ad suum futurum Rectorem.

22  
Monita salutaria petenti data.

23  
Passionis Christi memoriam commendat.

24  
Mauult mori inter Socios, quam natale solum repetere.

25  
Ab studijs ad manualia translatus accuratè exerceat.

26  
In Christi disciplina minuta magna censenda.

27  
Aliorum labores subleuat.

28 Ad eum adun-  
tes ex caritate  
dimittit.

29 Paupertatis  
studium.

30 Innocentiæ  
candor.

31 Confessarij de  
eodem testimo-  
nium.

32 Virtutes cunctæ  
in eo congettæ.

33 Eius fiducia in  
solo Christi tan-  
guine.

34 De sui aestima-  
tione in extre-  
mis à Diabolo  
tentatur.

35 Valide resistit.

36 Mori cupit s.  
Io. Baptistæ die,  
& obit.

37 Missiones ad  
Maronitas Mō-  
tis Libani.

38 Montis Libani  
frigus, atque se-  
citas.

do purus, ac serenus dies esset, rogabat, ut in hortum ad respirandum conce-  
derent: pusillum illud laxamenti ipsorum fore sibi solatio suo longè iucundius.  
Paupertatis verò studium ita retinuit; ut tam diuturno in morbo nihil in cubicu-  
lo, quo utebatur, esse voluerit ex ijs, quæ solent adhiberi ad levandos, hilaran-  
dosque egrotos: non mala punica, aut medica; non bellaria. Et quanquam  
rogatus à Rectore, ut indicaret si cuius rei appetentiâ tangeretur; nihil tamen  
vnquam petiuerit. Imò, cum iam per imbecillitatem non valens carnes mandere,  
iuberetur eas, ut sit, in succum tundendo solutas exorbere; ne id fieret cum  
lacrimis insitit deprecari, pane ac vino se affatim contentum dicens. Porro in-  
nocentiâ quanta fuerit, indè æstimetur, quòd etiam in descriptionibus, quas Rhe-  
toricè studiosus condebat, verba quasi trutinâ examinabat, ut congruerent re-  
bus, non studio artis, sed religione conscientiz: ne in speciem mendacij transi-  
rent, si supra, vel infra materiam essent. Qua trutina in rebus alijs attentè utens,  
rardò ad Confessarium noxam, cui sacramentalis absolutio ritè posset impendi,  
referebat. Quin Pater Marius Sardus, cui confitebatur, & ipse virtutis eximie,  
dixit nunquam se, tredecim spatio mensium (tandem enim audierat) existimasse  
ab eo oblaram idoneam absolutioi materiam. Alius item vir grauis amplius elo-  
gium protulit. Quamvis Diuus Gregorius diceret, non solere Deum cunctas  
virtutes in vnum conferre; videri tamen sibi hac liberalitate cum Iosepho vsu-  
m. Ergo his ornamentis cognitis moribundo Fratres magna se commendabant fidu-  
cia, ut cum in Cælum venisset, memor ipsorum esset: atque alij alia committe-  
bant. Vbi Confessarius, ne Satan ingerendæ adolefcenti suorum meritum  
fiduciz rimam inueniret: Hi Fratres, inquit, pro sua hæc bonitate differunt:  
tu, mi Ioseph, conseruare humilitatem memento. Quam ad vocem statim ille,  
coniunctis ante pectus manibus, subiecit: Pater, præter illum preciosissimum  
sanguinem, nihil mihi spei est. Idque eo gestu, ea vocis, ac totius oris figura  
dixit; ut lacrimas Confessario plurimas excusserit: nec postea ferè posset sine la-  
crimis recordari. Cùm mentio incidisset de Sacerdote, qui post diuturnos labo-  
res in Societate vitam finiuerat, quidam ad Iosephum conuersus: Multis ille,  
inquit, non paucorum annorum laboribus Cælo vim intulit, & expugnauit: sed  
tu, mi Ioseph, parum admodum hac ætate facere potuisti: cui ille statim solutus  
in lacrimas responderet: Et hi mei Fratres tam securum Cæli aditum mihi spon-  
dent. Non desuit tamen Diabolus, quin supremo tempore conaretur ad ma-  
gnam de sua sanctitate opinionem impellere: cui tanta vi humillimus Dei famulus  
resistit; ut in ingentem clamorem eruperit: quo exciti Fratres, cum propè omnes  
accurrissent; collecto paulisper spiritu, insidias inimici calcaneo insidiantis ape-  
rit gemebundus: & sumpta in manus Christi è Cruce pendentis effigie, defixis in  
Dominum oculis, admirandum cunctis cum eo colloquium instituit: frequenter  
ingeminans spem omnem suam Cruci affixam herere: nihil in se, præter eam,  
meritorum agnoscere. Summè cupiebat die Sancti Ioannis Baptistæ natali terras  
relinquere: ac voti propè compos est factus. Pridie eius peruiigilij Sacramentis  
communitus, votisque clara voce instauratis, longa perfunctus morte, nouissi-  
mum spiritum inter dulcissima IESV, & MARIÆ nomina immiscuit. Primus  
è Societate Parmæ mortuus: quem ipsemet Petrus Angelus Consul in tumulto col-  
locauit, peculiaris erga eum studio pietatis. Hos quasi fusciculos è Societate magno  
numero, suauitate, specieque virtutum gratissimos legit cælestis Agricola: tamen  
ad fruges iam maturas ferendas præcipue conseuit non sibi modò, sed ad commu-  
nem etiam vtilitatem.

Harum specimen frugum hoc anno inter Maronitas cæptum referri, colonis  
ex Italia missis. Quatuor fermè dierum itinere ab Hierosolyma versùs Orientem  
Mons Libanus est, sacris iuxtà, ac profanis clarus literis, in ditone, ut cetera  
circumsta, Tyranni Turcarum. Ab Septentrione in meridiem, vel potiùs ab  
occasu Solis æstiuo in exortum hybernum longo tractu excurrit, inhospitali  
fermè cacumine, propter niuium perennitates. Molliora iuga, & sedes hominum  
patiuntur, & cultum. Est vbi ardua, & saxis aspera terga montis solers necessi-  
tas,

tas, extractis subinde maceris, depressisque tumulis, completis humilioribus spatijs, in multas gradatim prope exæquavit planities, cum visendæ amœnitatis, tum feracitatis non pœnitendæ. Tritici, vini, olei, mellis, & ceræ, item gossipij, & bombicis generosis prouentus est. Vineas aratro colunt, raris propterea ordinibus confitas. Admunicula vites nulla desiderant, libero errore proserpunt: nullâque iniuriâ ingentes telluris in gremio progignunt racemos prægrandibus acinis structos, aureoque colore, & suauitate, vbi maturuere, cum paucis comparandos. Ea solo vis, ea celo inest clementia. Pecoris, præsertim caprini, magna copia, nec minor volucrum, & quadrupedum ferarum ad venationes, & aucupia. Pêrdicum vbique circumuolant greges, & amabiles vndique exiliunt luduntque Sciri. Sed gloria prima Libano Cedri sunt, diuinis quoque celebrata carminibus: proceritate primùm, tum materia odorata, æternaque memorabiles. Nec vbique proueniunt: sed sylvarum sparsim per longa intervalla visuntur. Etiamnum superest nemus vetustate atque adeo religione quadam venerandum (Cedros sanctas appellant) quas ab Salamonis vsque temporibus durare fama tenet. Parcitur ergo annosis truncis, nec semel violare aggressos Saracenos absteruere prodigia. Non vni Maronitæ, sed aliæ multæ gentes incolunt Montem. Oppida maiora in eo ferè nulla: pagatim, vicatimque degitur. Radicibus clara, ac numerosa Ciuitates adiacent, quarum è primis, vel facillè princeps Damascus est. Nec obscura est Tripolis ad litus Phœncij maris, vnde ab occasu Solis æstiu Libanus cooritur, ac sensim erigitur. Regioni quoque olim ab vrbibus tribus nomen Tripoli fuit: Vrbs est tamen hoc tempore, & emporium Turcis, Iudæis, variarumque sectarum Hæreticis, aliquot simul Catholicis frequens.

Passuum inde nullia circiter duodecim Monasterium abest in Monte Libano situm, cui Sancta Maria à Canubino est nomen, Patriarchæ Maronitarum sedes. Haud temere vsquam sub Turcarum dominatu Catholicum Monasterium nobilius est. Monachi paulò plures viginti habent, sed virtutis eximie: & cum Patriarchæ causa, tum religione Templi, quod Beatissimæ Virgini sacrum est, aduenarum ingenti concursu celebratur. Vni illi Monasterio longè per eos tractus Campanas Turcæ permittunt. Nec tamen semel impia, & auara gens demoliti conata est, vexauitque, ac funditus spoliavit. Patrocinio Deiparæ singulari haud immeritò stare creditur. Circa id Monasterium frequentes Maronitarum Pagi sparguntur sinceri, integrique, nulla sine Hæretici, sine Turcæ collusionione admixta: quod quidem haud gratuita benignitate impetratur à Turcis: nihil enim non vendunt, nihil non rapiunt. Quà multiplici, atque intolerando tributo, quâ per calumnias, afflictasque delationes, postremò per quicquid negotij cum ijs incidit, exhauriunt, & exinaniant omnia. Itaque non tam solè malignitate, quàm inexplebilium Dominorum iniquitate fit, vt spectabiles nullæ diuitiæ inter Maronitas sint. Quin adeo, si cui pecunia luculentior est, obscuratur de industria. Nec ædificijs, nec corporis cultu, alioue splendore specimen editur, vnde Dominorum rabies, & rapacitas irriteretur. Emyr nomen est Turcæ Præsidi, à quo reguntur. E sua gente duos habent rerum humanarum Principes, quos Diaconos vocant. Diuinorum potestas penès Patriarcham est, qui non nisi è Religiosis adsciscitur, vel si fortè aliunde, fit pariter Monachus, & nomen, præter proprium, ad Principis Apostolorum venerationem, Petrus assumit. Cooptatur autem Religiosorum, Cleri, populique suffragijs liberis, claræque voce delatis. Mores vulgò apprimè boni, ac pudici. Summa in negotijs, commerciisque, summa in matrimonijs fides: & ignorantur ibi meritoria scorta. Inuicta in religione constantia: erga Romanum Pontificem proflus mira propensio, eaque laude haud immeritò gloriantur: cum planè sit miraculi instar inter vndique obsidentes sectarum plurimarum Hæreticos ab Latinis catholicis obstinatè alienos, inter assiduas, & acerbissimas vexationes, rapinasque Turcarum, populum haud magnum, velut inter luporum turmas gregem agnorum pifillum, perseverare illæsum, Ex eadem gente Tripoli, Damasci, Aleppi, & in Insula

Cypro

39  
Monasterium  
S. Mariæ à Canubino. Patriarchæ sedes.

40  
Hic Campanas  
Turcæ permittunt.

41  
Inter Maronitas cur diuites non reperiuntur.

42  
Eorum Præsides Turcæ Emyr vocatur.

43  
Duces è sua gente Diaconi dicuntur.

44  
Patriarcha non nisi ex Monachis, & omnes vocantur Petrus.

45  
Quomodo eligitur.

46  
Gentis mores.



47  
Tripoli, Dama-  
sci, Aleppi, &  
in Cipro suas  
habent colo-  
nias.

48  
Maronitæ no-  
minis ethymo-  
logia, & origo.

49  
Maronitæ non  
ab Marone He-  
retico, sed à  
Sancto Marone  
Abbate deno-  
minati.

Cypro parvæ degunt coloniz. Vniuersa gens capitum ad millia quadraginta censetur efficere : quamuis longè maiorem numerum quidam prodant. Sacra latina iam pridem sequuntur, tamen suos habeant ritus quosdam, suamque Liturgiam Arabicè. Sed vnde nomen acceperint, & aliquot ante seculis, quæ coluerint sacra, iuuat paucis exquirere; quod nequaquam ipsis in ea fama cum externis Scriptoribus conuenit. Porro Maronæas in veterum monumentis non vnas videre est. Iam tum Homeri temporibus Cyconum in Thracia florebat hoc cognomento Ciuitas, vnde nomen Maronæo vino summa prisco auro nobilitatis. Alteram Ptholentæus ponit in Syria in regione Chalcidica, quæ fortassè ea est, quam Sanctus Hieronymus in vita Malchi triginta ferme millibus ab Syria Antiochia in Orientem distare narrat, quanquam non modica est positio in longitudinem discrepantia: nec Urbem, sed viculum haud grandem Sanctus Hieronymus appellat. Leguntur, & quidam Maronitæ Episcopi, siue viculus ille in celebritatem Episcopo dignam creuerit, siue Ptolemæi Maroniam, si forte diuersa est, aut cognominem aliam Urbem rexerint. Vtunque sit, simile verò mihi fit, non ex loco, sed ex homine, de quibus agimus, Maronitas traxisse nomen. Auctores habeo, qui ab Marone Hæretico Monothelita, cuius in dogma traducti per quingentos prope annos ab Catholica Ecclesia aberrarint, & ad quam primùm anno Domini millesimo centesimo octogesimosecundo redierint, propagatam sectam tradant, nomine quoque, vt Hæreticorum mos est, ab conditore sectæ transmissio. Sed attentius reuoluenti Annales, interque se seculorum multorum curricula comparanti, nihil dubij restare opinor, quin haudquaquam ab impio, sed ab Sancto homine Maronitæ & appellationem acceperint, & in catholica religione conseruati sint. Percelebris fuit per eos terrarum tractus Beatus Maro Abbas, qui & Primas omnium venerabilium Monasteriorum in secunda Syria nominatur, & eius legatus Ioannes pro omnibus Archimandritis, & Monachis de ipsa secunda Syria verba facit in quinta œcumenica Synodo. Deinde Alexander quoque Presbyter, & Archimandrita proditur Monasterij Beati Maronis, qui vnâ cum suis acriter decertabat contra Hæreticos Monothelitas. Porro cum per Orientem latè Nationes scinderentur in varias sectas, Beatusque Maro, & eius Monachi tantùm pro orthodoxa fide certarent; quid propius fidem est, quàm secutos eius disciplinam primùm Monachos, tum populos etiam gloriosum inde nomen adamassè? Id eo certius suadet, quòd Maronitarum Patriarchæ, nempe vt à Monacho Marone profecti, deinceps vniuersi ex Monachis cooptati sunt: nec aliunde mos, falce est cooptari. Deinde, quia si nomen ab Hæresiarcha manasset, dubio procul, vbi ad Catholicos redisse primùm dicuntur, sædum vocabulum execrari iussi essent, ac ponere: quod tamen factum ne Villelmus quidem Tyrius, qui primam eorum conuersionem narrat, adscribit. Quin adeo constat viguisse hanc semper inter Maronitas sententiam, à Beato se Marone Abbate profectos, cuius inter veneranda etiam Missarum solennia nomen religiosè vsurpant: quem etiam ad Romanum Pontificem profectum Abbatem (sub annum Christi quadringentesimum vixit) inde redisse Patriarcham commemorant. Quæ per manus ad posteros lapsa fides obtinere pondus auctoritatis maximum debet. Ac meus quidem animus libens acclinat in eam partem, vt, quod ipsi Maronitæ præclarum suæ nationis insigne ducunt, existimem, nunquam ab Orthodoxis per impiam pertinaciam dissensisse. At enim Scriptores Ecclesiasticarum rerum obstant. Primum quidem his nomen imposuit, quod ab Hæretico homine fluxisse suspicari sunt: quod cum contra participatum nos ab sancto Viro docuerimus; reliquum est, vt eiusdem tenuisse dogmata censeantur. Deinde renouationem quandam mutui vsus cum Romana Ecclesia pro reuersione ad fidem, & discessione ab hæresi descripserunt. Quippe cum nec admodum potens, nec numerosa natio esset, & in eo terrarum lateret angulo, & assidua cum Saracenis bella, cum Hæreticis, & Schismaticis acerba dissidia, vtrò citroque commeatus, & commercia, in tanta præsertim terrarum, ac maris longinquitate, interromperent; ne-

celle

esse erat multa tempora sine mutuo usu cum Romanis Pontificibus intermittere. Tum verò cum in simplici, ac bono populo, ac maximam partem agricolâ, nulla vigerent studia sapientiæ, & circumfiderent, immixtiq; agerent Hæretici, nec solum sermones, sed etiam libros impios spargerent, adhærescebant videlicet sensim minimè sentientibus haud pauca ipsis quoque Maronitis vel à ritibus, vel interdum à dogmatis simul aliena Catholicorum: quæ tamen, vbi primùm idoneus Magister, præsertim ab Sede Apostolica destinatus demonstraret; tum ea incredibili propensione animi deserebant, tum quæ orthodoxa proponerentur, amplectebantur. Quod ipsum euidentis testimonium est, pertinaciam superioribus temporibus abuisse: nec nisi per imprudentiam fuisse peccatum. Ceterùm quia Magistri ante satis explicatas, confirmatasque res discedebant, nec dogmata satis commodè, (cùm per interpretes ageretur,) intelligebantur, manebant autem libri deprauati, & Hæreticorum inuitabili consortio, redibant paulatim inueteratæ consuetudines, tenebantque quoad rursus catholicus doctor succurreret: quem nacti pristina illa facilitate, quocunque is duceret de integro sequebantur, & eirabant hæreses, & execrabantur Hæreticos, & ritus pollicebantur commutatuos, & Romano Pontifici, Ecclesiæque catholice obedientiam deserebant. Tum scilicet manabat fama conuersorum ad Catholicam religionem Maronitarum, & conditores Historiarum, quin ipsimet, qui gerebant res, priora ignorantes tempora, nec nisi quod sua ætate fiebat considerantes, mandabant literis reconciliatos, cum Ecclesia Libanotas: conuersionem vocantes, quod verius intermissi per simplicitatem, per inscitiam, per temporum iniquitatem vsus repetitio dici debuit. Quæ sine dubio causa fuit erroris Marco Olisipponenfî Franciscani Cronici scriptori, cùm per Fratrem doctrinæ, & sanctitatis nobilem, Grifonem nomine, natione Belgam, quem postea Callistus Tertius Episcopum, & Patriarcham Hierosolymitanum creauit, narrat anno millesimo quadringentesimo quinquagesimo Maronitas ad fidem, & obedientiam Romanæ Ecclesiæ reuocatos: quod ita abest à vero; vt præter Innocentij Tertij anno millesimo ducentesimo quintodecimo, & Alexandri Quarti millesimo ducentesimo quinquagesimo sexto data ad eorum temporum Patriarchas, vt planè Catholicos diplomata, extant etiam Eugenij Quarti literæ ad Patriarcham Ioannem datæ anno millesimo quadringentesimo quadragessimoprimum, cum insigni commendatione constantiæ Maronitarum. Miserat ad eos Eugenius institutionem, ac monita circa res, in quibus eos errare, aut labi posse suspicaretur. Detulerat Minorum ex Ordine Petrus Ferrarius. Acceperant Maronita singulari alacritate animi, atque constantia, & grates Pontifici maximas egerant. Ille mittit ad eos eodem Minorum ex Ordine virum doctum Antonium Trojanum, qui vnâ cum Petro Ferrario cepta profequatur, & literas pariter, quas modò nominauit mittit, quarum clausula, post paternam exhortationem, hæc est. Nec hoc dicimus, quia de tua, & tuorum animi constantia dubitemus, quos scimus, acceptis nostris, de quibus supra est dictum, tanta lætitia, tantaque cum audacia ostendisse gaudium mentis vestræ; vt Saracenos in quorundam ex vestris capita furere effeceritis: adeò vt, præter rerum iacturam, aliqui sint occisi. Quæ quidem omnia tam magno animo pertulistis; vt illud Apostolicum de vobis dici possit: Rapinam bonorum vestrorum cum gaudio suscepistis. Sed iuuat tecum loquendo ad ea exhortari laude, ac æterno præmio digna: quæ cùm iam feceris, & facere dispositum te sentias; conscientiam animi tui ex tanto Dei dono faciant exultare. Datum Florentiæ anno Incarnationis Domini millesimo quadringentesimo quadragessimoprimum, decimoséptimo Kalendas Ianuarij, Pontificatus anno vñdecimo. Hæc ita cùm sint, quo quæso pacto Beatus Griso conuertit ad Catholicam religionem eos, qui decennio ante pro ea tam multa pertulerant, tantum retulerant laudis ab summo sacrorum Antistite Eugenio? Sed hæc temporibus errasse Scriptorem, & Grifonem ante Ferrarium cum Maronitis egisse; nihil tamen efficitur, nisi quod dixi, eos cum primùm nacti sunt catholicum Præceptorem, ac ducem; summa voluntate ostensam

50  
Maronitæ nun-  
quam à fide  
deseruerunt.

51  
Falluntur, qui  
Maronitas à  
S. Grifone  
conuerfos asse-  
runt.

fam ab eo viam institisse: quod antè non perfidiæ studio, sed lapsu simplicitatis errabant. Quod quidem, & bonitatem gentis ostendit, & quantum animarum per culturæ inopiam pessum eat; ac postremò quantum Pontifici Gregorio Tertiodecimo, & Antonio Cardinali Carafa debeant Maronitè, qui susceperat semel eorum culturam ita urserè; vt non quieuerint, donec Collegium in Vrbe statuerent, vnde & commercia perpetim miscerentur, & suppeditaret in omne posterum tempus doctorum Magistrorum copia, qui & errorum fibras paulatim euellerent, nec sinerent ex vicinorum afflatu Hæreticorum repullulascere. Ex hoc anno tam lati successus cœpta spargi semina per causam huiusmodi. Miserrat in Urbem electus Patriarcha Michael de Gazaraura Georgium de Besluchito Episcopum, & Clementem de Heeden Archipresbyterum è suis, obedientiam suo nomine Gregorio Pontifici delaturos, & imploratuos opem aduersus quosdam Archiepiscopos, qui Patriarchæ iniussu, honore sibi assumpto, periculosum schisma constabant. Ad Pontificem illi admissi, expositis mandatis, in testimonium siæ legationis, perque uetustæ aduersus Romanam sedem propensionis, autographum promulære ipsum Pontificis Innocentij Tertij anno millesimo ducentesimo quindodecimo ad Hieremiam ea tempestate Patriarcham, & Maronitas ceteros missum. Commota sunt (vt erant promptissima) Beatissimi Patris viscera super filijs tam longè distitis, totq̃ue inter difficultates vitam, & pietatem tolerantibus: Patronoq̃ue gentis Cardinali Carafæ impensè commendauit, vias vt inuestigaret opis ferendæ. Cardinalis cum domi suæ recepisset Legatos, omnique honore, & benignitate haberet, nihil existimauit accommodatius fore, quàm si legatio vicissim ad eos institueretur, ad rerum cognoscendum statum, vsuq̃ue, & caritatem confirmandam. Probato consilio Pontifex, delegatq̃ue Euerardo Generali administratione negotij; is in eam Prouinciam Sacerdotes duos, cum adiutore laico Mario Amato, Thomam Regium, & Baptistam Elianum, vt multarum peritos linguarum, & Orientalem iuandi Ecclesiam studiosos in paucis, delegit. Igitur hi redeuntibus Georgio, Clementiq̃ue comites additi, traditis mandatis, vt Pontificis nomine saluarent Patriarcham, populumq̃ue Maronitarum, & summam in eos Patris Sanctissimi voluntatem testificarentur: tum veræ caritatis officijs eorum sibi conciliatis animis, rerum statum amicè scrutarentur: & si quos reperirent errores; non eos tanquam pro potestate, sed velut significando, explicandq̃ue quid Romanæ, & Catholice Ecclesie mos, ac fides haberet, conarentur depellere. Nihil Gregorius, nihil Carafæ benignitatis, & indulgentiæ prætermisere in Legatos: attributisque tum ipsis, tum ferendis ad Patriarcham muneribus, insuperq̃ue literis perhonorificis, per quas audienda libenter, quæ Patres narrarent, ad extremum exhortabantur, lætissimos, Romanæque beneficentiæ, & caritate magnum in modum adstrictos dimisere. Terra, marique secundissimo cursu progressi, primo post Idus Ianuarias die in Syriam ad Urbem Phœnicie Tripolim appulère. Vnde non procul (vti supra demonstratum est) Monasterium abest Canubinum, Sedes Patriarchæ Maronitarum. Namque is, ac ceteri fermè eius gentis Antistites, vt è Monachis leguntur; ita in Monasterijs degunt. Vbi præcognitum in Canubino est, adesse missos à Romano Pontifice Nuncios; egressi obuiam Patriarchæ cum Clero, perhonorificè eos, perque humaniter excepere: eò maximè lætis omnibus; quòd hominem nacti essent suæ linguæ peritum, cum quo communicare suas literas, & à quo doceri familiariter, quem probè intelligere, & à quo vicissim intelligi possent. Lingua vulgaris Arabica est: Chaldaicè vtuntur in libris. Pater autem Baptista Arabicè loquebatur, & scribebat optimè, & nonnihil norat Chaldaicè. Qui cum literas Pontificis interpretatus esset, exultans letitiâ Patriarcha: Nunc tandem, inquit, ipsum mihi videor alloqui, & audire Sanctissimum Papam. Nam quas adhuc accepimus ab Sede Apostolica literas, interpretis inopiâ nihil nisi, quod fuit in nobis, summa veneratione capitibus nostris, & oculis imposuimus, & in serinium reconditas magnâ curâ seruamus. Nunc, quoniam quid à nobis requiratur, copia facta est intelligendi; docete, ac

52

Patriarcha ad  
Greg. XIII. Legatos mittit.

53

Antonius Cardinalis Carafa Maronitarum Protector.

54

Cum Legatis ad Patriarcham remittuntur à Pontifice Thomas Regius, & Io. Baptista Elianus è Societate.

55

Ips mandata.

56

Tripolim perueniunt.

57

Missi à Pontifice honestissimè excipiuntur à Patriarcha.

ducere in semitas veritatis. En animos vobis nostros ad omne obsequium paratissimos dedimus. Hæc alacritas vehementer Patres, præsertim Elianum exhilaravit, & ad omnem laborem, spe leuante onus, incendit. Igitur summo studio ad volumina eorum perferenda, cerimonialque, ac ritus obseruandos, interrogandosque peritos conuertitur. Ac libros quidem nonnullos maculis Dioscori asperfos reperit. In ritibus autem animaduertit multa præter Catholicos mores per simplicitatem admixta. Infantes ante quadragesimum diem nefas dicebant baptizare, ne domum relati, vbi Mater etiamnum degebat, vt rebantur, immunda, immunditie eadem contaminarentur. Protinus autem secundum Baptismum inungebant totos, nullum postea Chrisma adhibentes. In Chrismatis quoque ipsius confectura multa admiscebant, præter oleum ex oliuo, & balsamum. Item baptizatis infantibus ritu Græcorum continuè diuinam Eucharistiam impertiebant, Diuortia aliter, & alias ob causas, quàm ab Euangelio permisum sit, increbuerant; nec rarè inde nouæ nuptiæ. Hæc, atque huiusmodi alia cum discrepare ab Ecclesiæ sanctæ norma monuisset Baptista; recepit obedienter Patriarcha, cuncta sese paulatim, Deo iuuante, & ipsis Patribus, correcturum: extemploque manus operi admoneri cepta. Simul autem perspectæ sunt aliæ grauissimæ inopis populi difficultates. Tanta sacri instrumenti penuria erat; vt sacrorum quosdam Calicum, ad commouendam misericordiam, statuerint Patres Romam deferre. Paucissimos libros, nec nisi scriptos manu, eosque nec absolutos, & erroribus multis contaminatos habebant. Ceterum damnosissima erat sapientium virorum inopia. Chaldaicæ linguæ intelligentia docti censebantur: ijque vix decem vniuersa in gente numerabantur. His perspectis Baptista, cum impensè illuc incumberet, vt aliquot catholicos libros Arabicè verteret, ac Synodum quoque vt cogeret Patriarchæ suasisset; grassari pestilentia Alexandria, & permanere ad Libanum, quo plerumque vitur gradu, cœpit. Tum Patres consilio inter se habito, ne impeditis commercijs frustra in periculo desiderarent; statum rerum relaturi Pontifici, & coram maiora apud eum præsidia curaturi, primo Vere insequentis anni in Italiam remigrarunt: Arabicis Biblijs secum aduectis, & duobus ductis adolescentibus, in primas educationis Romanæ stirpes, qui inter Neophytos in præsentia collocati. Ex hisce initijs, quo res anno millesimo quingentesimo octogesimo, ac deinceps promotæ sint; suis locis scribetur. Sed eodem hoc tractu temporis longè maiorem spem Suecica expeditio excitauit. Antonius Possseinus eius princeps expeditionis superiore Autumno Roma profectus, magnis in itinere perfunctus laboribus, & periculis, StoKolmiam tandem cum Socijs ineunte hoc anno sospes peruénit. Acceperat ab Imperatrice Maria literas, quibus ad Regem Suecum nomine eius Legatus accedens, ac super Maximiliani Cæsaris obitu solenne officium soluens, id nomen religionis tractationi prætexeret. Grata fuit ea species Regi gaudenti suos respectus, ac metus inuenire fidem: cuius item voluntate religioso tantisper vestitu posito, honestorum secularium habitu Legatus incessit. Causam religionis Noruegus in eum locum adduxerat; vt faciliè redditurus se Ecclesiæ videretur Rex, modò Pontifex, quò res non per abrupta cum tumultu, sed sensim per modicas inclinationes fieret, quædam inuitè permitteret, ad fallendum dolo bono populum, vt loquebatur, necessaria. Ea erant præcipua, vt Sacerdotibus matrimonia, vsus sacri calicis populo, Missam vulgari lingua indulgeret. In his hærentem Possseimus reperit: qui quamuis sciebat nequaquam talia Pontificem concessurum; tamen multis cum Rege colloquijs, hæresibus labefactatis, Ecclesiæque sanctæ Hierarchia ostensa, demum perpulit, vt edita rite professione fidei, peccata sacramentali confessione ritu catholico expiaret: sperans ipsa Sanctorum communionem, vsuque Sacramentorum lumen diuinitus, ac robur affuturum cordi perpurcato, ad catholicam fidem fortiter, & integrè profitendam. Ergo spatio ad se præparandum sumpto, rursus post biduum aduocato Possseino Rex capita fidei ex Pij Quarti formula profitetur, hæreses execratur, confessionem generalem instituit. Qua absoluta, iterum interrogatus num cunctis

Hist. Soc. Iesu Tom. 4.

Z

ctis

58

Errores, qui in Maronitarum ritibus irreperunt.

59

In Baptismo.

60

In Confirmatione.

61

In Diuortio.

62

Patriarcha errores corrigi curat.

63

P. Elianus cum Socijs Romam ad Pontificem redeunt.

64

Suecicæ expeditionis successus.

65

Possseinus StoKolmiam peruenit.

66

Imperatricis Mariæ literas ad Suecum Regem defert.

67

Seculari habitu vitur.

68

Quæ Regem ad catholicam fidem fatendam morantur.

69

Possseini ad Regem confitium.

70

Rex fidem, ex formula Pij IV. profitetur, ac hæreses execratur.

- 71 Confessionem  
generalem  
lucit. etis in rebus, ac nominatim in sumenda Eucharistia sub vna forma staturus esset Apostolicæ Sedis iudicio; cum staturum promississet, eum Possseuinus absoluit: ac statim exurgens, prostratusque ad medium conclaue humi prostratus, & grates Numini agens, precatur Dominum IESVM, in cuius manu sunt corda Regum, vt perticeret ipse, quod cœperat: & Spiritum suum Regi ad ipsum reuerso copiosè infunderet, eiusque animam benedictionibus suis impleret. Quæ cum Rex videret, audiretque, commotus ad Patrem accurrit, amicèque complectens: Et ego te amplector, inquit, & Ecclesiam Catholicam Romanam in æternum. Postridie in regio cubiculo adornato altari, sacrosanctum Possseuinus sacrificium peregit, cui, cum Nicolao BrasKio, & Ioanne regijs Secretarijs, bonisque catholicis, Rex prouoluitus in genua religiosè interfuit. Tum verò confirmandæ Regis constantiæ, & spargendæ per populum pietatis, attentè Possseuinus animo vias versans, redeundum sibi ad Pontificem duxit, vt Catholico, rum Principum; ac præcipuè Summi Antistitis Rex confirmaretur literis: tum curaret aliquot Suecorum adolescentum, ad propagandos legitimos Sacerdotes, contubernia institui: & nonnullos secum Romam adduceret. Ad hæc, quæ dispensari Rex petebat, tractaret, quo via saltem mollissimè negodum, inueniretur, interimque dies ipsa, & alia adiumenta exitum rebus commodus expedirent.
- 72 A Possseuino  
absolutus.
- 73 Rex Possseuino  
sacrificium  
nolens adlat. Hoc consilio, acceptis à Rege ipso, Regina, & Sigismundo Principe (qui tertius eo nomine Polonorum Rex dum hæc scribimus sceptrum obtinet) quas omnium primas fertur scripsisse, literis, in Italiam redijt. In ea nau, qua Gedanium appulerat, traiecere in Sueciam è Polonia Socij quatuor, Pater Stanislaus Verseuinus, & Simon Visocius apud Reginam futuri (vti supra retuli Reginam postulasse) Laurentius Ridziski, & Valentinus Luski adiutori Noruegum: is enim iam Collegium ordinauerat, multosque collegerat adolescentes satis bonæ indolis, quos distributos in classes, varijs præceptoribus è Belgio aduocatis, erudiebat: publicè quidem, ac palàm à rebus fidei, quas Hæretici peruertunt, tractandis, Regis iussu abstinens. Sensim tamen catholicam pietatem eorum animis instillans, non leui cum lucro, multis, qui deinde egregij exitere operarij, conuersis. Excepit lato animo redeuntem Possseuinum Gregorius Pontifex, & certorum hominum ex præcipuis Cardinalibus, ac theologis Conuentum iussit institui super Sueci Regis postulatis.
- 74 Possseuinus Ro-  
mam redit cum  
lucris Regis  
Reginæ ac Si-  
gismundi. Viennæ interim in Austria magnum momentum rei catholicæ Pater Laurentius Magius attulit. Aliquot iam annis in ædibus, quas vocant Prouincialium, publicè tradebatur impietatis disciplina, Opitio Flacciano Magistro. Is in Sartoris Opificio enutritus, literarum rudis, at lingua promptus, ingenio præfrens, concionari inter gregales exorsus, in eam opinionem euaserat, vt vel septena hominum millia in auditorio numeraret. Manabatque in dies latius malum, Procerum haud paucorum tutela subnixum, cum dolore, gemituque Catholicorum. Sed Deus, qui suæ Ecclesie nunquam patrociniū intermittit, fecit, vt Magius apud Rodulphum Cæsarem summam inueniret auctoritatem, & gratiam. Hoc Pater aditu inuento, non priuata commoda ex benignitate Cæsarea, sed Dei gloriam, Religionis defensionem, Imperatorisque, & populi æternam salutem sibi proponens, admissus in colloquium, quod vel duas horas impleuit, grauitè, ac liberè ostendit quantum dedecus Cæsari, quantam perniciem moribus, ac pietati, quantam Imperio labem afferret vilissimi homuli in oculis Principis, in Vrbe principali audax, & sacrilega impudentia. Deditque Summus ille Regum Rex famulo suo os benè sonans, vt planè placuerint verba eius in conspectu Principis. Itaque animum induxit draconum illud cubile funditus excidere. Cuius rei auram prouinciales Austriæ Dynastæ subodorati; trepidare, satagere, nihil intermittere rationum, terrorum, etiam minarum, vt constantiam Cæsaris frangerent: rati, si ex Vrbe Austriæ Metropoli hæretica concio exturbaretur; fore, vt in reliquis Ciuitatibus vel sua sponte corrueret. Sed prudens Imperatoris festinatio, edicto citius opinione vulgato, conatus omnes eorum peruertit, & sentinam Urbis exhaustit. Vndecimo Kalendas Iulias edi-
- 75 A Gregorio be-  
nigne excipi-  
tur.
- 76 Regis postulata  
Romæ exami-  
nantur.
- 77 Viennæ Lau-  
rentij Magij la-  
bores.
- 78 Impietatis fa-  
ctorem Rodul-  
phi auctoritate  
comprimit.

etum vulgatur, quo Opitius, cum commilitonibus, adiutoribusque nefariæ sectæ, eodem die ante Solis occasum decedere Vienna iubebatur: simul Scholæ, ac totum Lutheranismi exercitum in domo Provincialium introductum procius tollebat. Pudet referre quàm exeuntes sacrilegos, omnique execratione dignissimos prosequuta sit numerosa multitudo, quotque benevolentia documentis, ut vel inde mali grauitas aestimari posset. Dolentium planè miserimus erat dolor, præ cœcitate suarum animarum, carnifices à se ægrè ferentium auelli. Quod, si saperent, mercari quouis pretio debuissent. Ceterum tumultus, quem in horas aduersarij Catholicis minitabantur, nullus interuenit. Conspicuo documento quàm sæpè plus nimio cauta prudentia, inanis obiectu formidinis, præclara cœpta opprimat: quæ freta Deo animi excelsitas ad effectum perducit, exitu prono inuento, ubi arduus terrebat ingressus. Recreari cuncta Vienna, tanto leuata malo, uisa est, & Catholicis nouus ardor obortus, frementibus scilicet Hæreticis, & miris modis perditos Iesuitas optantibus. His Viennæ gestis Rodolphus secum Magium, sicut paulò ante Possuinum in Vngariam duxerat, ita post duxit Lintium superioris Austriæ Metropolim, eo & confessionis, & diuinitissimæ Eucharistiæ administro utens, eum à concionibus Georgium Schererum haberet. Hæc, quanquam adeo salubriter, summaque prudentia Magius administraret; tamen ne sermonum causa præberetur vulgo conquerenti in rerum publicarum tractationem admiscere se Iesuitas; Viennensî Collegio regendo præfectus est, ut stabilis sedes remoueret eum ab Aulæ commercio, & Prouincia loco eius Henricus Blissenius administrandæ succcessit. Distat ab Vienna sexaginta circiter miliaria, ut Germani metiuntur Hungariæ Vrbs Agria, aduersus finitimos Turcas ea tempestate firmo præsidio communita iam nostra ob scelera, an socordiam? in potestate Turcarum. Huius Vrbs Episcopus, qui pro Rege Hungariam administrabat, summè institit, ut Sacerdotem è Societate suæ Agriensi plebi impetraret. Fuit Ioannes Lelesius natione Hungarus, qui tantum non ipsam barbariem Turcicam in populo reperit. Ita religio, pariterque innocentia, & mores ceciderant. Adorandum Missæ sacrificium iam propè antiquatum. Omnino tota in Vrbe altare vnum restabat. Diuinissimum Sacramentum lignea iuclusum pixide inhonoratum latebat. Aderat ad mali cumulum, ac fomentum proclamator hæreticus per sese furentes ad insaniam porrò vrgens, Lelesius, quò desperatæ magis erant res, hoc enixius hinc diuinæ opi exposcendæ, illinc Evangelico operi insistens, tandem priuatis, publicisque sermonibus sacramentum Penitentia, vnicam reuocandæ sanctitatis viam, sic commendauit; ut inciperent Confessiones non paucorum mensuræ audiri. Sacrosancti Corporis Domini Sacramento in argenteo ciborio decòrè collato, venerationem conciliauit; alterum extruxit altare: rabulam illum, Satanæque tibicinem plenum minarum, & cædis, qui se verbo Dei, & gladio suo cuncta probaturum pro concione iactabat, ita denegit; ut clam, cum tota domo, fugam ex Agria capessiverit. Nihilominus deturpata, ac lacera erat Saluatoris tunica Nîkelsburgi in Morauia. Hic ad id temporis asylum fuerat omnium Hæreticorum: tanta impietatis vi; ut vel baptismum permulti, tanquam Presbyterorum commentum, rejicerent. Rem miserandam, sed impietati vtitam, cui insitum est prouere vsque in præceps magis, ac magis, neque vnquam consistere, donec deuoluta in profundum contemnat, & dicat: Non est Deus. Sed bonitas Domini immensa, cui irato in populos acerrima vindicta est Principes eius pueros, & stultos imponere; clementer Nîkelsburgenfes respiciens, fecit, ut in potestatem catholici Dynastæ Adami ab Diecristain redirent. Is continuò cepit vrgere, ut Sacerdos illuc è Societate nomine eius mitteretur. Missus est Michaël Tolmainer: quo consueta incassum præ mali grauitate remedia experiente, salutis vi pandenda diuinitus fuit. Mulier parturiens, post acerrimos tridui dolores, quorum vis etiam miseræ mentem emouerat, tandem exanimem fœtum enixa, & exphrenesi nonnihil compos sui facta, in ea primùm verba os soluit: Patrem accersite. Audiuit Pater consentem, sub vna specie viuifico sacramento impertijt;

78  
Imperatoris  
edictum.79  
Rodolphus se  
cum Magium  
ducit.80  
Magius Vien  
nensî Colle  
gio præficitur.81  
Henricus Blis  
senius Prouin  
ciæ.82  
Io. Lelesius A  
griam mitu  
tur.83  
Illius Ecclesiæ  
ob turcicam ty  
rannidem sta  
tus.84  
Lelesij labores  
& fructus.85  
Nîkelsburgi  
in Morauia  
Hæreticorum  
colluuiis.86  
Michaël Tôl  
mainer in Mo  
rauia mittitur.87  
Mulier desperatæ  
salutis sacra  
mentis catholi  
co ritu susceptis  
sanatur.

88  
Sacramentorum  
medicamine a-  
lius etiam vi-  
sanatur.

89  
Multi conuet-  
tuntur, ac ba-  
ptizantur.

90  
Cornelii Bro-  
gelmani mo-  
& decora.

91  
Alexander Hel-  
lerus Brunæ  
pium ritum in  
Eucharistiæ  
supplicatione  
renouat.

92  
Tum in adeun-  
do Consulatui.

93  
Senatus Hære-  
ticum Magi-  
strum expellit.

94  
Tyrocium  
Lanspergæ in-  
choatur.

95  
Comes Succi-  
chardus ab  
Helfenstein &  
Geneuâ con-  
iux fundat.

& quia haud dubiè decessuram cuncti exitimabant; oleo sacro inunxit. Ecce autem ab sacro Chrismate, præter omnium opinionem, statim redire vita, tum vigor, demum salus. Res pro miraculo celebratur: multum dignitatis catholice sacris redditur. Nec mora, duæ femine vterum gestantes prope maturitatem partus, quò se contra periculum præmuniunt; confessione in templo rite peracta, primè ex Ciuibus publicè sub vna forma communicarunt. Mox etiam vir difficultate spirandi in eas redactus angustias; vt iam ne commouere quidem domestici auderent, ne finem ei properarent; cognita puerpuræ moribundæ salute, eodem se beneficio postulat impertiri. Confitetur igitur vt vt potèst, sacro munus viatico, inungitur, breuèque cuius funus expectabatur, ipse valens in publico apparet. Hac via benignissimus cælestis Pater suis cælestibus donis, quæ stultè negligebantur, gratiam nouam quaesuit: hominum illiberalitate exuperantia summæ pietatis victa, salutem animi respuentibus attributa etiam corporis. Continuo igitur confitendi, & sacram Eucharistiam in specie vnica percipiendi vsus renouari cæptus. Ac Pater ex Arce in Pagos quoque excurrrens, non cetera modò restituebat; sed etiam inquirens si qui baptismum non recepissent, multosque, & quidem grandi iam natu viros, ac feminas inueniens, salutari vnda tingebar, tanquam non iam purganda solùm Domini vinea, sed de integrò conferenda esset. Ita eam aper de sylua tartarea demolitus erat. Hæc à Viennensibus Socijs gesta: qui egregium pignus Cælo quoque dederunt. Cornelius Brogelmanus natione Belgæ, Louanij quarto Idus Septembris millesimo quingentesimo quadragesimosexto Societati aggregatus, multis perfunctus varijs in Prouincijs laboribus, demum per diu in excipiendis domesticorum confessionibus versatus, Viennæ quintum annum sexagenario maior cursum consummauit innocentissimæ vitæ, morum candore, ac lenitate bona conspicuus. Brunæ Alexander Hellerus, adiuuante in primis Augbitio iam supremo Morauicæ Capitaneo, renouauit veterem, ac piam consuetudinem, vt Senatores in supplicatione solenni accensis facibus Sanctissimum Sacramentum comitarentur. Itaque hoc anno, quo primùm die repetita sancta consuetudo est; viginti septem interfuere, nullo prorsus desiderato ex ijs, qui degebant in Vrbe; valuitque ad multorum captas mentes illustrandas tantæ fulgor auctoritatis. Vetus quoque fuerat Brunæ consuetudo (quo damnet posterorum socordiam in custodiendis sacris maiorum attentio) vt quo die quis Consulatui iniret; cum Consule totus Senatus adiret Templum; & Missam de Spiritu Sancto audiens, vbi ad oblationem ventum foret, viritim ad aram accederet, ac sacras Reliquias, quæ ad id porrigebantur, oscularetur. Is item mos quasi postliminio restitutus. Alia super hæc Senatus pro Catholica fide optimè gessit: etiam ludimagistrum expulit hereticum, Magistros è Societate sperans: quare concedendi omnino fuere. Nonis Augusti schola vna inchoata Auditorium ita statim exuberavit; vt altera continuo fuerit adijcienda: tum aliæ accesserunt tres, familia inde Brunensi & Domus probationis, & Collegij implente partes. Dudum expetebatur in Prouincia quoque superioris Germanicæ vacuum alendis, instituendisque Tyronibus domicilium: idque hoc anno Lanspergæ inchoatum, mira Dei pietate: vt quod Societas vix audebat optare, id accipiens magnum dare beneficium videretur. Sita est Lansperga optimo loco, ad Licum amnem; sex ab Augusta Vindelicorum, septem à Monachio germanica mensura passuum millibus procul. Comes Succiardus ab Helfenstein sobole carens, in Societatis, quam in se ipso verè fidei olim reddendo perutilem erat expertus, propaganda sobole leuamentum, ac precium suæ orbitatis ponebat: nec discrepabat moribus, & sensu Geneuâ coniux. Idoneos religioso famulatu adolescentibus alebant domi, sensimque pellectos, vbi maturum erat, Deo tradebant. Vbi verò Lanspergensis præfecturam à Duce Bauaro Comes accepit; intelligens, vt proficerebatur, domorum Probationis necessitatem, & sancta studia, nec facillè inuentum iri, qui eas fundarent, plerisque Collegia, scholarum gratia, præoptantibus; vt vnâ ipse Lanspergæ institueret, vel cum lacrimis ab Hoffæo contendit, nulla prorsus conditione

tione adiecta. Ergo cum iam domicilium parassent, & abundè necessaria ad vitam conferrent optimi coniuges, vndecimo Kalendas Maias, illuc Monachio cum Tyronibus Bonauentura Paradisus institutor migravit. Tum planè ad Constitutionem formam Tyrocinium accommodatum, & peregrinationes institui cœptæ (Deo iuvante) feliciter, quæ vix antea tentabantur Hæreticorum metu. Positi etiam cum fructu labores in Oppido in carcere, ægrotisque visendis, admirante Ciuitate officiorum id genus: eò magis, quòd Concionatoris publici munus Carolo Peutingero obeunte, solitum Concionatori pendi stipendium remittebatur. Reuocatus extremæ vnctionis vsus, ferè ante incognitus. Ab hæresi quidam expediti: multi in fide confirmati. Ille etiam mos peruersus, qui à multis annis inualuerat, vt, absoluto Euangelio sacris non minùs diebus, quàm communibus, magna pars populi, quasi præcepto perfuncta è Templo excederet; deletus omnino est. Sed operæ pretium est cognoscere quàm facillè simplicium mentibus Satan illudat, & ipsum virtutum vsum peruertat, nisi periti Præsidis cura inuigilet. Vltimo supplicio afficiendos, ne cruciatum mortis sentirent, largo meri haustu temulentos faciebant. Itaque accurrebatur ad carcerem cum lagena, obsequium se Deo præstitisse maximum arbitrantibus, qui temeti plurimum afferrent, incitarentque miseros validius ad bibendum. Hanc quoque Patres peruersitatem aboleuere, melioribus longè poculis substitutis: vt non mero obstupefacti non sentirent noxij; sed præstantibus monitis instructi, & diuinis præmuniti mysterijs benè perferrent vltimam necessitatem. Interim & Nouitiorum mira luxit constantia: quorum vnus ingenio, & pietate insignis, cum ad Tyrocinium iret, bis à suis interceptus, qui erant Hæretici, cum eorum & blandimenta, & minas, & flagra, & carcerem repulisset inuictus, ad hæc lacrimas parentum, hortamenta, obsecrationes; tandem in Lipsiam Saxoniarum Academiam Lutheranam per fidum hominem amandatus est, vt à veteranis illis, famosisque errorum antesignanis tentaretur. Sed nec Schmidelino, nec vlli ex eadem phalange, quamuis multas adhibuerint, machina vlla successit. Adnectamus constantiarum ineuntis Societatem Nouitij, & alterius item Nouitij ad cælestem Societatem transeuntis patientiam. Colonia Nicolai Luillerius, cum singularia ederet benè valens humilitatis, & obedientiarum documenta; à cælesti Magistro, qui seuerè eum exercere agrotum decreuerat, vires pariter ad perfectum robustas accepit: tum obiecta etiam secundum quietem specie confirmatus est. Visus enim sibi est videre Christum Dominum prægrandi Cruce oneratum, cuius ille vestigia minori cum cruce, maiori tamen molestia sectaretur. Verùm cum aliquando vidisset Dominum graui sub pondere labantem, & commiseratus vellet in oneris eius partem succedere; fettero ad eum vultu conuersus Iesus? Qui, inquit, magna, & aliena feras, qui tua, eaque leuiora non potes? Hac voce miro amore succensus quamplurima tolerandi, relicto Socijs illustri excelsi pectoris exemplo, ad Idus Iulias breuem cruciatum cum æterna iucunditate mutauit. Letissimè interim florebat Colonienſe Collegium, auctoritate ac fructu; cum Diaboli inuidia, qui Belgium totum infans permiscebat tumultibus, huc quoque deriuare procellam tentauit. Coloniam multi è Belgio rerum diuinarum, humanarumque perturbatores confluxerant: vt, quod alibi fecerant, item ibi molirentur, si quo modo possent pacem publicam, religionem, & scilicet Iesuitas exterminare. Hi paulatim progressi, auctaque sensim audacia, eò processere; palàm vt in concionem suorum irent; exordiendoque vero tumultu ex ficto causam darent, repentè rumore didito Coloniarum quoque profanatis Templis Calvinistas dominari. Nec facillè mox potuisset restingui incendium; si paululum ab Senatu cessatum foret: cuius vigilantia vbi ad euertenda omnia interclusos sibi conatus impij sensere; separatim contra Iesuitas grassantur. In conuiujs primùm, & circulis mendacia serere: mox ad Ciuium Tribus, quæ duæ & triginta Coloniarum sunt, perfidum genus hominum Iesuitas esse, conspici-  
Calumnias, acque conuicia in Societatem spargunt.  
 rare cum Hispanis, proditores modò fuisse Belgicarum Ciuitatum, nunc Colonienſium exitium coquere. Augent inuidiam perniciosi quidam Ciuium, vxores à viris

96

Bonauentura  
 i radinus Ty-  
 ronum Magi-  
 ster.

97

Carolus Peu-  
 tingerus con-  
 cionator stipen-  
 dium cum ad-  
 miratione re-  
 tenuit.

98

Extrema vn-  
 ctionis vsus re-  
 nouatus.

99

Abusus inre-  
 gram mistam  
 non audiendi  
 iudicatus.

100

Tum iuebrian-  
 di morte pu-  
 mendos.

101

Nouitij insig-  
 nis constantia.

102

Nicolai Luil-  
 lerij Nouitij  
 mors laudabi-  
 lis.

103

Christus Do-  
 minus Cruce  
 oneratus illi ap-  
 paruit.

104

Reprehenditur  
 a Christo qua-  
 si minus tole-  
 rans.

105

In Colonienſe  
 Collegium con-  
 spirant Hæreti-  
 ci.

106

Calumnias, ac-  
 que conuicia  
 in Societatem  
 spargunt.

à viris



à viris Iesuitarum imperio abductas, circumuentos callidè adolentes, expul-  
 tas per confessionum nomèn Matronas diuites. Demum, quod erat crimen te-  
 rribum, contra leges patrias aperuisse Templum, ita Sacellum appellabant,  
 in eoque conciones habere, atque vtriusque sexus hominibus innumerabilibus  
 sacramenta præbere. Ergo ex Tribubus duæ flagitant publicè, vt Iesuitas ex-  
 pellant: eo grauiore periculo, quòd eodem tempore cuncta fluctuabat Ciuitas,  
 nec pauci coniurauerant aduersùs veltigalium pensionem, & collationes publi-  
 cas, vt rebus, tanquam leuissimo momento suspensis, si quid commoneretur,  
 nihil propius fieret, quàm vt boni omnes, & bona pessum irent. Sed summus  
 rerum Arbiter, qui, vt fremèntibus Oceani fluctibus certos fines imposuit ita  
 hominum nefariorum furorem non semper sinit pro libidine effundi; famulis  
 suis, quos vexari iustè permiserat, propugnatores benignè excitauit. Conradus  
 Bethzorpheus, & Petrus StemuiKius Senatus Consiliarij, quos vocant Sindicos,  
 Societatis causam acerrimè susceperunt. Accessit Archiepiscopi Colonien-  
 tela, & commendatio Moguntini: postremò Cæsaris epistola, qua Senatum  
 populuniquè grauius commonebat, ne quid in Religione temerè mutarent,  
 neu de Societate Iesu iniquius quicquam statuerent. Quæ dum in frequenti Se-  
 natu recitaretur epistola; quos nominauit Conradus, & Petrus de instituto So-  
 cietatis disserere, & obiectas criminationes depellere exorsi, exciuiere permultis  
 lacrimis; maleuolorum audaciam, prolata mendaciorum peruersitate, penitus  
 infregunt. Itaque, detumescente paulatim tempestate, illustratis Societatis mo-  
 ribus, & multis per ignorantem rerum ante ancipitibus, dubitatione erepta,  
 tantus consequutus est fructus; vt in ferijs solennibus nati Saluatoris plus mille  
 ac ducenti sacram Eucharistiam in Collegij Sacello sumpserint, cum ante vix  
 sexcenti numerarentur. Ceterùm in Prouinciam Belgicam immanitas tempesta-  
 tis latius, atrociusque incubuit. Anni superioris exitu Matthias Cæsaris frater  
 adolens in Belgium venit. Eum Ordines continuò sibi Gubernatorem coo-  
 prant. Quamquam verè Auriaci arbitrio cuncta agebantur. Ita pleræque Ci-  
 uitates aduersùs Ioannem Austriacum coniurant: se quidem velle in fide Phi-  
 lippi Regis manere prætendentes; sed sub administratione Archiducis Matthiæ:  
 adolens nomine abutentibus Hæreticis ad dominatum Auriaco confirman-  
 dum, & cuncta trahenda in suas partes. Quod quò facilis consequerentur, vt  
 Religiosos viros, atque Ecclesiasticos, vel peruerterent, vel cum causa aliqua ab-  
 legarent, populosque magistris Religionis, & ducibus spoliarent; singulos ad  
 sacramentum adigunt. Iubent iurare ipsos, qua re possint auxilio Ciuitati fu-  
 turos aduersùs Ioannem Austriacum, & omnino Statuum sequuturos partes.  
 Balduinus ab Angelo Prouincialis Audomaropoli versabatur initio anni, cum  
 turbæ exorta: qui ad dicendum sacramentum accitus; negauit id sibi licere:  
 nam per instituta, legesque Ordinis sui auctoritate Apostolica comprobata, ve-  
 tatur Socios in secularia negotia se immiscere. Cum tot annis nihil hostile vn-  
 quam in vllò suorum hominum deprehenderint; quid oportere fidem ab ijs, quam  
 experti sint, sacramento extorquere? Se eadem omnino constantia, qua ad id  
 locorum nec dicto, nec factò quicquam molientes aduersùs quietem, & pu-  
 blica commoda; suis ministerijs in iuuentute literis imbuenda, Sacramentis mini-  
 strandis, Euangelio prædicando Ciuitates adiuturos. Si tanquam bonis viros  
 recusent fidem habere; liceat saluis abire cum publico commeatu. Hæc Bal-  
 duinus cum Audomaropoli respondisset, eandem formulam ad Collegia, quæ  
 in Ciuitatibus erant fæderatis, misit, vt responsum darent vbique consentiens.  
 Et Audomaropoli quidem, quamquam agrè, multasque inter ærumnas mane-  
 re permisi sunt. Traiecti verò id dudum agebant rerum potientes, tum subfi-  
 dia, quæ pendebantur è publico, intercipiendo: tum supra communem modum  
 recipiendi milites molestia vexando: tum per prodicionis suspicionem perseru-  
 tando sæpè Collegium; tum alijs modis illudendo, vt ad voluntariam fugam  
 Patres compellerent. Quæ omnia cum religiosa constantia, & patientia pro  
 Dei causa superaret; ac postremò ea sacramenti oblata formula idem reddidit  
 esset.

107  
 Conradus Pe-  
 thzorpheus, &  
 Petrus Stemui-  
 Kius Societatis  
 causam susci-  
 piunt.

108  
 Pacatis rebus  
 fructus conse-  
 quitur.

109  
 Tumultus, &  
 conspirationes  
 in Belgio.

110  
 Intamentum con-  
 tra Io. Austria-  
 cum indicitur.

111  
 Balduinus ab  
 Angelo Prou-  
 incialis illud  
 nuncupare re-  
 cusat.

112  
 Idem, vt alij  
 reculent Socij  
 curat.

113  
 Traiectensè  
 Collegium va-  
 riè vexatur, &  
 Patres illud de-  
 ferunt.

esset responsum, quod Audomaropoli Balduinus ediderat; aliud quaerere nomen, quo religioso praesidio Civitatem nudarent. Tertio Kalendas Maias Dominus de Heze Urbis Praefectus, & Capitaneus princeps ad Collegium tendunt, monentque congregatos Socios imminere Urbi obsidionem. Itaque cum Minoritis Fratribus, & alijs, quibus nec militia apta, nec annona prouisa esset, ne tum ipsi opportuni iniurijs inter arma tum Reipublicae graues forent; tantisper dum tranquillitas rediret, ex Vrbe egrederentur. Pater Ioannes Zantenus, qui praerat loco Rectoris, respondit, Societatis professionem eam esse, ut vitam, ac labores ad utilitatem publicam conferat: nuper autem, etiam peculiari praeccepto, mandatum Belgicis Collegijs à Patre Generali, ne villo modo in calamitate, rebulque aduersis desint Civitatibus, tumque destituant, cum caritas esset vberius expromenda: sed omnino, nisi Senatus iubeat, perseverent solatio populis, cuiuscunque euentus consortes. Ad hæc Praefectus se cum Senatu acturum. Senatus, & Magistratus in alia omnia abeunt. Minari ille magnum malum, nisi auctores fierent. Cessere itaque minis, ac tempori, suam, ac Sociorum dolentes vicem: ut cum Collegij clauis in digressu Zantenus Senatui offerret, is repudiaret: iam sibi nihil relictum dicens auctoritatis. Traditis ergo Praefecto Urbis, qui scripto fidem obligauit, cuncta fideliter asseruatum iri (quanquam fidem fefellit) pridie Kalendas Martij egressi, Leodium incolumes peruenerunt. Inde septem cum Treuiros mitterentur, in via spoliatos à grassatoribus, Leodiumque reuersos Cardinalis Leodienfis iterum, cum itineris ducibus, & literis commendatitijs, dimisit. Ita demum saluos magna caritate, ac lætitia excepere Socij Treuirenses. Ioannes Astensis, qui iam concionum causa aberrat, Dauentriam secessit, vbi columnen ingens publicae pietatis fuit. Post Traiectense Collegium, tempestas Antuerpiense corripuit. Feruebant hic quam cum maximè, plurimoque Ciuium vsu sancta opera, eò impensius cunctis bonis ad pietatem, Deumque propitiandum incumbentibus; quò grauiorem, tanquam ex horrida nube impendère calamitatem videbant. Sed hæc populi studia furororem exacuebant Hæreticorum. Principio igitur formulam concipiunt, qua Ecclesiastici profiteantur pacem Gandauensem se comprobare, eamque defensuros: ac si quem moliri contra eam, aut commune bonum Reipublicae Antuerpiensis senserint; delaturos ad Magistratum. Huic formulæ cum Canonici, & Religiosi subscripsissent, præter Franciscanos, qui id modò scripsere, se Religiosos esse, neque velle hanc, aut illam partem eligere, neque ciuilibus implicari negotijs; postremò itum est ad Collegium: blandaque vsi præfatione sua erga Patres beneuolentiæ, ad statum Reipublicae delabuntur: cui se consultum cum vellent singulorum occupare animos maturasse: petere, ut Societas quodque ad id operam conferat: quodque iam alij omnes fecerant, non recuset: id ipsum aduersus multitudinis suspiciones temerè suborientes fore pignus fidei. Collegij Rector Pater Raynerus ex præmeditato respondit: Ciuitatis beneuolentiam Societati perspectam, vicissimque sperare cognitum nec laborem, neque obsequium ipsius in commune desiderari. Ceterum scirent huic familia non communi tantum professione Religiosorum, qua tanquam mortui à sæculo abstrahunt se, sed proprijs etiam interdictum esse legibus tractare civiles res. Institeri illi, & grauius vsere: sed nihil præterea potuerunt auferre. Post aliquot hebdomadas plerisque potentiorum, qui è Statuum partibus Catholicam religionem in ciuili dissidio saluam volebant; aut absentibus, aut planè inscijs Edictum eundem, ac vulgant, in quo molliter iniriò rogatis concionatoribus, ut ad populum modestè agant, quæque Ciuitas faciat, in bonam partem interpretentur; tandem aculeo exerto denunciant, statuere se; ut omnes, non solum laici, sed etiam Ecclesiastici, & Religiosi Magistratus in verba iurent: Ioannem Austriacum, & qui ab eo stent loco hostium futuros: ad eumque extra patriam summuendum opem cum facultatibus, tum corporibus collaturos. Hæc in verba, qui non iurent perduellionis reos fore, publicatione bonorum, exilio, pœnisque alijs plectendos. Hoc edicto Typis impresso, & promulgato; Pa-

114

Patres apertè monentur abire Traiecto.

115

Recusant Patres, eadè cum Ciuibus ætumnas subituri.

116

Cedunt tandem Collegij clauis Senatui offerentes, qui illas respuit.

117

Praefectus Urbis clauis Collegij accipit.

118

Treuiros tendentes Patres à grassatoribus ipsoliantur.

119

Antuerpiensis Collegij iuræ.

120

Formula nuncupanda Ecclesiasticis proponitur.

121

Subscribitur à Canonici, &amp; Religiosis, exceptis Minoribus.

122

Nostris proponitur subicienda.

123

Collegij Rector recusat.

124

Senatus edicto Ecclesiastici, &amp; Religiosi adiunguntur iurare in Magistratus verba.

125

Patres ad Catholicorum Procerum auxilium confugiunt.

tres,

tres, quia prævidebant primos aduersùm se futuros impetus, quorum causa tota illa machina constructa dicebatur; dant literas ad complures è Statibus, expostulant de sacramenti iniecta necessitate, narrant quid metuant, rogant, vt auctoritatem suam in Concilio Statuum interponant, ne ipsis ea necessitas imponatur, Quippe iniquum, contraque Canones, & iura omnia esse Magistratum secularem, ac Duces militares à Religiosis viris iusurandum exigere: se iam ante significasse quiduis potius pati, atque adeo egredi Vrbe paratos, quàm promissione vlla inuolueri se rebus ab instituto suo alienis, ne dum vt sacramentum eiusmodi concipiant. Quod si, vt edicti verba præferunt, id eo sacramento spectarent, vt securiores essent; per ipsos licere omnino tutis, securisque esse, cum satis coercerentur Ordinis sui legibus, neque quisquam posset verè ostendere quicquam contra pacem publicam ad hanc diem dicto, factoue molitos, Hæc, & similia ad multos scripsere, qui, pro antiqua religione, posse adhuc aliquid, & velle videbantur. Eadem cum Canonicis tractant, rogatis, vt quoniam Episcopi locum iam tenerent, suas obeant partes, conuocent Clerum, omnes vno ore iusurandum tam iniquum refutent. Rem omnem in celeritate positam: Religionem Catholicam fraudulenter peti, & nisi obuiam eatur, imminere perniciem: se quidem, pro sua virili parte, non defuturos; sed priuatas opes parùm valere: concordia, & consensione communi resistendum esse. Hæretici occasione captata, cum viderent bonorum, ac potentium in Vrbe solitudinem; centuriones nonnullos, & quosdam è Magistratu ad Collegium mittunt. Erant omnes acerrimi catholicæ pietatis hostes: explicant iusurandum, aiunt sic decretum à Statibus, locum tergiversandi non esse. Patribus negantibus fas sibi esse tali Sacramento ab hominibus laicis obstringi: Ergo, inquiunt, hostium numero nobis estis. Et Patres Ostendite quid à nobis hostiliter vnquam perpetratum sit? Ne Reipublicæ quidem expedit nos negligentes esse legum nostrarum. Igitur facessite, inquiunt, Antuerpiâ, & sedes quærite, vbi arbitrio vestro viuatis, nam hic non licet. Ita indignabundi discedunt. Postridie Abbas Maricolenfis, Dominus de Villerual, & Dominus de Froimont ad Collegium profecti aiunt, se vereri, ne Collegium exturbetur, nisi fidei pignus aliquando certius dent. Scitantur sollicitè, quid præstare vltimum possint. Respondent Patres artes sibi fingendi non esse, vt quibus nec studia sint priuatae utilitatis, causaque fallendi. Ab initio quid liceat, simpliciter protulisse. Populo iniqua petenti resistendum potius cum bona in Deum spe, quàm cum offensa diuinæ Maiestatis gratificandum. Stultam, & fallacem habendi imperij artem iniqua per obsequia, Quin ipsi capefferent Christi causam, & iniustus conatibus contrairent: quippe ipsorum esse has partes. Quod nisi adiuent Ecclesiasticos hoc tempore; venturum tempus, quo eadem ipsi à populo patiantur, quæ alijs irrogari nunc cernant. Post multa vltro citroque disputata disceditur cum ea sententia, vt ipsimet in proximo Statuum conuentu Societatis causam tueantur. Eodem die sub noctem quatuor milites in Collegium ad excubias nocte habendas veniunt, nulla admiratione seruorum Dei, quòd olim eiusmodi molestijs insueuerant. Postridie, quod erat peruigilium Pentecostes, ne causam darent tumultui, clausis ostiis, nec discipulos ad Scholas, nec Ciues ad Templum, admittunt. Die mox Pentecostes fit grauis altercatio ante fores Templi, Catholicis indignè ferentibus eod die sibi aditum ad sacra intercludi: cum alter Consul superueniens, qui erat catholicus, iussit aperiri Templum, & diuina pro more tractari: conquerens se infcio, & dolente, ea fieri. Illico datur signum campana, lati conueniunt sacrificia peraguntur, concio item habetur: succedit vltimum sacrum: quo vltimo peracto; ecce tibi manus Hæreticorum irruunt in Templum: quosdam, qui aderant Sociorum, acerbè vexant: tum factò in Collegium, impetu, primum ostium, alterum, tertium vi perfringunt, sclopis sapius aduersus obuios explosis, sed irritò ictu. Inter quæ milites conglobantur, & in genua prouoluti, ad innocandum Deum, seque comparandos ad mortem applicant curam. Iam alijs atque alijs ingressis tota domus plena erat armatis, clamantibus maturandam fe-

126  
Canonicorum  
opem implo-  
rant.

127  
Hæretici aliqui,  
& ex Magistra-  
tu à Collegio  
iuramentum  
exigunt.

128  
Renuunt Pa-  
tres.

129  
Ab alijs ad id  
blanditijs alli-  
ciuntur.

130  
Patres in sen-  
tentia persi-  
stunt.

131  
Monitotes suos  
reprehendunt.

132  
Excubias mit-  
tuntur ad Col-  
legium.

133  
PP. continent  
se domi clau-  
sis foribus scho-  
larum, ac Tem-  
pli.

134  
Pentecostes die  
Consul catho-  
licus aperiri  
Templum, &  
solita munia  
peragi curat.

135  
Peracto vltimo  
sacro Hæretici  
per Templum  
in Collegium  
irruunt, omnes  
que expellunt.

gam, ni vellent ab furente multitudinē in frustra discerpi. Denique nec spatium concessum est pridianum solvendi ieiunium : quanquam nontam mensa terrena, quàm diuina curæ fuit fidelibus seruis. Pater Andreas Boccatus, recordatus venerabile Sacramentum in argentea pyxide in altari superesse ; ne iniurijs porcorum diuinissima Margarita relinqueretur ; fiducia haud paulo laudabiliorē, quàm Romanus olim iuuenis sua sacra impia inter hostes, in Quirinalem collem detulit; digressus in Templum per medios Hæreticos ad aram accedit : flexoque genu adoratum Dominum cum pyxide asportauit, inspectantibus Hæreticis, nec quopiam auso quicquam commouere : cum tamen plus quàm trecenti strictis gladijs circumstarent. Denique vbi Socij omnes numero quatuordecim collecti sunt, bini egrediuntur cum pallijs per vias, quas armati ante obfederant, inspectante omni multitudine, mæstis nonnullis, plerisque letabundis. Ad portum deducti, dum fidem publicam opperjuntur, qua salui Mechliniam quatuor inde leucis auehantur; Hollandis, & Zelandis Hæreticis, qui varijs cymbis circumsteterant, diu fuere ludibrio : alijs abducere, alijs proijcere in aquas, alijs spoliare, seu serid, seu procaci ioco molientibus, inter fœdissima dicta, & probra. Vbi haud minore Dei providentia, quàm fuerat ablata è Templo, perferunt nefarios latuit sacra pyxis. Nec fuit modestior globus militum, à quibus Mechliniam deducti sunt. Sed maius impendebat inde Louanium vsque discrimen, nisi Archidux Matthias ad dimidium vsque viæ præsidio militum munisset. Quippe iam sexaginta Hæretici, eoque amplius ex composito vias infederant, trucidaturi euntes. Accessit iam discessuris Mechlinia nobilis Franciscanorum manipulus, gloriosi exilij consors : quorum aduersus fallacias sollicitatorum durarat victrix constantia. Nam cum in suam quemque cellam seorsim inelussissent, aduocasse Custodem dicuntur, abnuentemque iurare, in secretum conclauē summouisse : tum ceteros singillatim pertentasse, turpissimo mendacio vrgentes : vt quoniam ante eos interrogati obedienter iussa fecerant; ipsi quoque cederent. Qua fraude, cum simplicioribus imposuissent, cordationum constantiæ gloriam geminarunt. Hi ergo eieci Socijs Mechliniæ adiunguntur. Vtrosque cum præsidio dimissos post medium iter duceni equites, pedesque ab Louanio excepere, & ad Vrbis portas Præfectus ipse cum suis nobilibus, haud cunctatur Tornacensis Præfectus Antuerpiensi re cognita : Patrem Ioannem Mortagnam, vniuersumque Collegium eodem modo sacramentum detrectantes tertio Nonas Iunias eijscit, perinuito Magistratu : qui cum retinere eos nequisset; benignè iuuat viatici parte. Nec minùs liberaliter Ciuium priuatim præsto fuit humanitas ad quinque redimendos, quos in itinere Scoti milites interceperant. Brugis quoque dimissi sunt, sed peramicè, prætexente Senatu, communi se tum Reipublicæ, tum Societatis cauere periculo. Quanquam Robertum Clayssonium Catholici prope tenuerunt inuitum, vt ipsis sacra clanculum administrando præberet. Nec magnum, si maneret, periculum apparebat, quod Ciuis erat Brugensis. Interim & Duacenum Collegium violentus turbato disciecit sextodecimo Kalendas Nouembris. Cum antegressa nocte nonnihil tumultuatum esset, orta luce forum armis completur : clamoribus, ac pertinacibus minis extorquetur à Senatu, vt Societas Duaco excedat : tum ad horam diei decimam cum vexillo, & tympano ad Collegium vadit tumultuaria cohors è populi ferme quisquilijs, eisque hæreticis. Recitatur pro foribus edictum, vt tranquillitatis publicæ causâ homines Societatis Iesu, pariterque externi quotquot intra tres menses Duacum aduenissent, Vrbe egrederentur. Cum quæreret Ioannes Seruius Rector, cuius imperio res gereretur ; respondent, Populi, Rursus, quid causæ esset, cur Religiosos eiectos vellent; respondent, sic visum plebi. Atqui Magistratum adibimus, inquit, Rector, scitabimurque quid ex nobis desideret. Conuicio illi respondent, penes se in præsens auctoritatem Senatus esse. Cum denique peteretur, vt chirographo publico restatum fieret nulla Societatis culpa eijs; subiecere id tantum curandum, vt maturarent fugam : ac protinus omnes Collegij aditus obsident, cum ignominia eiecturi, nisi

*Hist. Soc. Iesu Tom. 4.*

A a

ad

136  
Andreas Boccatus Hæreticis circumstantibus Euchari-  
stiam inoffensus asportat è Templo.

137  
Nostri bini inter milites deducuntur ad portum.

138  
Hic Hollandis, & Zelandis ludibrijs diu fuerunt.

139  
Sacra pyxis scrutantes Hæreticos latuit.

140  
Franciscanos dolose inducere Hæretici curant.

141  
Renuentes expelluntur.

142  
Eandē ob causam Tornacensis Collegij Socijs eijsciuntur.

143  
Tum Brugensis Collegij, sed humaniori modo.

144  
Duacenum Collegium plebis tumultum patitur.

ad dictam horam exierint. Plena erant auditoria discipulis. Continuo dimittuntur: cuncta lacrimis, tumultuque complentur, frustra quibusdam Senatoribus, ac Prætoris ipso rem mitigare conatis. Dum raptim paratur discessus, una cohors superuenit: obrucur domus armatis, clamatur inconditis vocibus, festinent abire, nisi experiri vim multitudinis velint. Obrinuit tamen Senatus, ut duo manerent Coadiutores ad custodiam domus, & misit apparitores, qui quantum fieri posset, prohiberent insolentiam militarem: tum inter dispositos hinc atque hinc armatos, & illudentium schommata Religiosa cohors egreditur, magno discipulorum, & Civium numero prosequente cum lacrimis. Aquicinctum concessere. Eo statim Senatus, & Academici Thomam Stapletonium theologia professorem, & Ioannem Ferrarium, qui idem philosophiam, ac latinam profitebatur literas, communi nomine legant, rogantes ne longius abeant. Spere enim mox, ubi populi impetus resederit, fore ut in Urbem reuocentur: nec secus euenit. Edidit primum Senatus decretum perhonorificum, quo simul quicquid aduersus Societatem plebis nomine turbulenti per vim, & iniuriam fecerant, grauissimis verbis damnabat, antiquabat, abolebat; simul ipsam Societatem summis ornatam laudibus reuocabat: tum separatim, Senatus, & Academia postredie Nonarum Nouembrium ad Ioannem Seruium Stapletonium rursus, ac Ferrario legatis, dedere literas, ut quando rescissum esset iniquissimum eorum eiectionis edictum, & contrarium promulgatum, cuius exemplum vna mittebant, obliti, quemadmodum bonos Dei famulos decebat, quicquid temeritas popularis peccarat; ad suam stationem redire, & munera quæ adhuc summa cum utilitate publica, & laude sua obierant, repetere ne grauerentur: idque primo quoque tempore, ne multis in rebus diuturnior eorum absentia incommodaret. Daturus se operam in posterum, ne talia flagitia euenirent. Imque capite sanxisse, si quis redeuntes inquietaret. Ita quintodecimo exilij die regressi, non minus expulso in iniuria, quam restitutorum beneficio grati, labores pristinos nouo impetu instaurant. Hos inter Duaceni Collegij fluctus, Traiectino, Antuerpiano, Tornacensi, & Brugensi, ut relatum est, dissipatis, è quatuor, quæ restabant, familijs, Leodienfis non habebat incommodè, Cameracensis, & Audomaropolitana ægrè tenebant se Senatus, bonorumque presidio, Louaniensem sparfit pestifera lues arcano Dei consilio, tum maximè, cum grauitas tempestatis postulare videbatur artem gubernandi singularem, qui præcipue idonei videbantur, ereptis: ad fiduciam nostram in Cælum validius erigendam, & diuinæ dexterae vim promendam illustrius. Omnium primus Vsmarus Boyssonius raptus est, qui, post alios labores, multos Romæ annos, interrogandis qui ad sacros Ordines, & Sacerdotia promouebantur, cum modestiæ summa, & integritatis fama Domino famulatus, annoque superiore regressus in Belgium, super vires, ætatisque tolerantiam leuandis publicis malis infudabat, ac nominatim Lætiensis Monasterij Religiosos ad eam famam disciplinæ, quam deinde gloriosè tenuere, per exercitationes spirituales Sancti Ignatii reformarat. Lætissimus dicitur obiisse, eò præsertim, quòd vitam in Societate egisset: affirmans circumstantibus, nihil sibi in omni vita accidisse iucundius, quam crebram beneficij huius recordationem. Subinde Antonius Salazarius natione Hispanus, multa vir prudentiæ, atque virtutis extinguitur, contracto morbo in castris regijs, dum se in utilitates militum, oblitus sui, totum effundit. Ostendit hominis in proximos caritatem, caritas erga ipsum proximorum: nam tum Ioannes Austriacus, tum cunctus exercitus dolorem ex eius desiderio acerrimum hausere. Maior tamen facta est iactura in Ioanne Harlemio, quem addita ad malorum cumulum, ut dixi, pestilentia Kalendis Octobribus abstulit. Idem Louaniense Collegium, & quia bella Prouincialis curam intercludebant, Prouinciam partem administrabat. Paulò erat quadragenario maior, annis haud plus duodecim in Societate traductis: vir iudicio, atque adeo veneratione omnium, qui nouere, cunctis perfectæ sapientiæ partibus absolutus. Non latinè modò, græcæque, sed & hebraicè in primis sciens: quam linguam, ut loco suo retuli, ne

Doctores

145  
Duo Coadiutores remaneant ad custodiendam domum.

146  
A Senatu, & qui dilectissimi, rogantur, ut longius abeant.

147  
Senatus plebis scitu rescindit.

148  
Patres Duaceni reuocantur.

149  
Quintodecimo ab expulsiōne die redeunt.

150  
Louanum peste laborat.

151  
Vsmarus Boyssonij morte, & laudes.

152  
Exercitiorum fructus.

153  
Vocationis estimatio.

154  
Antonij Salazarij in iuandis malis mors.

155  
Io. Harlemij mors, ac munerata.

156  
Linguarum peritus.

Doctor hæreticus irreperet, Louanij in Collegio trilingui aliquandiu docuit : deinde publicè in Societatis Collegio, vnà cum Roberto Bellarmino, magno auditorio, & summa commendatione aliquot annis Theologiam exposuit. Excellenti ad hæc prudentia; at morum suauitate, sinceraque modestia supramodum amabilis. Certum est moribundo visos Angelos: cum inter recitandas litanias interrogaret præsentem, num & ipsi eos viderent. Atebatque ab suo se custode Angelo euocari. Addidit Florentius Boncorstius, auctor sanè grauis, dum animam bonus Pater effaret, insolitum lumen circa eum ab sese conspectum. Nec mirum sanè claritatem Dei circumfulsisse, & Angelos affuisse ei sublimem extremum vitæ, qui totam vt filius lucis egerat, beatisque illis Spiritibus, quàm Adæ soboli propiorem. Doctrinæ eius specimen nullum extat, nisi modicum, sed perutile. Index biblicus, qui sacris libris adiungi solet, eius est. Altero post Harlemium die Elisæus Heiuodus Londini in Anglia natus, vndecimo religiosa palæstra, duodequingagesimo vitæ anno, strenuus, accuratus, fidelis Christi Athleta ad coronam abiit. Meretur viri virtus, & erga Societatem studium, vt Ioannis Austriaci ne omnino tacitus prætereatur excessus. Cum lues per Autumnum inuaderet, Princeps Patrem Ioannem Fernandium cum socio Vincentio Zelandro acceffit. Fernandium apud se esse iussit, optans, vt dicebat, ad latus haberet, si fortè quid sibi præter opinionem accideret. Vincentium præposuit auhendis Namurecum morbidis, id diligenter curatum cupiens, tum ad ægrotos iuuandos, tum ad conseruandos valentes. In partem laboris alter frater aduocatus est, Ioannes Duacensis nomine, vt eleemosynam distribueret, quam Pater Ferdinandus à Proceribus corrogabat egentibus sustentandis, qui inopia confecti lariferos hauriebant morbos, vnde & pestis ingruelcebat. Singulis ferè diebus ad vexilla militum Pater dicebat: fruges è diuina semente penitentia opimas legens, ac sæpe etiam aperto in campo aures pestilentibus commodabat. Austriacus inter hæc morientium vicem dolens, prouidi parentis, & Principis fugebatur officijs. Suppeditare quicquid posset, castra circumire, ægros eminus consolari, cum febri & ipse pestifera inuaditur. Vnicum prope solamen habebat in Patre Ferdinandio. Ei sine arbitris aliquando admissio extractum sine libellum precum suarum porrexit, rogans, vt singulis diebus eas pro se preces, dum ipsum capitis dolor prohiberet, persolueret. Has enim, inquit, ego diebus singulis, antequam quieti me darem, peragebam. Pater officium præstitit perlibenter, testatus deinde tam multas fuisse preces, vt horam totam impleant. Porrò Princeps verè Christianus, illud frequenter vsurpabat, auere se totum sanguinem pro Religione catholica fundere. Sæpe etiam gaudio penè exultans, ex oratione, quam quotidie valens perlegebat, hanc ingeminabat clausulam simplicem verbis, sed sententia perfectionis summam Euangelicæ complectentem. Domine, verte me quò vis, gira, & regira, fac de me quod tibi placet. Mane eius diei, quo die expirauit, cum sensibus destitutus omnibus videretur, admonitus tamen in sacro, quod coram eo celebrabatur, corpus Domini eleuari; illico, tanquam excitatus à somno, caput erexit, iunxit manus, easque sursum attollens venerabile Sacramentum adorauit, quod omnibus admirationi fuit. Hora post meridiem prima, cum supremos iam anhelitus traheret, videns Pater Ioannes circumstantes Proceres lacrimis cooperptos, & quasi attonitos; progressus in medium symbolum Apostolicum hispanicè præiit: quod dum vniuersi prosequuntur, ingens illa anima diuinis mysterijs optimè communita Deo caris, vt par est credere, Heroibus admista est, cum summo bonorum omnium, præcipuèque eius exercitus Inctu. Quamquam diuina prouidentia fecerat, vt paulò ante Alexander Farnesius Princeps Parmensis Vicarius Austriaci generalis in expugnatione Lemburgensi, alijsque con-

157

Moriens adstantes sibi Angelos intuetur.

158

Indicem biblicum scripsit.

159

Ehæzi Heiuodi mors.

160

Io. Ferdinandij Vincentij Zelandri, &amp; Io. Duacensis in moribidos laboribus.

161

Io. Austriaci mors, atque virtutes.

162

In ægrotos castris.

163

Quotidianas preces fundere solitus.

164

Pro fide emori cupit.

165

Orationis eius clausula.

166

In Eucharistian pietas.

167

Sacramentis munitis moritur.

168

Alexander Farnesius Io. Austriaci Vicarius generalis.

169

P. Ioannes in Galliam rediens, in Belgium redit Farnesij Principis toga.

170  
P. Euerardi di-  
ctum de Io. Fer-  
nandij obedi-  
tia.

gaudio iter repetijt, ex obedientiæ nutu, quem diuinum interpretabatur, & appellabat, qualuis subiturus ærumnas, ac sæpè vel sanguinem profufurus. Quæ simplex obediendi alacritas ita permouit Patrem Generalem; vt ea per literas Rectoris Parisiensis cognita, rescripserit; Vtinam huiusmodi Abrahamos plures haberemus.

171  
Galliæ res.

Hoc turbulentissimo Belgij statu sac quietæ res erant in Gallia, nulla admodum memorabili re, nisi quoddam Claudius Mathæius Aquitaniam, Maldonatus Franciam Prouinciam visit. Ac stylus properat Ioanni Austriaco Sebastianum adnectere Lusitanæ Regem, alterum Ecclesiæ Christianæ lumen in Aethiopia extinctum. Quod statim exequar, cum memorabilia ex Hispanijs funera domesticorum perstrinxero.

172  
Roderici Hur-  
tadi mors, ac  
decora.

Pater Rodericus Hurtadus Berlangæ, quam supremam expeditionem obiuit, postquam optimum virtutis, & sanctitatis exemplum de se omnibus præbuerat, vitam insigni fine conclusit. Nam cum cæpisset leuiter morbo tentari, properauit totius antea vitæ noxas Hieronymo Turrio suo comiti confessione aperire, postmodum apoplexia repente extinctus est, tertio Idus Maij. Membra ita mansere in gelido cadauere tractabilia, & mollia,

173  
Mortui cadauer  
tractabile & be-  
ne olens rema-  
net.

ac si etiamnum spiritus regeret. Dixere quidam etiam suauissimum odorem se sensisse, qui affaretur è corpore. Sanè egregiam in Societate habuit virtutis famam, ac sæpius fertur in oratione, vel inter sacrificandum conspectus sublimis à terra. Notabilis quoque fuit lætitia prope exultans, ac gestiens, qua postremam hanc oblatam ab obedientia Berlangensem itionem suscepit, tanquam persentisceret illum sibi vltimum laborum, & gradum ad quietem æternam fore.

174  
Eius vocatio ad  
religionem.

Anno millesimo quingentesimo sexagesimoquarto, vigesimo secundo ætatis in transmigrandi ad nouum Orbem cura, Exercitijs spiritualibus Salmanticæ actis, mundum haud mutare, sed relinquere in animum induxit. Haud par exitus Hieronymi eius fratris fuit, qui item Christi vexillum diu sequutus, dein matri,

175  
Fratris eius di-  
spar exitus.

ac sororibus ad inopiam redactis consulturus, præter Moderatorum voluntatem, qui viam illius leuandæ inopiæ aliunde aptam inierant, in sæculum regressus, non multis post annis insuauem vitam, dum opperitur in Italiam navigationem, omni humano prope ac diuino destitutus auxilio, in quodam portu mestissimè finiuit. Madriti quartodecimo Kalendas Iunias Frater Didacus Men-

176  
Didaci Men-  
dozæ mors.

doza obiit, Antonij Araozij olim comes, omnibus obedientia, & humilitate, & studio orationis mirificè commendatus. Qua nocte expirauit, auditus est identidem cum diceret: Feliciter, ac benè veneris Domini mei Mater, & Domina

177  
B. Virgo illi ad-  
flat.

mea: vnde mihi benignitas, & indulgentia tanta? Cumque infirmarius quæret, cur se tantum ijs vocibus fatigaret; respondit: Non vides, Frater, Sanctissimam Dei parentem? Tum preces in commendationem eius animæ Sacerdotes aduocati inchoarunt, & Didacus placidè in Domino obdormiuit. Vt nouerat solidam viri virtutem Araozius, seuerè exercuerat: quæ fuit humili Dei famulo præclara materia tum cælestis coronæ, tum domesticis pariter, & externis suæ explicandæ virtutis. Octauo Idus Octobris Gaspar Loartes Valentie præ-

178  
Gaspar Loar-  
tes Valentie  
moritur.

clarum religiosi curricula cursum consummauit: in Italiæ multis locis, præcipuè Genuæ, saluberrimè versatus. Extant pietatis eius documenta in aliquot libellis, quos reliquit admodum populo salutare. Obijt Hispali pridie Idus

179  
Io. Albototus  
Hispani.

Maij Pater Ioannes Albototus, ortus Granatæ. Flagrantissimo ardebat studio gentiles suos ad sinceram traducendi pietatem: & plurimos Domino lucrificat. Miseris omnium generum hominibus, omnique humana opè destitutus,

180  
Miseris subue-  
nire solitus.

isique, qui in publicis custodijs detinebantur, bonignum se parentem exhibebat, eos inuisens, consolans, deterrens à vitijs, de peccatis audiens, corrogata etiam recreans stipe: & quantum instituta Ordinis patiebantur, causam cuiusque procurans. Quibus rebus cum pietatem valde propagaret; etiam sibi gratiam apud omnes comparauerat, & opinionem præclaram virtutis eminentissimæ. Sed iam maius adest funus, & sanè funestum Lusitanæ Sebastiani Regis.

181  
Sebastiani Re-  
gis Lusitanie  
mors, & piæ  
santia.

Neque enim ab hoc opere abhorret narratio. Iam inde ab infantia Sebastianus spiritus ingentes, & belligeros præ se tulit. Ferè decennis commentarium

rium nactus bellorum à Carolo Quinto gestorum Lusitanicè scriptum, eius le-  
 ctione non tenebatur modò, sed & incitabatur: sic vt totus ore incalcesceret,  
 & videretur ardere. Præcipuè Caroli res gestas in Africa commendabat, se  
 olim Aui facta imitaturum ferens: nec temere libellum ab sinu ponebat. Hæc  
 videns institutor eius Ludouicus Consaluius, vt erat prudentia, & sagacitate  
 singulari, coërcere nimium illum ardorem, ac temperare sensim conabatur:  
 sedulò quoad licebat prouidens, ne quicquam ad oculos, auresque feruidi adoles-  
 centis veniret, quod adderet fomenta igni. Itaque cum aliquando Eborensè  
 Collegium iniuentem Regem Socij de more vario carmine exceperent; Epi-  
 gramma, in quo mentio fiebat Africæ, tolli Consaluius iussit, ne ad Regis  
 oculos perueniret. At vbi robustior Sebastianus cum eo suum de expeditione  
 Africana consilium communicauit; Ludouicus seridò, grauitèrque respondit in  
 hæc verba: Tria, Rex, conueniant simul necesse est, vt in Africam trajcere  
 ipsemet cogites. Primum quatuor, aut quinque maribus liberis fundatum ha-  
 beas Regnum. Deinde necessitas tanta vrgeat; vt ipsa periclitetur Lusitania,  
 nisi expeditionem eam suscipias. Postremò apparatus militarem in omni ge-  
 nere, pecunia, exercitu, commeatu, omnino abundantem habeas. Horum si  
 quid desit; nullo modo de ea re cogitandum tibi est. Quæ sic dixit, vt æstunt  
 illum generosæ, exultantisque adolescentiæ in præsens restinxerit. Sed paulò  
 post acrius incaluit. Quare nec potuit contineri, quin eas inspecturus oras  
 anno milleesimo quingentesimo septuagesimo quinto in Africam transmitteret,  
 moxto supra modum Ludouico, tametsi iam se ab Regis consuetudine abstra-  
 xerat, & grauitèr ex morbo laborabat, maximam partem, vt in loco demon-  
 strauit, inde contracto, quòd animum Regis per seque, & paucorum adulationi-  
 bus (vt fit studio placendi) plus nimio incitatum videret. Ad quem etiam  
 herentem in Africa eas literas dedit, vt in Lusitaniam retraxerit. Ludouico  
 demortuo, Mauritius Serpius, qui ei successit, nihilominus institit, vt ab teme-  
 raria voluntate Regem dimoueret: sed vt minus auctoritate, quàm Ludouicus  
 valebat, & Sebastianus sententiam obstinaret; nihil effecit. Quod mirum non  
 est, cum neque Cardinalis Henricus, neque Procerum Regni sapientissimi  
 quique, neque demum Philippus Rex quicquam aut rationibus, aut auctoritate  
 valuerint. Certè Mauritius tanto depugnauit impetu, vt omnino se ab Rege  
 statuisset auellere, nisi Moderatores veruissent. Qui, si quam posset rebus adeo  
 perditis opem afferre, tentare eum omnia voluerunt. Ita quamuis planè intel-  
 ligeret, omnes ad interitum ruere, obtulit suum caput pro Rege, ac Regno,  
 sanctaque obedientia in sacrificium Deo: ac Sebastianum in Africam sequutus,  
 cum eo pariter cecidit. Hæc ita cum sint, non desuere Scriptores historiarum,  
 qui tantæ cladis partem Societatis hominibus imputarent: non solum falsò;  
 sed etiam contra omnem speciem tolerandi mendacij. Nam, vt omittam Re-  
 ligiosorum hominum Regi familiarium sanctitatem, atque prudentiam; quis  
 non videt, si quid hæc Societas commisisset, eam Lusitanorum Nobilitati sum-  
 mo esse odio debuisse post Regis occasum? Quod tamen secus euēnit. Quip-  
 pe gnara Nobilitate quid in re esset: quàm nullo Regis gratiæ violandæ res-  
 pectu, vitia pro placentibus ei inculcare, & inconsultum illud belli consilium  
 disturbare Patres conati essent. Quid porro fecisset Henricus Cardinalis, qui  
 ita Regis profectorem acerbè tulit, ita afflictus occasu est? Et tamen postea  
 Societatem impensius quàm ante, amauit, protexit, ornatu. Illud quidam vi-  
 tio Ludouico vertunt, quòd primos Regis annos bellicarum amore laudum  
 immodicè imbuerit: vt iam robustum cum ille, ac ceteri de Societate coërcere  
 voluerunt, feri fuerint. Qui sanè hoc arripuisse videntur, ne nihil dicerent.  
 Nam cum homines de Societate & prudentes, ac pios fateantur, & conatos  
 reuocare ab Aethiopica expeditione Regem; consentaneum est nec puerum  
 immodicè incitasse: qui enim alioqui prudentes, quæ pietas ad id incitare,  
 vnde mox reuocet? Neque id aliunde ipsi possunt, quàm ex euentu argu-  
 mentari, quod longissimè à sapiente abest. Quid igitur? Num Rex is, cuius impe-

182

Quam ad bel-  
lum natus.

183

Eius nimium  
ardorem Ludouicus  
Consaluius temperare  
studet.

184

Sebastianus ex-  
peditionem in  
Africam medi-  
tatur.

185

Consaluius ce-  
trahere conatur.

186

Rex tandem in  
Africam trans-  
mittit.

187

Consaluius per-  
licetæ cum re-  
uocæ in Lusita-  
niam.

188

Mauritius Ser-  
pius Consalui-  
o in Regis insti-  
tutione succe-  
dit.

189

Mauritius Re-  
gem in Africam  
sequitur.

190

Sebastiani in  
Africam expe-  
ditio Societatis  
Patribus falsò  
tribuitur.

191

Consaluius  
de Regis  
expeditione  
in Africam  
meditatur.

impe-



191  
Societatis calumnia relictis.

192  
Que in Rege spiritus bellicos fouerint.

193  
Societatis falso obiectas.

194  
Sebastiani Regis pudicitia.

195  
Consaluius Regem ad matrimonium inducere conatur.

imperium ad vltimas terras protulissent arma, arma continerent, sine imperatoris gustu virtutis fuit alendus; vt quod ipse studium contemneret, id in subiectis quoque langueret: cum tam inuitum sit ad Principum mores popularibus fingi? Quid est autem illud, quod damnat immodicum? Num cuiuspiam in potestate Magistri est hoc in genere indolis modum ingenere discitibus, præsertim Magistri nunquam in bello versati, in sinu pacis, & otij innuriti? Sed apparet calumniandi petulantia. Nam si fortè Sebastianus languidus, segnisque bellorum, ac periculorum fugitans euassisset, quamuis conatus esset Ludouicus ad spiritus martios excitare; tamen id ipsum in præceptorem contulissent, tanquam virile Regis ingenium effeminasset: nec Regem belli, pacisque moderatorem; sed desidem ad vota facienda Monachum effinxisset. Quæ profectò probabilior fuisset calumnia: quòd sapè, vti parentibus filij similes sunt; ita discipuli Magistris. Sed quia hanc indoles Sebastiani eripuit; ad planè pugnantia vertuntur. At qui causas in Rege ardoris huiusce bellici curiosius inuestigant; an non potius, verique similis eundem aulicis tribuant, qui regis beneuolentiæ iam potiti, atque assentandi studio intenti, adolescentem Principem per suam ipsum indolem ambitiosè pensarent: minus id prouidentes, seruare sibi se viam ad fauorem eius per ipsius ruinam? Quid quòd disciplina domestica eò trahebat? Certè Ioanna Austriaca Sebastiani Parens ex Hispania filio vix dum adulto nulla ferè alia mittitare crepundia, muneraque conlucuit; præter gladiolos, clypeosque, & ferreas fistulas, ceteraque huius generis irritamenta generis militaris, quo satis per se proclini ab natura ferox, ac præceps erat. Illud verò intolerandum infamiæ additamentum est, qua Societatem ijdem auctores aspersere: vt si mendacia iam lata non comprehenderent; hoc certè vnum felicitis proueniret, perditæque tum Lusitaniam eandem faceret: quam opinionem in animis hominum vtunque moliri velle videbantur. Nam affingere Patribus calamitatis eius publicæ causam conati sunt, tanquam eorum consilij Sebastianus, atque liberalius castimoniam amaret, eiusque percolendæ gratia ab vxore ducenda pertinaciùs abstineret: quò factum, vt ante susceptum Regni heredem, periculosam illam expeditionem obierit. Sanè calumnia, vel resellente nemine, se ipsa ingulat. Quis enim credat affinitates, & coniugia Principum, arcana illa Regnorum prima, & potissimas necessitudines, quibus iura dominantium, & latiores ipso dominatu spes plerumque nituntur, pendere ab viris nullo imperandi suco imbutis, atque e cœnobio, quàm ex aula politioribus: quibus religiosa modò simplicitas, & sincera sanctitas pro auctoramento domine alicuius voluntatis, ac beneuolentiæ sit? Eequid sui compendij speraret Societas ab Rege calibe, quod non multò impensius obtinere ab marito posset? An non beatius eidem fuisset regis erga se caritatis, ac munificentia sortiri successores, quasi fauore Patris continuato in filijs, facile alumnis disciplinæ suæ futuris? Qui verò neglectus prudentiæ, attentæque sagacitatis (qua certè nota vix ne ab amulicis quidem hic Ordo vapulat) amantissimum sui Regem, eundemque stirpis masculule supremum, & spem tantam populorum intempestiuus consilij ab cura propagandæ prolis arcere? Id sanè explorato compertum, indolem Sebastiano ab natura inuitam mirè verecundam, incorrupteque pudicitia adeo amantem, vt eam à Deo quotidie precibus flagitaret. Sed sanè eius virtutem vitio verti moderatoribus, quæ demum confidentia sit? perinde quasi aut eorum culpa eueniret, quòd is incestus non esset; aut illi castum simul & coniugem formare non possent. Neque Rex abhorrentem adeo animum gerebat à nuptijs, quas cum Regalibus feminis eo non insciente, simul etiam magno Pontifice. Pro Quinto conciliante tentatas, Scriptores eius temporis tradidere. Quamuis, vt habent ea plerumque negotia inexplicabiles exitus, contigit, vt, quia caruit successu tractatio, difficultati rerum voluntatem Principis, & moderatorum eius Ludouicus Consaluius auctoritate contenderit, vt Rex coniugio maturus statim nuberet, in confesso tum apud omnes fuit. Cùm enim ageretur de quadam impari

impari genere femina, quod pari nulla tunc esset, in matrimonium adfiscenda; Ludouicus has ipsas Regi nuptias laudare non dubitauit: tolerabilis multo ratius ex maiestate Regia derogari quippiam, quam Regiæ sobolis successionem in discrimen adduci. Porro si Ludouicus, ut falsi Interpretes autumant, à coningio Regio absterrebat; cum hic è viuis abierit, ferè tribus ante cladem Africanam annis, cur toto illo tempore iuuenem consultore vacuum non occupant, adegeruntque ut nuberet, id qui tantum curabant, sublato iam moratore nuptiarum? Quanquam infelicis huiusce famæ, quæ Societatem in tantum inuidiæ tunc adduxit, felix sanè causâ, & prosperum fundamentum fuit: ingens quippe beneuolentia, quam Sebastianus ab prima iam tum pueritia hereditariam à maioribus accepit, atque auxit aduersus moderatores animæ, ac studiorum suorum. Et Ludouicum in primis Consultiuum non amabat modò, sed etiam obseruabat: nam præcepta eius obedienter excipere, neque segnius obedire, sæpè etiam facienti ad aram regius adolescens, imo Rex idem, haud aspernatus obsequium, vltroque ad pedes eius abiectus, ipse inferuire, sacra ipse ministrare voluit. Sed nihil æquè voluntarem Regis aduersus illum ostentauit (vnde maior Societati creuit, ut apud plerosque æstimatio, ita apud alios inuidia, quæ umbra illius est fatalis, & pertinax) quam quo sensu, & quam exaggerato doloris ægritudinem eius, & mortem tulit. Agebat vnà cum regio comitatu, atque aulæ affectatoribus Eboræ Sebastianus, dum Olisippone constabat morbo Ludouicus. Ergo sollicitus Rex, anxiusque mentis, frequentes vltro citroque commeare nuncios iussit, cum ægrotantem amicè salutatam, tum verò quid spei de ipso commodæ foret, sedulo relatum. Hac demum, & planè fraudatus, ingentem non modò hausit animo dolorem, mæroremque; sed præ se etiam vultu, atque habitu toto corporis tulit. Imò se tacitè inculasse ipsum ferunt, haud nescium, sui causâ contabuissè hominem ex dolore animi nimio, ob priorem Africæ expeditionem, eiusque belli posteriora meditamenta, quæ ab eo constantius improbata, quam felicitus impedita non ignorabat. Accepto dein mortis eius nuncio, specimèn præbuit inlucti, & in priuatis funeribus plusquam regij luctus. Nam procul ab arbitris inuoluens ipse se in solitudinem intimi Conclauis, tres ipsas horas inaccessus omnibus, in mæsto, amaroque silentio perseverauit. Mox aula deserta, vèlut pompam doloris Vrbi ostentans, per medium incessit, ita ut erat, atra, fluxaque veste pullatus, caputque cooperit lugubri cucullo, regiæ chlamidi ad humeros superducto, suspensoque. Hinc rectà in Cænobium Diuæ Virginis, cui nomen ab Spineto, extra pomarium Urbis addidit se, totumque illum diem impransus, ac propè incenatus, noctis verò plerumque insomnis, ac vigil, fenestris soli oclusis, atque in ministerium, vicemque lucis accensa face, in colloquium admissis nemine, solitarius in magna mæroris scena transegit. Cumque primarij è Societate Patres accessu impetrato Principem adijissent, enixè rogatum, ne se, Urbemque totam luctu funestaret, hominis causâ priuati, & qui cæli iam gaudio frueretur, inflexa non parum ad quandam indulgentiam maiestate, respondit: imaginem illam insuetæ mæstitiæ mirari desinerent, insuetæ quippe iacturæ debitam: idque protinus meminissent, nullum sibi vnquam Patrem, præter vnum Ludouicum Consultiuum aut cognitum, aut dilectum. Neque horum ferè precibus, monitisque quicquam deferre voluit, donec quinos ipsos dies, quos explendo luctui destinauerat, in ea mæroris significatione consumpsit. His exactis, primo quoque tempore Olisippone Eboræ venit, Ludouici sepulcrum reuerenter inuisit, mortuale sacrum, funusque exequiale se coram celebrandum rite curauit: fuitque pro laudatione funebri Rex idem mutus, ac mæstus: argumentum illustre opinionis eius, qua virtutem, ac meritum instructoris quondam sui complectebatur. Hæc regij in Societatem fauoris documenta, omissis alijs multo pluribus, quæ suis per historiam locis sparsa sunt, equidem aliquantò fortasse latius commemorari; ut potissimam, ac veram fallacis eius, aduersæque famæ causam semel in conspectum lectoribus darem. Tantæ siquidem, & tam vulgatæ significationes

196

Rex Consultiuo  
sacrificanti mi-  
nistrat.

197

Rex dolor de  
Consultiuo ægrit-  
tudine, ac mor-  
te.

198

Quid se de ea  
morte confo-  
lantibus respon-  
dit.

199

Olisippone ad  
Consultiuo sepul-  
crum accedit, ac  
veneratur.

amoris, vt in admirationem rapuere animos omnium; ita apud subitarios quosdam, & minus æquos rerum æstimatores obtinere, vt quicquid Rex aut olim fecisset, aut facturus in posterum esset, Societati, tanquam auctori, tribuerent; oblit, aut minus animo pensantes, illum pupillari iam ætate deposita, stipulatoribus non minus obsecum, quàm obnoxium, licet nunquam amorem, ac beneficentiam erga præceptores exuerit, excussisse tamen, vt plerumque contingit, obsequium, ac quòd diu momorderat frantum abiectis, recepisse semet in principem, propriamque magis indolem, & consilia huic obsecundantia, quàm magistrorum regimen respectare in futurum cõpisse. Sed quicquid aliqui falsò commenti sint; illud licet sine iactantia profiteri Sebastiano disciplinam planè optimam ab Ludouico contigisse: sed exitus præstare quis, nisi Deus potest humanarum Dominus voluntatum? Confaluius ea erat opinione virtutis, & prudentiæ, vt in Societate, quæ viris sapientibus abundabat, Laynio Generali Assistenti, hoc est vnus è quatuor post Præpositum primis, in generali Conuentu lectus esset. Ioannes Tertius Lusitanæ Rex multifariam inelytus, eum à Confessionibus sibi legit, & Ioanni Principi institutorem, Aiebatque Catharina Ioannis Regis Vxor, sibi ipsam Regem mandasse, ne quem Sebastiano, præter eum, præceptorem opponeret: eoque tantum, vt eum Roma acciret, Regina contendit. Tantus ergo vir priuatis omnino studijs vacuus, non spe terreni commodi ab tramite recto, non incommodi metu abductus, ita formandum suscepit Regem; vt in eam curam totus & mente, & animo insisteret. Cunctis in precibus, & sacrificijs eam rem Domino commendabat: permulta, vt tota in Societate fierent à Generalibus impetrauit; illud insuper precatus; vt permitteretur sibi cuncta sua sacrificia in eam duntaxat causam referre. Ex quo facillè intellectum est, quàm piè, sanctèque educatus Rex ille sit. Atque, vt hoc etiam exeret specimen, hæc præcipuè capita Ludouicus ei grandiuiculo commendabat. Primum omnium, vt timorem Domini perpetuò conseruaret, eiusque custodiret præcepta. Tum daret operam, vt in omnibus oris acquisitæ recens ditionis plurimum augetetur Christiana fides. Ad hæc Reginam Catharinam Auiani veneraretur in primis, ac diligeret, eiusque obtemperaret voluntati: aptos ad id sæpè locos è diuinis literis, vel ex grauius Auctoribus sententias ei proponens. Præterea curaret, vt vbique suorum Regnorum vigeret iustitia, bonisque honoris, malis poena redderetur. Denique ijs publica demandaret, munera, qui meriti essent, quique plus commendationis à virtute sua, quàm ab necessarijs haberent. Eiusmodi inter monita enutritus Rex, libellum sibi ipse confecerat, in quem vniuersam administrationis formam descripserat, quam habebat in animo sequi. Neque hanc doctrinam Ludouicus è suo duntaxat ingenio, vsuque cum Deo promebat; sed ex Auctoribus quoque grauissimis, qui de Principum institutione libros ediderunt, quos & conquirebat, & terebat perdiligenter. Ex quo labore duo in primis est consequutus. Primum, vt quoad Rex in eius disciplina fuit, regnum optimè administraret, & spes, si postquam mors ipsum subduerit, mortales fefellisset; nulla deberet in præceptorem nota redire. Cùm, quæ calamitas, & mutabilitas est humanarum mentium, nimium sæpè videamus discipulos, filiosque degeneres. Deinde coronam sibi apud Deum insignem peperit, & placidissimam in morte conscientiam, quod suo loco narraui: vt interrogatus eo articulo, numquid haberet, quod ad animi sui leuamen existimaret apud Regem curandum; Dei gratia, nihil planè esse responderit: alioque in sermone adiecerit sub eundem articulum apertum scilicet, ac veracem, grates se magnas Deo agere, ob multa in se collata beneficia: sed præcipuè, quòd cùm duorum Regum Ioannis Tertij, ac Sebastiani confessiones audisset; multoque apud eos in honore fuisset, ac gratia; nunquam tamen hinc tentatus est, vt vel suis modis priuatim, vel consanguineorum studeret. Et mihi quidem hoc vnicum luce clarius argumentum est, studiosissimum regis salutis, ac stirpis Ludouicæ fuisse. Nam si vir innocens, ac religiosus fuit, planè hoc suadebat virtus: si non ita bonus, suadebat studium erga propinquos, quibus Regis gratiam, vitam-

200

Confaluius  
quanta fuerit æ-  
stimatione vir-  
tutis, atque pru-  
dentie in So-  
cietate.

201

Quanta præsti-  
terit, vt bene  
Regem institue-  
ret.

202

Monita præci-  
pua à Confal-  
uio Regi data.

203

Rex sibi libel-  
lum conscribit  
ex Confalui  
monitis.

204

Bona Regis in-  
stitutionis fru-  
ctus.

viramque conseruare haud dubiè voluisset. Feramus igitur arcana Dei iudicia æquo animo, & veneremur, qui permisit seu studio gloriæ nimio, seu dilatandi Christiani nominis, seu arcendi ex propinqua prouincia Turcarum imminentiū vires, cum speraret Afrorum gentem magna ex parte viso Rege Seriphio, quem reducendum in regnum susceperat, cum exercitu redeunte ad eum transituram: audaciū, quàm consultū suum caput, & progeniem regiam in discrimen vtrò coniecit. Patres vbi viderunt planè ei deliberatum expeditionis consiliū; non solum Patrem Mauritium, sed & alios è Societate quindecim ad consolandos, incitandosque milites periculorum socios addidere. Hi, quemadmodum copiarum regiarum, partim substituerunt in classe, partim descenderunt in terram. Eminuit inter eos, qui descenderant Alexandri Villaregij caritas. Nam cum vehementissimis torreretur ardoribus, quippe ætate summa, suoque ingenio torrida Africa, & milites, præsertim germani, præ insolentia calis, & æstus non solum languore diffuerent, sed etiam grauib; corriperebatur morbis; præsto erat cunctis, adiuuabat gradientes, tollebat in humeros, qui stare non poterant, ad Nosocomium deferrebat, alloquio, opera, alacritate recreabat. Isque demum cum prima in acie, ad conferendam pugnarum signum, Christi Domini crucifixi effigiem sustulisset, nec destitisset vnquam intrepidi Christi militis animum ostentare; in manus hostium cum ceteris Socijs, qui descenderant, venit, præter vnum Mauritium, quem ferunt Sebastiani lateri summa fide, & constantia adherentem, in acie cecidisse. Pro Sebastiani anima tanquam pro sex Collegiorum fundatore, & aliorum promotore insigni, cuncta in Societate Sacerdotes singulic vicena quina sacra facere iussi sunt, itidemque toties ceteri orare. Vbi funestus nunciū in Lusitaniam venit, summis, & infimis mœre consernatis. Leo Henricus delectus à nobilitate est, qui Cardinali, ad quem Regnum pertinebat, in Canobio Alcobaza per id tempus commoranti, rem nunciaret. Ab eo Euerardus, vt qui norat animum Patroni beneuolentissimum, datis literis, ipso statim initio institit, vt sic attemperaret studia sua erga Societatem; nulla vt in re eius alumnos ab institutis suis aliena vellet occupari: id affirmans summum regiarum benignitatis, atque magnificentiarum pignus fore. Quod fecit Rex verito Leone quicquam negotij civilis suscipere. Hoc eodem anno etiam Catharina Sebastiani aua vitæ curlum absoluit: quæ perpetuæ suæ erga hunc Ordinem beneuolentiæ nequaquam oblita, supremis quoque eum tabulis honorauit. Qui sanè honor eod pluris æstimandus nobis, quod cum virtuti eximiarum implicitus esset, hanc ipsam ex disciplina Societatis exultam nemo ignorabat. Nam ex ea cognitorem, moderatoremque conscientiarum suarum delegit egregium virum Michaëlem Turrianum, quo cum assidue versabatur, arcanaque pectoris, & negotia æternæ salutis communicabat. Ad hæc frequens in Templo Societatis erat: eidem in tantum addicta; vt princeps, rerumque dominatrix femina non modo præsentiam illi suam exhibere, sed operam quoque ac regium ministerium veluti locare non erubesceret: suis quippe manibus gestiebat telarium ipsa fatigare, cælesti exornandæ hostiarum pretiosa ex auro, picturaque textili velamenta conficere, sacris confluentis linteolis, quæ diuino corpori in ara subsistentur laborare, ipsidemque amyli cremorem per se ipsa illinere: quæ iam obsoletiora, quàm vt cæleste ministerium decerent, Elisabetha Infantis Duartis vxor, exemplum Catharinæ sequuta, suis, & ipsamet manibus vnà cum regali sobole eluebat, purgabatque, facta ijs ab summo Pontifice sacras hæc telas contrectandi potestate. Ita regnatricis ea familia diuinum obsequium ab Societatis beneuolentia, studioque nunquam separabat. Cuius illud quoque fuit locupletius documentum. Cum enim ab Ioannis Regis obitu Catharina, Sebastiani nepotis adhuc imperio immaturi vicem gereret, regnumque administraret, publico bono consultum putauit, vt scholas Theologiæ facultatis, quæ in Academia Conimbricensi explicabantur, interpretandas omnes, curandasque Societati tribueret. Neque rem amantiù excogitauit, quàm perficere conata est. Nam accito in complementum magis, quàm arbitrium deliberationis huius Michaëli Turriano, cum consilij sui rationem

205  
Arcana Dei iudicia veneranda.

206  
Quæ fortè mouerunt Regem ad expeditionem in Africâ.

207  
Sexdecim è Societate cum Rege in Africam missi.

208  
Alexandri Villaregij caritas erga milites.

209  
Suffragia à Societate pro defuncto in bello Rege.

210  
Euerardi literæ ad Cardinalem, & Regem Henricum.

211  
Catharinæ Sebastiani auiæ mors, & laudes.

212  
Eiusdem in Societatem beneuolentia.

213  
Michaël Turrianus eidem à confessionibus.

214  
Regiæ Elisabethæ laudes, & in Societatem caritas.

215  
Academiarum Conimbricensis Scholæ Societati proponuntur.

- nem exposuisset; is qui Prouinciã vniuersã cum potestate moderabatur, exemplo adductus Sancti Ignatii, qui non multo ante oblatam sacræ Inquisitionis administrationem eodem in Regno defugerat, qua erat & modestia, & auctoritate, persolutis demissè gratijs, excusatoque munere grauiore, quàm ferendo Societas esset; rogauit, vt pro summa sua in eam caritate, ne vellet ipsam tanti honoris inuidia fatigari: siquidem quæ à pluribus æmulatoribus expetuntur anelatum opprimunt, si præsertim in possessionem ab alijs iam occupatam immittitur: non deesse in toto Regno viros virtute, & doctrina præstantes, qui tueri Academiæ dignitatẽ faciliè possent: illis sua maiestas vti pergeret: Patribus satis fore honoris, & muneris, si laboriosas Grammaticæ scholas, quibus initiati nuper fuissent, & quas ambiunt oppidè pauci, procul ab odijs explanarent; diuinæque gloriæ, ac Ciuium commodis inlerirent. Quo religiose moderationis exemplo sagax, ac virtutum intelligens Regina non sine admiratione delectata, votis eius indulgẽt, ac Societatem oneri destinato, non minore beneuolentia, quàm qua subijcere voluerat, demum exemit. In Angolana missione iam paulatim inter Aethiopes diuinum semen propagabatur. Hoc primùm anno baptismus celeberrimus in Oppido Sancti Pauli Loandæ Insulæ altero die Paschæ apparatu splendido peractus. Deduxere Patres Cathecumenos ordine, cum ardentem candela in altera manu, & ramo palmæ in altera, inter varium carminum, sonorumque concentum. Septuaginta erant numero candidati Aethiopes, Quæ species ita commouit populum; vt alijs Pagis venirent vltro accersitum Patres, vt ad ipsos quoque baptizandos accederent. Adeo messis parata erat copiosa, nisi obstaret legentium paucitas. Nec multo post magnum factum est damnum obitu Patris Garziæ Simonij. Publico quasi luctu mortem eius indignæ prosequuti: quibus non solum quasi Pater vnice carus, sed etiam miraculo erat, quòd ipsorum lingua eos alloquebatur, erudiebatur, audiebatque confitentem, Quarto Idus Maij ritè Ecclesiæ communitus præsidij Aethiopicos æstus cum caelesti amenitate mutauit. In eius locum Pater Balthasar Barrera summus è Lusitania.
- Interrupit Euangelij progressum hoc quoque anno in Salfettis prope Goam strepitus belli. Nam cum ex anni superioris rebellione res ad pristinam quietem prope emerisissent; grauius contra ipsam Vrbem, & Insulam Goam mouit bellum Idalcan, cuius ditioni Salfettanæ terræ continentes primæ motum senlere. Inde coacti Patres Goam sese recipere, Christianis magnam partem sequutis, perque Pagos Insulæ, & paræcias distributis, diuinis, humanisque subsidijs præsto fuere. Egregium constantiæ specimen dedere Neophyti tanta in calamitate, non solum æquo animo patria sede, copiosisque relictis; sed aliqui etiam legis diuinæ causâ seruitutem, cruciatum, ac necem perpesi. Accessit ad militarem vexationem morborum quoque acerbitas, qui fusi per Vrbem nullam neque interdiu, neque noctu Patribus quietem dabant: cum ferè nemo satis conscientiæ suæ factum arbitraretur, qui supremo tempore non apud illos peccata deposuisset. Collegio verò grauius occupato, Cocinum pars Sociorum translata est, misso pariter cum discipulis philosophiæ Magistro: aliquot etiam, tanquam annuum tributum, meliori vitæ traditi. In his fuere Christophorus Aloysius, & Antonius Acofta: ille oræ Piscariæ, hic Salfettano Collegio præfectus. Vtrumque Indi Christiani, tanquam parentem luxere. Amabant quippe eos ipsi amore verè paterno, inque laboribus eorum causa obeundis, in Mapalibus, in periculis denique, & insectationibus sustinendis triumphabant. Acofta olim è Lusitania inter Patres ad Abassinos profecturos aduectus, etiamnum cupiebat primam obedientiæ destinationem exequi, prouinciãque illam tam laboriosam, ac sterilem attentare. Præter hos Petrus Alphonfus obijte chirurgiæ apprime peritus: qui in Societatem admissus Scholasticus, Sacerdotijque curâ maioris, diuinæ laudis, ac suæ humilitatis studio posthabitâ, duos & viginti annos primùm Goæ, dein in Salfettis, cum translatus eò Nosocomium est, indigenis ægrotis curandis pari caritate, scientia ac felicitate operam impendit: quæ tanto

216

Societas eas  
reputit.

217

Angolæ missio.

218

Solenni pompa  
Baptismus  
munitur.

219

Garziæ Simonij  
obitus, &  
laudes.

220

Balthasar Barre-  
ra illi iussus.

221

Salfettæ ab I-  
dalcano bello  
vexata.

222

Neophytorum  
tolerantia.

223

Salfettæ & mor-  
bis tentata.

224

Christophori  
Aloysij, & An-  
tonij à Cofta  
obitus, & laus.

225

Et Petri Al-  
phonfi chirur-  
giæ periti.

tantò salubrior prædicatio fuit ad lucrandos Christo Indorum animos ; quantò pulchrior est forma pietatis rebus , quàm verbis expressa , mouentque magis sperata bona , cum præfens quoque fructus commendat. Nam cum Ethnicos æquè exciperet benignè , diligenterque curaret , quàm Christianos ; capiebantur homines nouæ exemplo caritatis , & religionem talium magistram operum hinc quasi ex fidei nota æstimantes , vltro complectebantur. Et quidem tanta erat opinio inter infideles Salfettani Nosocomij , vt cum in superiore bello Mauri Ecclesias enertentes ad id venissent , reueriti sint , nec ausi contingere : quòd dicerent illam domum Dei esse , & caritatis. Susceptæ etiam frugiferæ in primis excursions ad præfidiarios milites arcium Onoris , Barceloris , & Mangaloris , vbi penuriâ Pastorum , quibus annum iam quartum carebant , obruti peccatis iacebant milites. Tot inter aduersa tamen aliquid etiam profecit Euangelium. Neptis Mealis , ad quem Idaleanis regnum pertinet , ad fidem perducta , & baptizata est magna pompa sexto Kalendas Nouembris. Eodem die post meridiem Rodolphus Aquaiua priuatim viginti homines sacro fonte abluit , quam primum cupiens suæ culturæ primitias Deo offerre. In his fuit vir Maurus gener , qui nullius mortalis suauis petitem venit baptismum ex Balegate , quàm ocyssimè expiari cupiens , quòd , vt aiebat , nesciret quando esset moriturus. Ece autem statim à baptismo , ita soluta est narium vena ; vt cum immensa copia sanguinis supremo spiritu emisso , eodem tempore in militantem , triumphantemque Christi Ecclesiam adscriptus sit. Sed locus postulat , & personarum claritas , vt aduektorum ex Europa Sociorum hoc anno distinctiùs fiat mentio. Primum Aloysij Ataidij secundum ad Indicam administrationem pro Rege tendentis flagitatu , Pater Melchior nuper in Lusitaniam aduectus ex India , vt ibi Prouinciæ eius negotia procuraret , reuertit , eique Christophorus Castrius socius additus. Deinde nono Kalendas Aprilis quatuordecim tres in Naues distributi , lecti omnes discessere. In Naui Sancti Georgij ibat Martinus Syluius , qui Romanam venerat Prouinciæ Indiæ Procurator , Rodolphus Aquaiua , Franciscus Pafius , & Georgius Caruaialis , nuper Sacerdotio in Lusitania initiati , & Rogerius Beruouctus Belga adhuc Nouitius. Omnes ad magna in Dei gloriam molienda animos ingentes ferebant. Sed præcipuè Rodolphus , qui eam expeditionem , cum Romæ iam tertium annum daret operam Theologiæ in Collegio Germanico , magnus ad eius iuuentutis virtutem , ac doctrinam adiutor , summis precibus impetrarat , præcipuè martyrij cupidine : ita ab mortalitate , ac sensu carnis abstractus , vt ne significaret quidem eam voluntatem Claudio patruo suo , quem nec Pater Generalis super ea re consuluit. Adeo perfectè summa ratio , & Dei gloria administrabat omnia , nullo respectu terrenarum necessitudinum. In altera naui , quæ Sancti Aloysij nomen habebat , Eduardus de Sande , Michaël Rogerius , & Balthasar Siguera Sacerdotes , Matthæus Riccius nondum Sacerdos , & Dominicus Ferdinandus rei domesticæ adiutor. In tertia , cui nomen a Bono I E S V , tres item Sacerdotes Nicolaus Spinula , Lupus Abreus , & Georgius Ferdinandus , cum Ioanne Gerardino adiutore vitæ domesticæ vehebantur. Quo ex numero præcipuam claritatem adepti , Rodolphus , qui martyrij lauream in Salfettis reperit , Michaël Rogerius , & Matthæus Riccius , qui primi in Sinarum mediterranea penetrarunt. Omnes secunda nauigatione vsi , & magno vectoribus toto cursu adiumento fuere : qui cum dispersita inter se haberent munia , sua quique in naui , Rodolphus præcipuè curandis agroribus occupabatur. Goam vbi peruenere ; singulari missos Dei instinctu Prouincialis professus est ad componenda nonnullorum leuitate laborantem domesticam disciplinam : nec dubiè adfuisse Euerardo Deum tantæ homines virtutis vt legeret , mitteretque eo rerum articulo : quemadmodum adfuerat , cum miserat spoliata funeribus Prouinciæ cum Valignano tantum præter opinionem omnium supplementum. Neque recens aduecti ad cetera solum , verum etiam ad studia literarum excitanda opportuni fuere : ac Rodolphus absoluenda philosophiæ , reuocatis Cocino studiosis , præpositus est : Michaël Rogerius in oram piscariam

226

Mauri Ecclesias vastantes Nosocomio parcunt.

227

Missiones ad milites in præfidijs arcium.

228

Neptis Idaleanis solenni pompa baptizatur.

229

Rodolphus Aquaiua laborum suorum primos legit manipulos.

230

Mauri singulis prædelinatione.

231

Ex Europa in Indiam veniunt P. Melchior , & Christophorus Castrius.

232

Tum Martinus Syluius , Rodolphus Aquaiua , Franciscus Pafius , Georgius Caruaialis , Rogerius Beruouctus.

233

Tum Euerardus de Sande , Michaël Rogerius , Balthasar Siguera , Matthæus Riccius , Dominicus Ferdinandus.

234

Tum Nicolaus Spinola , Lupus Abreus , Georgius Ferdinandus , Io. Gerardinus.

secariam missus, statim uti cupiebat labores in Dominica vinea exorsurus: Franciscus Patius Collegij minister creatus. Ceteram per Indiam Borealem iuxta & Australem satis res benè gesta: sed maximè in Insula Salsetta ad Bazainum, ubi duo toti Pagi ad fidem conuersi. Bazaini Emmanuel Texeira Reçtor magnum sedauit inter Urbis, & Classis præfectos dissidium: indè ortum, quòd quædam Præfecti Urbis mandata Classiarj contempserant. Iam vtrunque ad bellum ci-

235

Emmanuel Texeira componit dissidium inter Urbis, & Classis præfectos.

236

Pompa in dedicatione Ecclesie Angamalenfis.

uile animi exarserant, nec erat facile viam inire compositionis. Sed Deus noluit tantam Diabolo, & hominibus christiani nominis hostibus creari lætitiã, ut Lusitanorum vires non parùm attrita, se prorsus ipsæ conficerent. In ora australi cœpta apud Thomæos christianos superiore anno statio iam suos ferebat fructus, præsertim in imbuendis catechismo pueris. Conciliauit gratiam vniuersi populi Angamalenfis Ecclesie, quæ assumptæ Deiparæ dedicata est, celebratus magna pompa Cocinensium Patrum opera anniuersarius dies. Derulere Cocino ad Templi, & Sacerdotum ornatum quicquid in sacra spellectili habebant spectandum: adductis ad canendum, quibus utebantur pericis sue voce, siue fistulis. Hi more latino cum vespertinas preces peregissent, quæ tum primùm magna populi voluptate audita ibi sunt; suas suo ritu peregerunt Catenares. Tum denunciata est indulgentia, quam Pontifex concesserat. Postero die sacrum magna cerimonia Patres exequuti supplicationem instituunt. Effigies Lauretanæ Virginis præferebatur: duo chori, alter latinè, alter chaldaicè Davidicos psalmos alternis canebant. Subinde Catenares suo ritu sacrificium peregere: habitaque concione ab vno è Patribus, cur Romana Ecclesia sub vnica tantùm forma diuinam Eucharistiam præberet laicis; eo modo plus mille communicarunt: canentibus interim eadem alternatione hinc Latino choro, inde Chaldaico, incunditate populi maxima. Inter hæc Cocinensis Collegij, & Goani obsecrare auctoritatem Diabolus conatus est, Francisci Dionysij, & Lazari Lopij defectione. Dionysius Collegio præerat Cocinensi. Lazarus plausu populi non mediocri Goæ concionabatur. Vterque iam dudum in consuetudinem secularium se effusius dabat: inde paulatim in eorum, quos coercere debebant, transgressi mores, licentiæ, quam querebant, mutandi Ordinis voluntatem obtinunt. Tanquam ad Carthusianos transurus Dionysius Cocino profugit. Lazarus ad Dominicanos Patres se confert. Hi virum doctrina, & facundia notum, rati tranquillandi animi, ac perfectionis studio agi, suo statim habitu ornant. Rodericus Vincentius Prouincialis ne impunitas vnius multorum labeficeret constantiam, postquam alias frustra tentarat vias, ad hominem recuperandum, pontificio diplomate, & concessis eo adiumentis vititur. Quibus factum ut Didaci Mensij, quem Rex Gubernatorem post Barretum nominarat, indulgentia, deponeretur apud Augustinianos, dum causa ampliùs cognosceretur. Inde sibi timens Lazarus clanculum fuga elapsus tandem in Lusitaniam nauigauit: iam ne mutare posset Ordinem valetudinem obtendens. Dionysius in Prouincialis manus cum venisset, & quòd penitentia edebat signa; inter Tyrones refingi cœpit. Verùm quia mores non mutabat, antequam rursus maiore cum Societatis nota quicquam committeret; iussus est suas res agere. Erat hominis Castellani filius, sed ex matre Casra, ex qua colorem, & oris figuram ferè traxerat. Sat habebat literarum, & consilij: eam ob rem Valignanus cum inuenisset in Collegio Goano iacentem ad consultationes adhibuit suas, & mox Cocinensis Collegio, præsertim penuria hominum vrgente, præfecit. Sed euentus docuit, non semper communem rumorem spernendum. Horum fuga, & turbæ fecere, ut Gregorius Pontifex Romæ duas Societati apostolicas literas concederet. Alteras, quibus grauitè dolens diploma Pij Quinti contra Societatis Apostatas, non perinde acceptum, ut debuit, illudque confirmans, omnes in posterum tergiuersandi causas succidit. Alteras, quibus degentibus in India transitum ad Carthusiam obstruit: cum iam longo doceret experimento vsus, præsertim in Brasilia, postquam laborum Indicorum tædio, specie recessus ad contemplationem in oras meliores remearant, plerisque omni religionis cura omissa, sese

237

Goæ Franciscus Dionysius Reçtor Cocini. Lazarus Lopius Concionator deficiunt à Societate.

238

Dionysius Cocino profugit. Lazarus ad Dominicanos se transfert.

239

Lazarus apud Augustinianos deponitur. Inde fugam capessit in Lusitaniam.

240

Dionysius capitur, & inter Tyrones reponitur.

241

Domum dimittitur.

242

Gregor XIII. duas Societati Apostolicas literas concedit.

243

Nostri in India ad Carthusianos transire non possunt.

licentiam.

licentiæ mancipare : ac si qui ad Carthusianos transfirent; eos vel non perseuerare, vel adeo turbulenter, & segniter; vt nullo suo profectu, ceterorum Monachorum pacem, disciplinamque perturbarent. In ora Trauancorienſi venerationem auxit rebus diuinis insigne miraculum. Cùm Regulus iussisset tres Ecclesias incendi, metum obtendens, ne in arces Lusitanorum euaderent, quamuis ex palea, & arborum ramis constarent; Crucem quoque iuxta constitutam Barbari conantur incendere : cùmque aggesta circum palea, & arida materia vehementer ardente, ignem Crux non comprehenderet; deiecere ad terram, & in altari, quod Ecclesiæ fuerat stratam, rursus magna vi pabuli flammæ aptissimi aggesta conantur absumere, sed frustra. Itaque in admirationem versa gens abulſit incepto, reque cognita Christiani eundem in locum venerandum signum restituere, multo etiam quàm ante religiosius adorantes. Illud nihilominus mirum, ac celebre fuit diuinæ vindictæ exemplum. Præfectus, qui sacras ædes incenderat, ambobus luminibus captus est. Quin illud quoque animaduersum est. Quandiu Christiani illi caruere sacrificio diuino, ob incensas Ecclesias, cùm omnes piscatu victitent, nihil capere potuisse : at eo die, quo primùm restituta Ecclesia sacrum factum est; immensam vim piscium captam, eandemque quæ olim fuerat, postea vbertatem perseuerasse. Hæc quanquam ad annos superiores non dubito pertinere; cùm certus locus non liqueat; in hunc conieci, in quem Cocinenſis Collegij literæ retulere.

Tertio Nonas Iulias Machao quaterni Patres, Fratresque in Iaponiam discesserunt, nauigationis opportunitate vndecim mensibus expectata, vno Tyrone in eandem expeditionem misso, Machai piè vita perfuncto, Sacerdotum tres Itali erant. Paulo seriùs discessum è portu est, nec sine metu tempestatis : cùm iam ventus, quem Typhonem vocant, in eo tractu perniciabilis, dedisset argumenta sui exortus, eoque timeretur pestilentior, quod aliquot annos prope fluerat. Postridie Iduum Iuliarum quinquaginta leucis procul Iaponia subsolanus exortus nonnihil vndarum exciuit. Sed timebatur plenilunium, quod instabat, nec sine causa. Tertio post die ecce Typhon tanto strepitu, & furore; vt omnes statim animum desponderent. Erant tres Nauta in Scapha, ad quos cùm quatuor summissi essent auxilio ad exhauriendam aquam quam ingerebant fluctus; cùm neque hi possent obſistere; dum vociferantur miserando clamore, frustra auxilium implorantes, absorbetur Scapha, & illi sparsi, fluctuantisque per vndas cernuntur. Quorum duo, qui Christiani erant, probique aliquandiu spectati manibus sublatis in Cælum, se Deo supremo illo tempore commendantes. Clamor repenti in Naui iubentium præcidi funem, ne ponderismersa Scapha Nauem vrgeret : ac pro se quisque ex paucorum casu suum præcipientes exitum; rationes animæ suæ raptim componere. Patres proposuere Deiparæ effigiem ad Nauis malum. Ad eam singulitate cum ploratu, ac gemitu percutientes pectora, publicè sua crimina euulgantes, & ad se tempestatis trahentes causam : alijs attonitis, ne ad id quidem restabat animus. Quidam in Naucleri vultum intentis perstabant oculis. Is vti fluctus, & impressiones variè ingruerant, ita alternabat colores: adeo intentus in clauis moderatione declinando maris incurſu, expromendisque vltimis artis viribus; vt totus ad id collectus, nec hisceret, nec respiraret. Prædixerat nisi dolonem (id enim tantum velorum habebant) ventus infringeret; velle cursum dirigere in Coriam, quæ Insula est procul Iaponia Barbarorum crudelitate insignium, vt saltem captiuitate naufragium redimerent. Sed dolo, in quo vno spem habebant, paulò ante clausum diem frangitur, ac subinde gubernaculum. Ita Nauis planè ludibrium ventis, insanoque mari relicta; Patres, Fratresque sese complexi vnum conueniunt in globum pariter morituri : itidem ceteri vectores sese inuicem, & Nostros amplectuntur. Vosque beatos, aiebant, quos non argenti in Iaponiam sitis vehit, non hunc in locum quicquam mortale, sed tantum religio adduxit. Vos quidem prope Martyres occumbitis. Hæc cùm dicerent, quidam militum, ac iuniorum applicabant se ad eos, vt pariter morerentur,

244

Dum tres Ecclesie, ex palea & arborum ramis constantes Regis iussu succenderentur; Crux succendi non potuit.

245

Præfectus, qui Ecclesias succenderat ambobus oculis orbatur.

246

Dum Christiani diuino sacrificio; etiam & piscatu carent.

247

Macao octo discedunt in Iaponiam,

248

Tempestatibus iactantur.

249

Absorbetur ab vndis scapha.

250

Imago Beatæ Virginis male affigitur.

251

Nautarum omniumque trepidatio.

252

Velum, & gubernaculum frangitur.



rentur. Nec omnes diuinæ eius lucis radium sterilem reddidere, vt infra nar-  
rabo. Iam grauitè gemebat nauis, iam fragor conquassatorum laterum, stridor,  
sibibusque procellæ, conuulsi murmur Oceani, vndarum irruentium  
moles, ac fremitus grauius ipsa morte exanimabant. Plerique se abdiderant in  
penitus reposita, ac cæca loca, stratosque viuos quodammodo sepeluerant: alij  
circundatis collo arctè Rosarijs, expiatisque confessione animis, fortius expe-  
ctabant supremum momentum. Socij se inuicem adhortati, oblati ijs ærumnis  
pro Purgatorij pœnis, rogantes Dominum, ne ex eo numero, quemquam vel-  
let palmæ expertem fieri, exercendis Theologicarum virtutum actionibus, im-  
ploranda Beatissimæ Virginis, ac suorum quisque Cælestium patronorum ope  
occupabantur: identidem ad Deum orantes: Non mea voluntas, sed tua fiat.  
Ecce autem repentè alterâ parte immensæ vndæ dorso surrecta, alterâ in hiatus  
delapsa, sic in latus Nauis inuertitur; vt carthesio æquor flagellaret. Tum  
omnes tanquam supremum, Deus miserere, inclamantes corruunt: haud dubiè  
porrò prouoluendi in Salum, ni transfuersa tabulata ruentes tenuissent. Nec  
tamen alia defuere pericula. Vnus Lusitanorum fortè ita in arctum inferuit  
collum, vt nec se expedire, nec vocem mittere, aut spiritum posset, mox suf-  
focandus, nisi Pater Antonius Prænestinus memor Christi caritatis, vel cum  
sux vitæ discrimine, opem ei tulisset. Bis præterea nauis tota sub vndis fuit.  
Tandem cum iactura facta, & alijs artis nauticæ leuamentis paulò meliùs iacta-  
tionem ferret, quamuis nondum spes vitæ redisset, dies illuxit, & fortè erat Do-  
minicus: cumque luce concidit ventus, conquieuit tempestas. Fit gratulatio  
Numini, & Cælestibus, exiliunt, qui se abdiderant, è latibus, quasi rediitini è  
sepulchris: mutuos ruunt in amplexus: se inuicem, quasi fratres eodem natali  
renatos, intuentur: suos quisque casus commemorant. Sed lætitiâ noua cura  
interpellat. Die aliquantum adulta terra apparet: verùm non Iaponia, sed Co-  
ria. Vbi cognitum diuini quidem beneficii fuisse dolonem fractum: qui si per-  
stitisset; paucis horis compulisset in siccam Nauim. At mæror recruduit, tan-  
quam ex furore maris traderentur in hominum crudelitatem. Neque enim erat,  
quo Nauis regeretur spoliata gubernaculo, antennis, ac velis, malo præter fra-  
cto, lateribus conquassatis. Ad hæc deficiente iam aqua, & comæatu, im-  
pendebat fames. Nauarchus, & milites accedendum ad Insulam putabant. Post  
se, cum trecenti ferè idonei pugna adessent, locum aliquem muniri, & interim  
aquam peti, ac nauigolo ex materia nauis concinnato accersiri auxilium è Iap-  
ponia; præstare enim cum hominibus pugna in terra, quàm cum inexpugna-  
bili fame, ac siti inter vndas. Quid enim fore, si ita exarmata, & lacera onera-  
ria mare quicquam moueat? Contra Gubernator, & alij quidam, Deum non ex-  
traxisse tantum numerum hominum è faucibus marinorum monstrorum, vt ef-  
fessent præda Barbaris: terram peragrè adiri posse: milites distributos ad nauis, &  
aggeris defensionem neutri pares fore. Quò verò irent aquatium, cum nemo  
esset locorum peritus? Quid si procul aqua petenda? Patres noluerunt senten-  
tiam dicere, quanquam miro terræ desiderio tenebantur: sed rem Domino præ-  
cibus commendabant. Sub vesperam ortus ab terra ventus nauim cepit repe-  
lere: qua vsus opportunitate Gubernator: Inuigilate, inquit, comæatui, ac  
presertim aquæ dispensandæ: istinc nostra pendet salus: non est nobis, nisi in  
Iaponiam descendendum. Ita vix diuidi cœptum panis, & aquæ in octonos vi-  
ros, quod vni latis alioqui foret. Cum ea inedia Naui modò præunte puppi  
modò ex lateribus pulsa modicis progressionibus tandem ad Insulam Iaponia  
luquiximam peruenere. Hic iactis anchoris, cum iam vacaret minora sentire  
mala; nouus Mercatores proiectis ex mercibus dolor incessit. Fuere quos in  
ea tempestate ita ludibria mortalium rerum exaturarunt; vt ad certiora con-  
uerso cursu negotia, deuouerint se Societati: quorum recepti aliqui, alij in ad-  
uentum Patris Visitatoris dilati. Iquixima quinque leucis Firando distat. Qua-  
re cognito Patrum aduentu, Sebastianus Confaluius, qui Firandi sedem ha-  
bebat, occurrit, aliquid ad miseros recreandos ferens. Inde tandem in Bungum  
perue-

253

Mortem expectantium pietas.

254

Marinæ aquæ supremam partem quassat.

255

Bis nauis sub vndis fuit.

256

Tempestas sedatur.

257

Nooum periculum.

258

Varia, &amp; contraria consilia.

259

PP. sententiam suam non aperunt, sed rem Deo commendant.

260

Iaponiam tenuerunt.

261

Sebastianus Confaluius Firando accedit ad nouos Socios subleuandos.

peruerti, ut edificandæ linguæ operam darent, reperere cuncta in gratulatione  
 ob recentem Senioris Regis baptismum. Quippe mira in Ecclesia Bungensi  
 rerum vicissitudo fuit hoc anno. Nunquam sic alternatim lata tristibus confer-  
 ta sunt: nunquam nec magis profectum, nec plaga maior accepta. Cicutondo-  
 nus non potuit concoquere, ut Simon Cicatora, cuius baptismus superioris an-  
 ni tempestatem exciuerat, perseveraret christianus. Quare diu, multisque  
 modis frustra concussum, abdicauit, eiecit: Quem Patres domum receperunt.  
 Tum cum sorore sua Regis senioris vxore (quam Iezabelem ob mores Iezabeli  
 prisce similes, nominabant Christiani) cumque alijs paris superstitionis manci-  
 pijs conuentione inita, delere funditus Christianum nomen decreuit. Occidit  
 assidue seniori pariter, ac iuniori Regi, & multis confirmat falsis testibus, nouæ  
 religionis nomine prodicionem strui: nouos istos celestis Regni prædicatores  
 Iaponiæ Regnis insidiari. Ea causa laborum tantum suscipere in faciendis Chri-  
 stianis; ut eum idoneum numerum ad sese traxerint, accersant Classem ex India,  
 quæ Iaponiam innadat, ipsique, Regem sublato, dominantur. Hæc astuti, peritio-  
 resque calumniarum artifices iactabant: cetera Nobilitas irrisu, & contemptu  
 legis diuinæ mandatis odium constabat. Nam cum iam diu ex longa pace præ-  
 ter Iaponiæ morem Bungum delicia, languor, intemperantia corruptissent, qui  
 christianam feruorem pati nequibant, in circulis, & conuiuijs ludum ex ea  
 sibi faciebant, ut iam puderet esse Christianos, ne vel ludibrio essent, vel de pro-  
 ditione suspecti: ac Neophytorum alij fidem desererent, alij non audent pâ-  
 lam profiteri, & itare in Templum: Cathecumenus nemo vnus numeraretur:  
 aduersus Patres prodiciones, dolique feruerent. Hi contra precibus, sacrificijs,  
 ieiunijs, flagellis, quæ Capralis per alia quoque domicilia imperarat, exposcendo  
 auxilio Numinis insistebant. In vno rege Bungensi seniore columen erat  
 rerum. Huic tum, cum omnia Princeps tenebrarum mortifera nocte tentabat  
 offundere, Deo placuit radium diuinæ lucis immittere: & inde quodammodo,  
 vnde grauissimè religio sancta impugnabatur, conuersionis aditum aperire,  
 Ienxuensium sectam immortalitatem animi negantium (ut fere ceteri proceres  
 Iaponiæ, quod securiore licentia dedant sese vitæ huius fruendis bonis) ad hanc  
 diem sequutus, quamuis tantum prudentia, iudicijque sagacitate polleret, po-  
 litamque christianam sacram, ac profanam pernoisset, ac rebus christianis fa-  
 ueret; adduci nunquam potuerat, ut seridum animum ad catechismum cognoscen-  
 dum aduerteret. Quin sua in secta volens excellere, ita vanitatem eius intimè  
 hauserat; ut Patres quoque, nempe quos planè sapientes existimabat, eiusdem  
 diceret sententiæ secum esse: sed eos nequaquam id proderet, quod populis re-  
 gendis accommodatior christiana disciplina esset. Ceterum cum Iezabel in dies  
 intolerabilior feret, contraque diuinam legem atrocior, Rex dissimulato con-  
 silio, nonis sibi ædibus extra arcem extructis, in eas secessit: ductaque in vxo-  
 rem matronæ, cuius filiam Sebastiano iunxerat, Iezabelem suas sibi res habere  
 iussit. Eodemque tempore Caprali significat, velle se nouam coniugem Chri-  
 stianam ferri: itaque Ioannem mittat, qui rite instituat. Lætus eo nuncio Ca-  
 pralis, Ioannem ire iubens, conuersis ad domesticos: Quis nouit, inquit, fra-  
 tres consilium Altissimi, num fortè velit per hanc occasionem Regem quoque ad  
 sese pellicere? Date vos in preces; ut pro sui nominis gloria tangat eius mentem,  
 Regemque sibi in Iaponia secundum cor suum fingat. Haud mora, hi secedunt  
 ad preces, Ioannes euangelizat, Rex interfuit cum attentione, ac voluptate  
 mirabili. Item factum reliquis deinceps diebus, prosequentibus Dei famulis  
 pijs preces, itidem Rex catechismum prosequutus, statim scholæ cuiusque capita  
 retractans, superque ijs cum Ioanne differens multam in noctem, sic aucta pau-  
 latim cognitionis suauitate, ut quamuis magni momenti negotia posthaberet  
 christianæ doctrinæ. Vbi ventum ad susceptam à Christo Domino humanitatem,  
 eiusque sacram passionem, ad vxorem conuersus: Hoc, inquit, mea sententia  
 optimum est omnium, quæ Christiana lex docet, maximique momenti, ac fru-  
 ctuosus. Non hinc necesse est ingenium intendere, sed sponte oculos mentis clau-  
 dere,

262  
In Bungum  
veniunt.

263  
Cicutondonus  
iam à se ado-  
ptatum Simo-  
nem domo ex-  
pellit.

264  
Cum Iezabele  
conspira et con-  
tra Christia-  
nos.

265  
Falsas suspicio-  
nes Regi insu-  
surat contra fi-  
dem Christia-  
norum.

266  
Neophyti aliqui  
deficiunt à fide.

267  
Rex ceteroquin  
prudens Sectam  
immortalitatem  
animæ negan-  
tium sequitur.

268  
Catechismum  
audire renuit.

269  
Iezabelem re-  
pudiat.

270  
Sebastiani Sô-  
crum sibi matri-  
monio iungit,  
& Christianam  
fieri curat.

271  
Adstat dum no-  
ua cômox cate-  
chismum docetur.

272  
Inter Christia-  
næ fides myste-  
ria Incarnatio-  
nem, & Passio-  
nem maximè  
probat.

dere, & credere. Vbi satis noua Regina, eiusque filia Sebastiani coniux erudita sunt, præmonito Rege, tametsi priorem vxorem amiserat, quod per certas causas matrimonium constans non fuerat, nec poterat cum ea si fieret christianus, sine maxima contumelia Saluatoris viuere; tum christianam legem, cum sit in omnes absoluta partes, vetare repudia, vtraque baptizatur, Matricque Iulia, filia Quinta nomen imponitur. Tum scilicet Iezabeli sic ante dolenti, vt ne sibi vim afferret, dies, & noctes adhibenda esset custodia; cum audiuit Capralem ante Iulix baptismum voluisse Regem spondere, permanurum cum ea vsque ad mortem, geminatus est furor: vt admoniti Patres sint, cauerent sibi à venenis, cauerent à nocturnis incendijs: quam illi custodiam Deo Domino, cui viuebant, magna ex parte reliquerunt. Prosequente deinceps Ioanne Dominico quoque die catechismum, cœpit extare etiam fructus in Rege. Mille, ac septingenta capita quarundam commentationum habent Ienxuani Bonzj, quorum capitum singulis diebus singula commentabatur ante Rex, quidque agitasset Magistro Bonzio renunciabat. At vbi intrare eius animum cœpit diuina lux, intelligens quàm inania essent figmenta hominum, intermisit Bonziorum vsum, inaniumque commentationum. Ad extremum sic Ioannem alloquitur. Ego homo sum ingenio minimè inconstanti: christianam fidem, statim vt illata in Iaponiam est, probaui: distuli tamen tot annos eius professionem, quia tempus opperiebar, quod nunc tandem oblatum est, posteaquam translato in filium Regno, nactus ostium sum vacandi mihi. Deinde quia penitus volebam perspiciere, quò Iaponicarum sectarum mysteria, perfectioque perueniat. Atque de ceteris ex vna Ienxuensium experimentum capturus, id circo tanto impendio extruxi cœnobia, scientissimos Bonzios aduocaui, tantoque labore in decretis eorum scrutandis, volutandisque versatus sum. Et sanè nihil vnquam inueniebam, in quo animus meus vsquequaque conquiesceret: nihil quo mens clara luce illustraretur. Sed quo in eorum arcana vterius penetraui; hoc minus tranquillitatis, & obscuriores tenebras inueniebam. Vna Dei lex pacat, completque meum cor. Itaque renuncia Patri Caprali esse, mihi in animo moras abrumpere. Quoniam in Ximum properat, studeat intra mensem hic adesse: eius enim manu gaudeo sacro fonte lustrari. Interim quæ restant è catechismo ego commendabo memoriæ: vosque mihi nomen non admodum vulgare deligatis. Ioanne sic demisso, summisit hominem duos post dies, qui nunciet curam querendi nominis ponant: subijisse sibi, quem primum vidisset è Societate, & ex quo audisset diuina, ei Francisco nomen fuisse. Et quia sanctimoniam quoque eius notam haberet, eo se nomine, quamuis auribus Iaponum subalperum sonaret, appellari velle. Quod multo magis amauit postea, cum pariter Sancti Francisci Assisinas viram sanctissimam, admirandamque cognouit. Inde non solum tanquam metuens Magistri puer, summa cura commendare memoriæ præces christianas, diuina præcepta, Symbolum Apostolorum, Confessionis generalis formulam, sed etiam quotidie totum Rosarium percurrere instituit, tria dispertitum in tempora, matutinum, meridianum, & nocte sub media. Ferre assidue precatorium lectum è collo suspensum, vel in manu, in congressibus Procerum, tanquam concionabundus inferre de lege Dei sermones, præsertim de creatione rerum, & immortalitate animorum. Sexta feria, & Sabbato ieiunare, abolere impij cultus monumenta, pretiosus quibusdam simulacris (quod maximè omnes admirati sunt) in mare proiectis; vt indignatus inde Bonzjus, qui Cœnobio Vsuquiano præerat, olim Meaco ad id accersitus, abiturum se comminaretur: id nimirum, quod iam Rex optabat, & ipse metuebat, ne stipendium luculentum amitteret. Denique die Sancti Augustini veneratione solenni Rex cum septem nobilibus in Sacello paulò admodum splendidius exornato (quod extraordinarium apparatus ipse vetuisset) cœlesti lauacro initiaturum diuino sacrificio interfuit: post etiam magna humanitate pariter cum Patribus cibum sumpsit. Narrauit deinde cum eo die domum repeteret; visum sibi aliud quoddam cor referre, alijs oculis in tueri res. Nam cum in vijs frequen-

273  
Noua vxor & eius filia baptizantur.

274  
Iezabelis furor.

275  
Rex multiplices, & raras Bonziorum commentationes intermitte.

276  
Cur tam diu distulerit Christianam fidem amplecti.

277  
Nihil solidi in doctrina Bonziorum esse fatetur.

278  
Capralem ad se baptizandum accedite curat.

279  
Nomen in baptismo non vulgare sibi imponi desiderat.

280  
Franciscus vult appellari.

281  
Catechismum memorix mandata.

282  
Quotidie totum recitat Rosarium.

283  
Familiates sermones de Deo ac diuinit rebus habet.

284  
Feria sexta, & Sabbato ieiunare.

285  
Idola etiam pretiola demergit in mare.

286  
Baptizatur, & cum septem Nobilibus pariter apud Patres eius sumit cibum.

tem spectaret populum, succurrisse sibi eos omnes Ethnicos esse, breui morituros, & supplicia adituros æterna, nisi Christiani fierent. Inde reflexa ad se cogitatione non potuisse lacrymas continere, cogitantem quanta secum benignitate Deus rei nullius egens, vsus esset. Is primus non indignus maiestate tanti nominis regium decus in Iaponia Christo subiecit. Nam Bartholomæo longę erant regio nomini inferiores opes, nec pares omnino erant eius fratri Andrea tum cum ablutus est. At Rex Bungenis in sex regna dominatum habuerat. Ita verò prudentiæ fama celebrabatur; vt vulgato eius ad Christum accessu, alij dicerent tandem nimiam illam sapientiam in insaniam vertisse: alij non aliud præconium posthęc, aut testimonium requirendum legis diuinę. Rogarunt Patres, vt propter valetudinis infirmitatem, sextę ferię, Sabbatique ieiunia relaxaret, cum lex nulla præciperet, & labantem eius valetudinem premerent. Quibus ipse respondit: In suam vitam oculos omnium esse coniectos, ac propterea oportere sic viuere, vt posset ceteris ad Ecclesiã accedentibus forma esse. Vtque erat animi excelsi, ac planè regij, & gratia diuina vberimè complebatur, captus amore christianę sanctitatis, non solum eius formam in se; sed etiam in populo vniuerso optabat exprimere. Itaque cum Fiungę Regnum, vnde Rex Saxumanus propinquum eius expulerat, hoc ipso tempore iunior Rex magna ex parte recepisset; statuit Franciscus, cum Vxore Iulia, eò commigrare, præcones Euangelij ducere, nouam Vrbe[m] condere, quę tota legibus Christianorum temperaretur: populum denique nouum creare, ita perfectione christiana nobilem; vt fama eum Romam vsque celebraret. Die Sancti Francisci in magno nauigio, in quo vexillum candidum cum punicea Cruce auro interstincta fulgebat, cum vxore, cunctisque domesticis, Rosario singulis è collo pendente, Simonem quoque Cicatoram, quem adhuc domi Patres habuerant, secum ducens, discessit. Vnà Pater Capralis, Ioannes Iaponius, & Almeida Regi admodum ob amicitia[m] vetustatem carus, iuere. Iunior Rex annorum ferme duorum & viginti, studio in christianam rem Patri non absimilis aduersus Bonzios, Comes, ac Fotoques emulum se Nobunangę gloriabatur, ab Collegijs Bonziorum ad suos Nobiles veëtigalia transferens, & hos cupiebat esse Christianos. Discessurus ad belli Fiungani reliquias, iam Caprali cum Francisco profecto, Patrem Aloysium Froëm accersit, rogat vt Reginam ipsius coniugem statim baptizet: cupere enim christianam relinquere. Cui Pater: Hinc Rex, inquit, intellige, quàm lex christiana distet à Bonziorum sectis. Nam quis Bonziorum, si tantus Rex ita in abdito Reginę postulare ipsorum initia, moram vllam interponeret? Sed Christiani aliud tenent iter: qui cuncta ratione temperantes, animorum bono, æternitati que inserviunt. Oportet igitur Reginam ante sacram asperionem planius cognoscere mysteria, & præcepta Christi, exerceri que in ijs: præsertim cum æquum sit, hæc hominum capita, vt prima accedunt ad Christum, ita præferre succedentibus facem, legis diuinę perfectã custodiã. Postremò nec clanculum gerenda res est. Nam vt nullo loco committenda sunt, quę perperam sunt; ita lucem amant, qui rectè faciunt. Ergo vti ad Ecclesiã baptismi causã Rex Pater tuus accessit: ita boni exempli erit, si idem præster tua coniux Regina. Hęc oratio mirificè Regi placuit, qui addidit eam quoque commoditatem fore in Templo, vt sacrosanctis Missæ mysterijs post baptismum intersit. Vnde locum nactus Aloysius explicandi, quanti Reges christiani diuina sacrificia æstimator, cum referret, Sacella eos extructa habere domi, quo inter occupationes facilius tempora ad rem diuinam decerpant; Rex sancta æmulatione succensus, protinus iussit Sacellum in arce construi. Tum adorata Beatissimę Virginis effigie, & reliquijs è cellum in arce construi. Tum adorata Beatissimę Virginis effigie, & reliquijs è ligno sanctissimę Crucis, in bellum proficiscitur iam planè catechumenus. Regio est tribus ab Vsuqui leucis, Noccu vocabulo, multis frequens Pagis. Huc vbi peruēnit, Aloysium aduocat, & commendare memorię christianas preces, & fidei elementa incipit. Continuo & Procures, Regis exemplo, per atria, aulas, vias, secum seorsim catechismum immurmurare. Sed Aloy-

287

Ad Ethnicorum aspectum lacrimatur eorum miserans ignorantiam.

288

Regis Bungi potentia, &amp; opes.

289

Ad aliorum exemplum abstinentiam non intermitit.

290

Novam Vrbe[m] condere statuit in qua christiana sola fides colatur.

291

Iunior Rex vxorem baptizari curat.

292

Aloysius Froës Reginam prius instruendam censet.

293

Tum palam baptizandam.

294

Eius consilia approbat Rex.

295

Sacellum in Arce construi curat Crusem, ac B. V. imaginem adorat.

296

Catechismum memorię mandat.

- 297 Illi Procures  
imitantur. fio perpauci eorum baptismo visi maturi. Summa tamen voluntate principum ex accolis virum, cui Leo nomen imposuit, cum vxore ducentisque domesticorum consignauit. Et dabat Leo magni olim in sanctitate christiana profectus indicia. Is statim Idolorum fanis subdere faces aggressus, ijs, qui monebant posse illa conuerti in Dei Tempa, vel certè materiam suppeditare ad noua condenda, respondebat, primùm indecorum sibi videri, vt quæ Demoni tam nefariè inferuissent, ad veri Dei cultum adhiberentur: deinde ita se animatum esse; vt superstitionis in eo tractu vestigia restare nulla veller. Quædam simulacra Idolorum abscissis capitibus in riuum deiecit, quæ transeuntibus vadum præberent, interimque proculcarentur. Ædificauit suo impendio sacram aedem: multa in pauperes piè erogabat, diuinæ legis non modò custos perdiligens, sed etiam strenuus promulgator. Aliquæ ibi statutz Cruces; quarum vnus homo Ethnicus elephantiacus ab amico Christiano singulis diebus salutare, & ab Christianorum Deo ex animo precari salutem iussus, dum magna fidè obtemperat, tertio die repenti sanus apparuit, riteque eruditus per sacrum lauacrum mundus factus est totus. Iam Rex Franciscus in Prouincia Cocinoci, (id nomen loco Regni Fiangæ quò venerat) totus erat in molienda christiana Ciuitate planè fideli, ac sancta. In Sacellum excitatum ex tempore, quamuis tempestate perfrigida, frequens itabat, frequens diuina vsurpabat mysteria. Cum Patribus sic agebat comitate, ac vitæ genere; quasi vnus è religio numero. Nemine eorum conscio, tribus se votis obtrinxit. Primùm christianam religionem nunquam deserendi, quamuis mors subeunda foret, vel acerbissima. Deinde castimoniam coniugalem nunquam violandi. Postremò, non diuina modò præcepta, sed & consilia, quantum consequi posset, implendi. Hoc insigni feruore, & rerum cælestium gustu præparabat eum diuina sapientia ad plagam benè ferendam, qua statim percussus grauissima est, vt nouus populus à cura terrenorum abductus, spei assuefaceret bonorum cælestium. Cicaton-donus cum Bungensi exercitu arcem totius Fiangani Regni clauem obsidens, ob successum ad id temporis rerum in socordiam lapsus, omnia summa negligentia administrabat. Contra Saxumanus sua omnia agi in ea arce persuasum habens, aduersis, vt plerumque fit, casibus solertior, ac necessitatis telo acrior factus, coacta è tribus suis Regnis militari cuncta ætate, raptim in Fiangam duxit. Tum parte copiarum collocata in insidijs, cum reliquis ad hostem secutum, edque ignauum progressus, commisso prælio facilè ab obsidione pellexit in insidias. Itaque hinc coorti insidiatores, inde conuersi, ac fixo gradu, qui retrocesserant, inde eruptione facta ex arce præsidarij milites fortes, ac pleni ira Bungenses in medio cadunt. Ad viginti millia dicuntur cæsa. Trepidè ad Regem Franciscum cum atrociori etiam vero cladis fama peruolat nuncios, qui, accedente domesticorum pauore, sic impleuit bonum senem formidine; vt Pater Capralis suadens consistere, & reliquias exercitus colligere, & sustentare magnitudine consilij labantes suorum animos, quod vnicum sanè erat calamitati leuamentum, retinere à fuga nequinerit. Cùm promississet diem posterum expectaturum; ea nocte, ne comæatu quidem assumpto, cùm minorum dierum fuga per vasta bellis loca esset tenenda, ex improviso abiit, solum crucem, quam Pater in Ecclesia collocarat, obliuisci non potuit: eam abstulit secum. Luce orta Capralis omnia sola videns, sarcinulam supellectilis humeris Christiani Iaponij imponit, & Almeidam grauitè laborantem in iumentum: ipse, & Ioannes frater pedibus, & quidem nudis fugam capeffunt. Erat summa hyems: iter per ardua montium fiebat, pedibusque asperitate saxorum laceratis, vt descendebatur in conualles, torrentes erant tranandi frigidissimi. Interdum exacta sub dio nox inter pluuias. Cumulus erat malorum fames, qua fluxi artus sustinere nec laborem, nec corpus valebant. Sed omnium acerbissimam ærumnarum superabat zelus Domus Domini, ac sollicitudo Ecclesiarum, ne fortè bellica offensio Regum concuteret animos, fidemque labefactaret. Quæ angorem magna ex parte pietas diuina breui leuauit. Vbi primùm ad Regem ven-
- 300 Profana in sacra conuerti indecorum putat.
- 301 Ex confractis Idolis vadum præbet riuum transeuntibus.
- 302 Ecclesiam construit, Pauperes subleuat, Cruces erigit.
- 303 Ethnicus Elephantiacus Crucem adorans sanatur, & baptizatur.
- 304 Franciscus Rex senior nouam Ciuitatem condere incipit.
- 305 Tribus votis se obtrinxit.
- 306 Aduersis rebus à Deo probatur.
- 307 In fugam ab hostibus se dat, nec à Patre Caprali retineri potest.
- 308 Fugiens Crucem assumit comæatu relicto.
- 309 Patres fugientem Regem nudis sequuntur pedibus.
- 310 Plura in itinere sufferunt in commoda.
- 311 Rex de immensa calamitate gratias Deo agit palam.

ventum est, isque Patrem Capralem conspexit, positus in publico humi genibus, sublatis in cælum oculis, & manibus, excelsò animo gratias Deo de immissa calamitate egit; tum ad Patrem conuersus: Pater, inquit, Dei gratia Christianus sum, eroque dum viuam: neque aduersitas vlla vnquam tanta erit, quæ ab sanctissima me hac religione excutiat. Quin adeo testor, augeri mihi plagis hisce constantiam, & perfectè Deo famulandi voluntatem. Hæc cum ex animo faceret, ideo faciebat publicè, quo mitigaret publicam Patrum inuidiam. Eos verò priuatim alloquens: Sat norat, inquit, diuina Maiestas meum cor, quamque religiosum populum in Fiunga meditarer. Sed quoniam aliud ei placuit, ob arcana sui consilij, placet etiam mihi, eiusque sapientiæ hebetem meum sensum volens summitto. Interdum etiam dicebat videri sibi eam cladem illatam ab Deo ad expediendum religioni cursum, sublatis eorum plerisque, qui maximè retardabant. Non minorem initio iunior Rex animum præ se tulit. Quamuis passim summi, & infimi, Bonzijque petulantissimè exprobrarent Socijs, hanc esse à Camibus, ac Fotoquibus immissam pœnam, quò eorum cultum abrogarent. Neque stetit calamitas hic, sed annus exijt.

At non ita res gesta Omuræ est. Extincto superiore anno Isapha, Bartholomæus, & Omurana Ecclesia respirabant: quanquam non diuturna pax fuit. Potentissimus in Ximo per id tempus erat Riologes, cui & Bartholomæus parebat. Sed cum penitus dominatu, & vita eum vellet exuere, Vndecimo Kalendas Februarij cum sex militum millibus propè Omuram constitit. Christiani (nam soliam Christiani eas terras habebant) contraegressi magno animo, & armis Cruce insignibus, ad quadringentos hostium in primo conflictu interemptis, reliquos compellunt in fugam. Instat loco motis, magnam faciunt cædem, multum vulgaris turbæ, quatuordecim Primores tollunt, plurimos vulneribus malè mulctant, ex quibus tamen multi postea cecidere: vt ferret hostis lætales adeo plagas fieri nequisse, nisi Omurani glandes venenatas in situ las immisissent. Ita Deus arrogantiam infregit superborum, & nomen Christianis acquisiuit. Ferebant quoque Ethnicorum quidam, & fama inter eos latè celebravit, dum agger Cagi (id loci nomen prope Omuram) oppugnaretur, montes circa conspectos peditum, & equitum vi magna oppletos pro Christianis pugnantium: & inde tantam sibi stragem illatam: cum mirarentur vnde ea copia Omuranis. In Regno Arimano filius Andreæ, qui nuper tam acerbè Ecclesiam vexauerat, mitigatus, non solum potestatem fecit Patribus restituendi Crucis, populoque siue transeundi, siue redeundi ad Christum; sed etiam fratrem se suo minorem baptizari permisit, spe facta se quoque olim Christianum fore. Sangadonum quoque vnum Meacensis Ecclesiæ columinum Satan exercuit. Translata & is in Mantium filium arcis, ac rerum administratione, sede sibi prope Templum posita, in eius tantum ornatum, & custodiam intentus, suos populares iam Christianos vniuersos supra duo capitum millia, tanquam sedulus Pastor, curabat: cum à Tarondono vno è Præfectis arcis Vacai, quæ duabus leucis Sanga distat, Nobunangæ de prodicione desertur, sperante eo sublato christianum nomen in Regno Cauacci occasurum. Sacumandonus Regni eius moderator pro insigni suo erga Christianos amore, & innocentia Sangadoni noritia, quò eum insidiantium manibus eriperet, ad Castellum suum in Regno Vomis, Nangauaræ nomine transtulit. Deo sic vertente in lucrum suæ gloriæ improbitatem hominum: vt quoniam cuncti Sangæ incolæ iam Christum susceperant, Nangauaram Sancius ad nouam congregandam Ecclesiam transferretur. Tum vertit calumnias Tarondonus in Mantium, ex quibus, præter omnium opinionem, & morem Nobunangæ, cum eum bis iussisset occidi, & spoliatum omni re supremo afficiendum supplicio haberet in vinculis, eiusdem Sacumandoni patrociniò, & multo magis precibus ad Deum ab Ecclesia pro ea re fusis, liberatus est, & in idem Sacumandoni Castellum relegatus. Interim Christianorum per Meacensem oram numerus, vel inter bellorum strepitus, accessiones non penitendas accepit.

022

175

312

Arcana Dei cõ-  
silia reuertetur.

313

Iunior etiam  
Rex æquo ani-  
mo tolerat ad-  
uersa.

314

Omuræ Bar-  
tholomæus op-  
pugnatur à Ri-  
ologe.

315

Christiani Cru-  
ce signati cæ-  
dunt, & fugant  
hostes.

316

Ab Ethnicis vi-  
sa sunt castra  
Angelorum pro  
Christianis pu-  
gnantia.

317

In Regno Ari-  
mano Andreæ  
filius minor er-  
ga Christianos  
hr.

318

Fratrem mino-  
rem baptizari  
permisit.

319

Meacensis Ec-  
clesiæ status.

322

323

320  
Braziliæ res.

321  
Civilis, & sacra  
administratio.

322  
P. Georgius  
Serranus cum  
sexdecim Socijs  
Roma venit.

323  
Contra Patres  
calumnia, ac  
querimoniz.

324  
Braziliæ merces  
præcipue.

325  
Magnitudo opum  
in quo sita.

326  
Seruitus im-  
patientes sunt.

327  
Patres Euro-  
pæorum auari-  
tiam coercunt.

328  
Inde calumnia  
apud nouum  
Prætozem onc-  
rantur.

329  
Prætor re bene  
cognita Patres  
tuetur.

330  
Lues in Brazi-  
liorum Pagis  
labores Patrum  
enmulat.

In Brasiliam anno ineunte nouus Prætor Laurentius Vega, qui Prouinciæ toti præfesset è Lusitania appulit. Ita ciuilibus administratio ad vnum iterum caput reuoluta est: sed sacra diuisa. Nam simul aduectus est Bartholomæus Simonius Pereria Sacerdos, qui Administratoris nomine in Sancti Sebastiani Vrbe australibus Ecclesijs præfesset, cum vniuersa, quæ communicari potest Episcopi potestate, neque in eo iure Episcopo subiectus. Eodem tempore redijt ab Vrbe Pater Gregorius Serranus Procurator cum Sexdecim Sociorum supplemento. Gliscebant contra Patres calumnia, & querimoniz exterorum, quarum sæpe ante facta est mentio, tanquam eorum lucris obstarent, quia indigenarum libertati fauebant. Vbiq; nouo in Orbe siue ad ortum, siue ad occasum aperto, id est certamen permolestum cum Europæis assiduè certandum, sed in Brasilia maximè. Quippe Brasilia neque auri, neque argenti, neque præterea metalli cuiuspiam venas, quæ quidem repertæ sint, habet. Mercium summa eius oræ in ligno Brasilio ad vestes rubro tingendas vtili, vnde vocitata Prouincia, ac præcipuè in saccharo est. Hoc quanquam non passim, tamen multis locis felicissimè prouenit. In hoc negotiorum diuitia continentur. Sed cum ad conueniendum magna vis operarum necessaria sit, in magnitudine familiarum opum magnitudo consistit. Ergo nouum in Orbem terrarum cum perpauci caelestium, plerique terrenorum bonorum causa transeant: neque in ijs syluosis fabuletis aliunde sit quæstus, quam ex multitudine mancipiorum, quæ vel vendantur, vel habeantur in opere sacchararijs in officinis, ea iniuriarum origo multarum est. At Brasilijs gens non modò libera, sed prope belluarum ritu allucta vagari, & vitam omni solutam labore, ac metu agere; nihil acerbius ferebant, quàm ad opus adigi vi, minis, plagis: eò maritima fugientes, in syluas, ac solitudines sese eiciebant, quiduis seruituti præoptantes. Homines autem, quorum peribant lucra, inopiâ operarum, nunc armata manu pacatos mancipabant, nunc blanditijs, magnisque pollicitationibus ex latebris, syluisque ad mare pellectos, præcipuè legis Dei, calique, & vitæ æternæ præclara mentione, non secus atque empro iure mancipia, vinctos cogebant in Ergastulis opus facere. Lusitani Reges inde ab initio huic malo salutaribus legum decretis obuiam ire. Sed quid cupiditatem satis infrænet, vbi diuina lex parùm valet, præsertim ijs in solitudinibus, tanque communi morbo? Patres tamen, qui soli adhuc Religiosorum in Brasilia versabantur, non poterant dissimulare iniuriæ grauitatem, atque perniciem: vt qui non solum pro debita Deo, Regibus Lusitanis, Romanoque Pontifici fidelitate, Christianorum arguere vitia, sed etiam remouere impedimenta, quæ Euangelio obijcerentur, debebant. Hinc igitur Europæorum aduersus eos offensus, & minui lucra, & argui sua crimina dolentium. Statim vt nouus Prætor aduenit, occupare criminationibus maturant. Aiunt Patres, per speciem religionis, turbare omnium negotia, & concitare familias. In eorum Pagos, vt cuiquæ libitum fuerit, tanquam in asylum perfugium esse. Nemini autem mortalium, tanquam sacrosancti forent, Neophytum eorum Pagorum fas quemquam attingere. Et tamen eos tum frustra laborare ob indolem gentis nequaquam virtutis, ac religionis capacem, tum etiam in sua, vel quorum libeat amicorum commoda sine scrupulo tanquam mancipia exercere. Hæc audiens Prætor, quanquam planè falsa intelligebat; tamen rem exploraturus certius, ipsemet quatuor Neophytorum Pagos inuisit, tanta cum animi sui voluptate, vsurpata oculis non humanitate modò gentis; sed etiam insigni religione, cum & precantes, & ad diuinam mensam accumbentes, & in se flagellis desauientes vidisset; vt lacrimas dicatur tenere non potuisse. Itaque & Prouinciali, qui comes ibat, & ipsimet Brasilijs comiter operam suam detulit ad libertatem obtinendam, vt strenuè præstitit. Cuius præsidio oëtingenti hoc anno ad hos Pagos se aggregarunt Ethnici. Sed cum Christianorum, tum ipsorum plerisque in vitæ sine baptizatos pestiferi rapuere morbi, magna Patribus exercendæ caritatis interdiu, noctuque materies non solum diuinis, sed humanis quoque subsidijs opportunè suppeditandis; cum ita teter ex affectis corporibus odor affa-

afflaretur; vt multi ea grauitate in languorem soluti collaberentur. Et omnino Patres succubuissent oneri, nisi strenuè ex ipsis Neophytis ij iuuisent, qui participes diuinæ mensæ fiebant. Hi circumbant Pagum, & si qui confessione, baptisate, vel sacro oleo indigerent, Patribus renunciabant. Hi stipem ad egenorum inopiam subleuandam vicatim emendicabant: iidem præparandis aderant cibus, ligna, aquam ægrotis aduehebant, & quicquid vsus ferebat obibant constanter. Cùm verò in dies ingrauesceret malum, indictis supplicationibus, species erat, quæ potuisset laxa mollire pectora, misellas videre turbas quàm piè supplices in cælum manus tollent, quanto clamore; vbi ad sanctas Cruces extra Pagum certis statutas locis venerant, Dei, calitumque auxilium implorarent. Ceterùm non breuem, neque caducam Deus præparabat ijs salutem: tot enim hoc alijsque superioribus annis absumpti sunt; vt singulari clementia vexationi, ac seruituti sublato ad inhiantes cupidorum eludendas fauces, videretur festinatò cælestis Pater in æternam transferre felicitatem. Iam noui Prætoris patrociniò tutiores erant: tamen ita Patres sermones aduersi fatigarant; vt seridò consularint, Romamque sententias in vtramque partem de Pagorum cura deserenda miserint. Disputabatur ex vna parte congruentius mori cetera Societatis esse, si cura animarum intermissa temporarijs missionibus Pagi excolerentur. Quod si nequiret fieri sine aliquo damno Brasiliorum; ac communioris boni profectus compensatum iri: calumnias vel omnino, vel magna ex parte, traditis Episcopo Ecclesijs, occasuras, simulque inuidiam: eoque fore, vt cum Lusitanis vtilius opera poneretur, & facilius coërcerentur intra iustitiæ leges. In alteram partem afferebatur experimentum anni millesimi quingentesimi septuagesimiprimi, cùm, reuocatis ab Pagis Patribus, sic breui cuncta pessum ierant vt rursus onus fuerit subeundum. Societatitantum complexæ Ethnicorum conuersionem necessariò assumenda quædam munia nouis in Ecclesijs, quæ in veteribus alijs satis idonei administrari traçant. Nam promulgare Euangelium, & conscribere in Christi militiam populos, nec deinceps excolere, perinde esse, atque vineam conferere, quam deinde patiari syluescere. Quid? num idcirco tantum adiri periculorum terra, marique, vt paucis negotiatoribus, quibus si velint capeffere, & nota, & aperta via salutis est, oneri sint? Quod si præcipuè Euangelij propagatio intendatur, vt verè intenditur; non esse ad id, nisi ea nitendum via, quam tot ab initio annorum experimenta monstrarint. Quid quòd ne sermones quidem hominum ea ratione minuerentur? Nam vtrum nam crederent citius euenturum, vt deserti Brasilijs post hac tutiores, an opportuniore iniurijs essent: Quandiu, inquietabant, alienigenarum cupiditas immodicè sese efferet (quod vtinam non semper sit) tandiu libertas gentis periclitabitur. Ergo si nunc nostra sub tutela, Regum munita iussis, tamen abducuntur; quid fiet cum deserti, tanquam prædæ, iacebunt in medio? Tum verò nos tacebimus, nec ne? Et iterum calumniæ, sermones, inuidiæ. Si obistamus eò quoque turbulentiùs, quò minus ad nos videbitur ea custodia pertinere. Si taceamus, quid agas canibus mutis? Cur in Brasilia sumus? Cur vestigalibus regijs alamur? Qui Deo, nominique nostro, regiæ conscientie faciamus satis? Non est ergo id paci consulere, sed palam fugere, & labores, & maledicta, & odia, insectationesque hominum propter iustitiam, quibus nihil gloriosius, aut beatius Christi seruis, si quantum in se sit nullam instam præbeant causam. Rectè agere, malèque audire lucrum, & negotiatio nostra hisce in locis est. His, & alijs ex hoc genere in vtramque partem rationibus disceptabatur. Quibus Pater Generalis respondit, rem magni momenti amplius deliberandam. Cæpta interim modestè vrgerent, ac fortiter, cauentes sumopere, ne studio nimio quæpiam, præsertim Capitum, offenderent. Nec probauit Pater Generalis, quòd & in Baya, & in Vrbe Fluminis Ianuarij cum Prætoribus interdum potius iure, quàm modestia, ac submissione certassent. Ceterùm vtrouique nouorum aduentu Præsidum alium tènere cursum cæpere res. Et in Vrbe Fluminis Ianuarij tum administratoris egregio erga Societatem, & indigenarum conuersionem studio, tum Præfecti Oppidi, deinde, etiam Prouincialis comi-

331

Patres à Neophytorum caritate subleuantur.

332

Piæ supplicationes institutæ ad lucem amolendam.

333

Patres calumnijs fatigati Pagorum curam deserere cogitant.

334

Rationes Romanam mittunt.

335

Euerardus, maturius rem considerandam respondet.

336

Cum Prætoribus non iure, sed modestia certandum.

comi-



comitate, ac sancta modestia, non solum recalescere cepit in Brasilijs amor baptisimi, sed etiam Ciues reconciliati Collegio sunt.

337  
Mexico res.

338  
Petrus Diaz, Procurator ex Mexico Romam venit cum literis Archiepiscopi honorificis, ad Pontificem pro Societate.

339  
Congregatio B. V. Mexicana Primariæ Romanæ adiungitur.

340  
In Peruvia turbantur res.

341  
Prorex Societati aduersatur.

342  
Scholas, & Collegia claudit.

343  
Rex omnia in pristinum restituit.

344  
Petrus Michael nouam sedem fundat.

Ab Mexico venit Romam hoc anno Petrus Diaz Procurator Prouincie lata nunciatus. Ab Archiepiscopo Mexicano, non ad Regem modò, sed ad Pontificem quoque Gregorium vltro datas in commendationem Societatis literas attulit, in quibus augeri Sociorum numerum postulabat. Id ipsum petijt Prorex, ac nominatim, qui ad Insulas Philippinas mitterentur. Hoc habuit insigne Mexicana Prouincia virtute, vt equidem reor, & gratia apud Deum Prouincialis. Inde ab ortu secundissimis vsa est incrementis, cum pace domestica, & approbatione, ac fructu populi. Sodalitas Beatæ Virginis Mexicana Romanæ adiuncta est: eique Romana pignus beneuolentiæ, ac fraternitatis decem millia granorum piacularium dono misit. Ferdinandus Suarius, & Ioannes Ferrus duntaxat hoc anno ex Europa soluere: insigni Dei beneficio peruecti incolumes, cum totam Clafsem tempestas grauissima iactasset, nauibus quatuor demersis. Quàm pacatæ res in Hispania noua, tam turbulenti in Peruvia erant: nec vsquam pax, aut quies, nisi in sede Iulienfi. Iam Cusquensis Collegij fundatio planè admissa erat, quam Didaco Sylua mortuo Teresa Orgonia vxor peregit. Iam & Arequipæ & Potosij cæpta Collegia, cum contra omnia coorti turbines. Cusquensi Episcopus, & Clerici Cathedralis Ecclesiæ negotium facebant ob vicinitatem. Obtinuit tamen ius suum Societas, eoque loco mansit, qui ipso Clericorum Collegio auctore, Ciuitatis Senatu, ac Prorege anno millesimo quingentesimo septuagesimo primo fuerat ei attributus in platea maxima, mirè opportuno tum ad externos, tum ad indigenas sacramentis, ac verbo diuino pascendos. Grauius Collegia cetera concussa. Prorex totum se Societatis ferens, nescio qua specie indutus fute doleret, quòd Pater Generalis Orepfanum Collegium ab ipso præcipue oblatum cunctaretur excipere, siue in Peruvia vellet, eo pacto ad suscipiendas passim Paracias adigere; meliore mente, quàm consilio, maxima autem Aulicorum quorundam Societati grauissimè infestorum incitatus susurris, dudum in Ciuitate Pacis receptum Collegium incolis frequentari prohibebat. At Arequipa, & Potosio, quòd ipsius iniussu inchoata erant domicilia: per vim, ac potestatem Socios eiecit, Super hæc eum Limæ Vniuersitatem constituisset, ad eam frequentandam nonnulla etiam Magistrorum Collegia, nimia in pelliciendis auditoribus sedulitate offensus, iussit prorsus scholas intermitteri, quæ aliquot annis dum ex Hispania regio iussu restituerentur, non sine iuuentutis incommodo tacuere. Rex non scholas modò Limæ, sed Collegia cuncta protinus restituit: valuitque ad firmitatem posteri temporis concussa fuisse primordia. Interim Patres, ne in publicum cederet incommodum priuata vexatio; Socios Arequipæ aliquos in Xenodochio collocarunt, qui cæpta perurgerent euangelizantium munia. Potosium permisit Prorex reuerti multis conditionum nexibus implicatos. Inter cetera, ne are campano ad diuina populum conuocarent, aut vllum præterea signum darent, Panamæ tamen statio inchoata hoc tempore ea occasione. In Oceanum illum occidentalem transgressi Piratæ Galli, totam maritimam Peruanam oram habebant infestam. Cum Classe, quam Prorex contra eos misit, Pater Petrus Michael Fontius cum comite profectus, præter opem allatam Classarijs, qui feliciter pugnarunt, cum Panamam venisset, Ciuitatis rogatu ad stationem ibi inchoandam substitit.

HISTO.

# HISTORIÆ SOCIETATIS IESV PARTIS QVARTÆ

A. D. 1579.

Liber Septimus.

Soc. 49.



**H**OC Anno Procuratorum Conuentus Romæ habitus est ineunte Nouembri, quod posterioribus annis, ob opportunitatem, obseruatum, ac sancitum est tempus. Vnus defuit Prouinciæ Belgicæ Procurator, qui Collegijs partim ob tumultus bellicos dissipatis, partim commercijs pestilentia interelusus, legi nequiuerat. Pax, consensus, communisque omnium lætitia in conuentu singularis extitit. Nec quicquam inesse causæ visum est, quare Congregatio generalis cogitur. Pontifex eò tempore eximiam suam benignitatem præstitit non modò admittendis humanissimè Patribus; sed etiam collata ad impensas idonea pecuniæ summa: quam suam prope plusquam paternam pietatem aduersus Collegium Romanum prolixius explicauit. Arcta erat Romæ annona, Collegium inopia summa premebat. Claudius Aquauina, qui in Prouincialatu Romano accersitus Neapoli Ioanni Nicolao successerat, omnem difficultatem Beatissimo Patri exposuit. Ille non modò opem tam extremis temporibus necessariam tulit; sed & verbis amplissimis Societatem laudans, ad numerum augendum: admonens ne metu inopiæ retardarentur ab quamplurimis aggregandis, quòd talibus auxilijs Christi Ecclesia (ita enim loquebatur) indigeret: nec sine causa Christus Dominus hanc Societatem tam calamitosi temporibus excitasset. Paulò post, quia increbescere de pestilentia rumor Genuam depopulante; quòd Collegium posset tempestiuè sibi ad quemcunque casum necessaria comparare: cum adnumerari bis mille aureorum nummum iussisset, ac negaret Darius ea se in promptu habere; addidit vt alicunde, vel fenori accepta, statim repræsentaret. Nec alimenta tantum præbendo corporibus, sed & alacritatem addendo animis, hanc suam quasi cohortem promouere, foris quidem Pontificia benedictione ad omnes transmissa Prouincias; Romæ autem ad commune bonum sua præsentia auctoritatem ei quærens, studebat. Collegium Romanum, Seminarium Collegia etiam Germanicum, & Anglicanum inuisit: summè omnia vbiq; probans. Præcipuè laudauit in Germanico Alumnorum numerum theologorum, qui septuaginta censebantur, ac tota familia centum quinquaginta explebat: additis hoc anno aliquot Hungaris, quorum in fundum Sancti Stephani Templum, cui vulgò à figura Rotundo nomen est, cum redditibus suis attribuit. Nec fallebant hæc quasi plantaria spes, indulgentiamque Summi Patris. Ex ijs nobiles, ac frugifera stirpes, iam non solum per Ecclesiæ agrum in terra latissimo prouentu transferebantur; sed etiam felicissimè in caelestem paradysum. Nam Ioannes Villarius in Germanico eruditus Collegio, cum Neruiæ, qui Diocesis Leodiensis est Pagus, commissam sibi plebem pasceret doctrina, sacramentisque catholicis; dum redit ab ægro, ad quem diuinissimam Eucharistiam detulerat; in via Hæreticis intuentibus, primùm contumelijs vexatus indignissimis, tum ad æriorem religionis iniuriam ad terram afflictus, sacris vestibus, & vasis impiè conculcatis, postremò per summam immanitatem trucidatus est. Qui nuncijs Romam perlatus iuuentum Germanicorum præstantes animos decoris eiusdem, ac palmæ cupidine vehementer succendit. Sed Collegium Anglicanum superiore cæptum anno, hoc verò planè

1

Congregatio Procuratorum ad Nouembrem statuta in posterum.

2

Gregorius Decimus Gregorius Decimus Congregationis impensas pecuniæ summa subleuat.

3

In Collegio Romano numerum Sociorum augeri mandat.

4

Duo nummorum aureorum millia dono mittit.

5

Benedictionem etiam absentibus per Prouincias impertitur.

6

Romanum Collegium, Seminarium, Collegium Germanicum, & Anglicanum totam inuisit.

7

Collegium Germanicum summè laudat.

8

Hungari additi Collegio Germanico cum Ecclesia, & redditibus S. Stephani Rotundi.

9

Io. Villarius Collegij Germanici Alumnus ab Hæreticis dum Patrochi munus exercet occiditur.

Socia-

10 Anglicanum Collegium Societati commisit.

11 Eius fundationis origo.

12 Guilielmus Alanus, adiuvante Audoëno Ludouico, extorres Anglos congregat in Seminarium Duaci.

13 Gregor. XIII. Euerardi suasi centenos aureos in singulos menses ei Seminario attribuit.

14 Bellis gligentibus in Belgio Alanus Seminarium Rhemos transfert in Galliam.

15 Audoënus suadet Pontifici Romæ aliud Anglorum Seminarium excitare.

16 Sanctus Trinitatis Anglorum Xenodochium in Collegium Anglicanum conuertitur.

17 Collegio præficiuntur Mauritius Koleno Kius.

18 Io. Paulus Nauarola, & Ferdinandus Capicius domesticæ disciplinæ formam instituant.

19 Honorificè Alani literæ ab Euerardo postulatæ, ut Collegij Anglicanæ curam suscipiat.

Societati commissum Confessorum nobilium, & Martyrum sæcunda schola, meretur, ut paulò altius eius origo repetatur. Postquam Elisabetha, Angliæ occupato imperio, grassari in Catholicos cepit; permulti nihil ab pietate Anglorum prisca degeneres, iactura patrimonij, & patriæ post religionem habita, exulatum in aliena Regna vltro abiere. In his præcipuè nobilitatis, sapientiæ, ac virtutis fuit Guilielmus Alanus, qui adiuuante Audoëno Ludouico Referendario Apostolico, & Archidiacono Hannoniensi anno millesimo quingentesimo sexagesimooctauo Duaci adolescentes profugos, sparsosque per Academias catholicas colligens, ac stipem vndeunque corrogans, eorum contubernium instituit: in quo non solum ad vitam vbiuis honestè agendam; sed etiam ad auxilium laboranti patriæ olim ferendum instruerentur: ne paucis, qui restabant, catholicis pastoribus in Anglia senio, vel iniurijs impiorum consumptis, paulatim religio sancta aboleretur. Inde vsque à principio hanc Nationem, & Societatem singulari caritate Deus coniunxit, ut vehementer piam adeo iuuentutem, tamque honesta causa suis extorrem sedibus adiutam Societas cuperet: & iuuenes Angli mira fiducia, & facilitate Societatis disciplinam sequerentur. Anno tandem millesimo quingentesimo septuagesimoquinto, commendatione in primis Patris Euerardi, Gregorius Pontifex centenos in mensem aureos in alimenta Duaceno Seminario addixit. Quo subsidio admodum amplificatum, cum maximè floreret; anno superiore dum cuncta vbi que turbantur in Belgio, atque Hæretici præpollent; Alanus transferre suos Alumnos aliò coactus, Rhemos in Galliam commigrauit. Eodem tempore Romam profectus Audoënus, cum Summo Pontifice de altero instituendo Romæ Seminario egit: quod & propter celebritatem sanctæ Urbis, vel ex Anglia adolescentes posset multos pellicere: ad hæc propter quietem publicam tutum, propter summum religionis oraculum ad catholicam sobolem, in ipso veluti fonte imbuendam, vero pietatis colore apprime idoneum esset. Opportunitatem ferebat Xenodochium, quod excipiendis Anglorum Peregrinis, iam diu in Vrbe stabat sub Diuinissimæ Trinitatis, & Sancti Thomæ Cantuariensis nomine prope Campum Floræ. Nam videbatur longè commodius ad iuuenes alendos verti posse. Pontifex consilium comprobauit, ut qui non solum nomine, & ceteris factis; sed etiam præcipua erga Anglicanam gentem propensione, Apostolica Magni Gregorij decora æmulabatur. Noni Collegij administratione Mauritio Koleno Kio attributa, rogatu Moroni Cardinalis patroni, Duo è Societate Sacerdotes, qui administrationis seriem, ac domesticæ disciplinæ formam describant, & collocent, conceduntur Ioannes Paulus Nauarola, & Ferdinandus Capicius: ille ut res ad pietatem, hic ad studia literarum spectantes ordinaret. Hi tum caritate, cura, industriaque sua, tum facilitate, ac virtute iuuenum, tum præcipuè diuina aspirante gratia, ita rem gessere, ut cunctos fermè Alumnos perpetuæ Societatis disciplinæ ardenti cupido incesserit. Idque ipsum hac Epistola, quam, ad magni illius, & sancti viri gratam memoriam, iuuat hic ad literam exscribere, à Patre Generali postulat. *Alanus.* Etsi, inquit, calamus meus apud te iam diu cessauit; tamen animus meus, & corda meorum apud communem Dominum, pro te, lætissimoque grege tuo non silent vnquam. Cum enim in his diurni exilij, & difficillimorum temporum continuis calamitatibus omnibus facti simus per Christum debittores; vestra tamen Sanctæ Societatis in nostros homines merita, ceterorum officijs vniuersis antiquiora, gratiora, ac sanè salutariora semper extiterunt. Meministi etenim, Colendissime vir, nisi forsan (quod facillè crediderim) alijs à te, tuisque præstiti beneficij christianè obliuisceris: alioquin in Belgio tum degens, & exules Anglos summopere complectens, meminisse posses (& ego lubens sanè recordor) iam tum ab initio desolationis nostræ, plerosque ab illa perditione erptos, vel in sacrum Ordinem vestrum receptos, vel Ecclesiæ Matris vestrorum studio, ac opera restitutos: vel sequentibus deinde annis Louaniprimùm, tum Duaci, tandem etiam Romæ consilio, caritate, consolatione, auctoritateque in primis vestra fuisse seruatos. Ut de hoc quantulocumque agi

dominici relicto semine post Deum, ac Sanctissimum Patrem Gregorium, eiusque summos ministros, vobis patria nostra, si quam vnquam habituri sumus, primas gratias debere videatur. Inter cetera tamen recentissimum est istud, & planè singulare priora omnia beneficia vestra complectens, quòd ad nostrorum istic studiosorum institutionem non ita pridem ex Societate, alioquin varijs caritatis muneribus occupatissima, homines commodissimos concesseritis. De quo cum multa mihi domum ad me nuper rediens Gregorius Martinus meus iucundè narrauerit, plurimamque lætè, ac libenter ex Vrbe Reuerendus Dominus Archidiaconus Audoënus, & ij ipsi, ad quos hæc felicitas maximè pertinet, sæpè ad me scribant; ego, qui nihil in Orbe illorum iuuenum salute, & sancta educatione carius habeam, intimum de Reuerendissimæ Paternitatis Tuæ beneficio ipsis præstito, animi mei gaudium celare non potui. Equidem, mi Pater, quoad in hoc seculari, quo viuimus statu, feri potuit, & licuit, dedi operam semper, vt nostri non alijs, quàm vestris studijs, institutis, moribus, quibus nihil est hodie, vel ad doctrinam expeditius, vel ad pietatem sincerius, vel quod maximè nunc requirimus ad zelum lucrandarum animarum accommodatius, præcipuè imbuerentur. Et illi ipsi, nescio qua animi inductione, sed diuinitus, vt interpretor, indita longè lubentissimè vestra vbique & gymnasia consecrati sunt, & mores imitari. Ad quam rem non quantum optauimus, sed quantum consequi potuimus, vicina nobis sæpè Collegia vestra commoditatem præbuerunt. Sed nunc, cum id sit à Deo nobis per suam sanctitatem tributum, vt in illo Ecclesiæ, ac Orbis principe loco, Collegium habeamus, & per tuam pietatem porro concessum, vt id hætenus vestrorum opera, atque prudentia gubernetur, & instituat; omnia sanè mihi, meisque in Christo donata sunt. Neque aliud desideramus, quàm vt eius istic, nostrique hic Collegij, totiusque gentis nostræ causa, sua gratia, & auctoritate apud Sanctissimum Dominum Nostrum continuo fiat commendatio: atque vt hoc tuum etiam, Patrumque beneficium diuturnum esse velis: vt velis autem (mi Domine Colendissime) Alanus omnibus vitæ suæ officijs filius, & famulus tuus, tuorumque sincerus amator per Christum rogat, vel Respublica potius, ac Patria nostra rogat: illiusque caritatis, & sollicitudinis, quam in omnes gentes christianas, ac barbaras geris, partem aliquam supples postulat. Nec repellas iustissima petentes, Pater; & qui per tuos apud extremos Indos, oues Christo colligis; perditam ouem Britannicam nobiscum querere ne dedigneris. Si onus est, Christi onus est: qui & augebit vires vt possitis, & caritatem vt velitis ferre. Et quicquid sit, omnium nostrorum, qui vbique gentium sunt exulum precibus, operis, oblationibus tolerabilius fiet. Quo loco nunc Orbis christianus (Sapientissime vir) sit, & quantopere nitendum sit, ne impiorum hominum conspiratione, & scelerata diligentia fides, & religio prorsus pereant, nemo te melius videt, aut magis curat. Nec sunt multi, cum armis, & potentia iam pridem aduersarij propter peccata nostra superiores esse videantur; qui non iam labentibus, sed ruentibus rebus, ita ut vos, succurrere velint, aut possint. Habetis nunc optimas, ac maximas rei benè gerendæ occasiones: talem Pontificem, qualem fortassis sequentia tempora non dabunt, diuinitus, certè his Ecclesiæ calamitatibus concessum nobis: & ita rebus humanis, his maximè institutis Seminarijs consulentem; vt nesciam, an vlla alia æquè expedita ratione religioni succurri queat. Sub tali Patre, & Pastore vobis, mihi, omnibusque zelum Dei habentibus, niti, laborare, instare, vrgerè, facere, pati, mori pro communi fide periucundum esse debet. Sed indignitas horum temporum, gentisque meæ, longa, & coacta calamitas, ac meorum amor effecerunt, vt maximarum occupationum tuarum oblitus tam multa non necessaria Tuæ Reuerendissimæ Paternitati dixerim, cum sciam tuam pietatem hæc omnia videre, & multo plura facere, quàm ego desiderare, aut postulare ausim. Christus ergo I E S V S Tuam Reuerendissimam Paternitatem diutissimè Ecclesiæ, suis nostrisque seruet incolumem, ac dignetur nostram paruitatem suorum sanctissimis sacrificijs commendare, in primisque Reuerendum Patrem Dominum Oliue-

rium à me multum salutate. Rhemis Septimo Kalendas Nonembris millesimo quingentesimo septuagesimo octavo, Addictissimus seruus Guilielmus Alanus.

20  
Euerardus onus  
Collegij Angli-  
cani suscipere  
restitit.

21  
Patres ex An-  
glia reuocat.

22  
Mauritius An-  
glis Alumnis  
non satisfacit.

23  
Angli Alumni  
administratio-  
nem Collegij  
demandari So-  
cietati postu-  
launt.

24  
Cardinalis Mo-  
ronus iubet  
Pontificis no-  
mine Alumnos  
vel subesse  
Mauritio, vel  
Collegio disce-  
dere.

25  
Alumni denun-  
tiatione audi-  
ta à Collegio  
discedunt.

26  
Pontifex reuo-  
cat, honorificè  
ad Collegium  
remitit, & ad-  
ministratiõnem  
Societati tradit.

27  
Adiguntur iu-  
rare se reditu-  
ros in Angliam  
absolutis stu-  
dijs.

28  
Renuunt iurare  
qui in Collegio  
remanerant, &  
Pontificis iussu  
eiekti sunt.

29  
Alphonius Aga-  
zarius primus  
Anglicani Col-  
legij Rector.

Hæc cum scripsisset Alanus, tamen Euerardus Societati tam multis Romæ oneribus pressæ, ne nouum adderet, quanquam Anglis omnibus perinuitis, Patres reuocauit: ac Nauarolam Senas Rectorem misit. Sed rem Deus, vt sint viar eius admirandæ, inopinato modo confecit. Mauritius Collegio præpositus, etsi vir erat bonus, nec alienus à literis, idemque prudens, vt Regina Mariæ temporibus in Anglia Episcopali curæ par indicatus fuisset; vnus tamen cum esset, & multum iam ætate prouectus, neque vnquam in eiusmodi procuratione versatus; nequiuit satis, aut voluntati facere, aut necessitati Alumnorum. Accedebat eius origo ex ea Britannia parte, quæ antiquos Britannos ab Anglis victos olim exceperat, quæque ex ijs hodie Cambrobritannia, seu Wallia dicitur. Nam cum inter hosce Wallos, yerosque Anglos, vt diuersorum populorum posteros, ex antiquæ præsertim æmulationis memoria, vt fit, nascantur dissidia, multæ cæperunt querelæ, ac suspiciones existerè de non recta, æquabilique administratione, tanquam Walli melius, quàm Angli tractarentur. Eoque processit offensus; vt Angli vnueris numero tres & triginta, cum paucis reliqui essent Walli, flagitare institerint, regimen vt Collegij ad Societatem transferretur. Eam & numero, & facultate Magistrorum, ac ceterorum, qui gubernarent; item peritia iuuentutis regendæ, & notitia propositi Seminario finis, aptissimam esse. Gratia super hæc, atque auctoritate tum apud Pontificem, tum apud alios posse Collegio plurimum commodare. Hoc certamen tanto ardore animorum ceptant, vt curam non solum Audoëno, qui pro Mauritio laborabat, sed etiam Patri Euerardo nouum onus reformidanti, inijcerent. Itaque varijs modis nunc suasionibus, nunc obiurgationibus, ac minis, modò cum vnueris; modò cum singulis certatum est, vt quiescerent. Vbi nil procedit, Cardinalis Moronus, simul vt Patri Euerardo indulgeret, simul vt Mauritium iam diu sibi cognitum tueretur, simul denique ne videretur iuuenili factione viuus; Pontifici persuadet, vt reiectis tandem libellis, quos per Blanchetrum Pontificium Cubicularium ipsis fauentem Angli frequenter offerebant, iuberet vel Mauritio subesse, vel Collegio excedere. Quod cum iussisset denunciari Pontifex; eodem die sub initium Quadragesimæ Collegio abeunt vnueris. Iamque se comparabant ad iter magno populi sensu: qui, Concionatoribus vbique ferè è suggestis eorum inopiam commendantibus, stipem haud grauatè conferebat. Et sanè erant inter eos expectationis magnæ adolescentes nonnulli etiam Sacerdotes, eo vitæ proposito, vt in Angliam reuersi Hæreticorum furori vitas suas obiectarent. Rebus in hæc redactis angustias, rem Pontifex cognoscit. Commouentur viscera Sanctissimi Patris. Aduocat ad sese eiektos, consolatur, iubet ad Collegium honorificè reduci, administrationem sine mora à Societate suscipi. Tum Commissarij Pontificij in Collegium veniunt, vt omnes, qui deinceps in eam familiam admitterentur, iurarent sese sacros ordines suscepturos, ac decursus literarum studijs ad Catholicam fidem profeminandam in Angliam reuersuros, Atque ecce tibi mira vicissitudo: iurare soli illi abnuerunt, qui in Collegio remanserant, ac Pontificis iussu eiekti omnes. Primus è Societate Alphonsus Agazarius Collegij administratione suscepta, non tantum in formam perfectam rectè institutæ familiæ perduxit, sed ædificijs etiam, ac vectigalibus factis fundatum reliquit, Gregorij Pontificis liberalitate, qui, præter trecentos aureos in mensè, quos ex arario Apostolico dum vixit persoluit, etiam Abbatiam Sancti Sabini in Placentina Ciuitate trium fermè millium aureorum censum ferentem attribuit. Primis autem illis initijs cum valitura plurimum putaretur Alani præsentia ad Seminaria inter se Romanum, ac Rhemense certatione copulanda, ordinandasque missiones, curarunt Patres apud Pontificem, vt illum Romam accerferet. Quod Pontifex fecit libenter, vt qui plurimum ei virò tribuebat. Porro quanquam perægre nouum onus Societas subierat, tamen ita respondit adolescentium bonitas excolentium voris; vt abundè laborum mole-

molestiam compensaret. Namque ut omittam cetera pietatis studia, Sacramentorum frequentem usum, vitam innocentissimam, quæ alibi erant Sodalitatum Beatæ Virginis inter lectos adolescentes exercitationes, eas cuncti obibant pariter Angli alumni: plerique exercitijs spiritualibus interiorum pietatis hauriebant noticiam, ac sensum: vniuersi ardebant iuandæ patriæ incredibili studio. Quare eò cogitationes, eò sermones eorum ferebantur, ut vel de literis, vel de ratione subleuandi religionem oppressam, vel de martyrio fortiter subeundo loquerentur: affirmantes Sancti Gregorij de ea gente Elogium potius Angelos vocari debere, quàm Anglos. Aduenit deinde Alanus, qui omnes, tametsi ardentibus, hortatu, auctoritate, exemplo suo acrius inflammavit. Atque inter cetera, quæ dum ille fuit Romæ, in emolumentum religionis curata sunt, illud fuit maximum, ut in Angliam aliqui e Societate mitterentur, quod fusè anno proximo referetur. Interim ad Urbis ipsius augendam sanctitatem duo præclara opera Pater Ioannes Tellerius magno labore suo perduxit ad exitum: quorum altero carcere detentos viuos, altero mortuos iuaret. Fidelium animas Purgatorio inclusas carcere quò iuaret; dedit operam, ut vesperi, post Salutationis Angelicæ signum, certo tinnitu homines ad faciendas pro ijs preces inuitarentur. Singulos conuenit Parochos, remque tam salutarem, ac piam studiosè commendans, ut nomen in eam rem darent, perpulit. Tum ubi in libello omnium collegit nomina, ad Pontificem pertulit, qui opere delectatus, certis etiam Indulgentijs vltro promouit. Sudandum ampliùs in viuorum commoda fuit: non tamen requieuit, donec nouam Sodalitatem admodum frequentem honestissimis Viris instituit, qui leuandam victorum inopiam, causas expediendas, curandos morbos, & alias necessitates tollendas susciperent. Hoc quoque opere lætatus Pontifex, tum Indulgentijs, tum Archiconfraternitatis titulo Sodalitatem ornauit, potestate facta, ut ijs in quamuis custodiam pateret aditus. Hæc est Sodalitas, quæ nomen à Caritate gerens, sanè utilitates miseris hominibus attulit, affertque immensas, & plurimas. Hi quæ fuere postremi laborum Patris Tellerij, qui iam dudum viribus in proximorum, maximeque calamitosorum leuamentum exhaustis, quintodecimo Kalendas Octobris domi Professorum occubuit. Erat natione Gallus, & Nobilis, vir verè sitiens animarum, & nunquam satur laborum, vias omnes tentans, experientisque, quò plurimos Christo lucrificeret. In eaque re non vigilantie modò, ac sedulitatis, sed etiam dexteritatis, ac felicitatis raræ. Admirationem augebat robur spiritus, intabescente sensum corpufculo, ut omnes admirarentur, quemadmodum possit se ipse, ne dum tot labores sustinere. Denique ingentem cunctis domesticis pariter, atque externis relinquens merorem, vità non tam morte ereptà, quàm caritate consumptà, eò migravit, quò non solùm præclara merita, sed modo quodam sese paulatim præmiserat. Illustre exemplum dedit Senis adolescens Collegij auditor: qui cum diu reluctatus nequisset tandem effugere, quò mntis Comædiæ partes quasdam agendas susciperet; tum ceteræ actionis languore, & affectato frigore satis ostendit, inuitum se eam personam sustinere. Tum verò ubi ad locum ventum est paulò à verecundia christiana alieniorem; planè obmutuit: cumque primò suggerendo, si fortè memoria defecisset, deinde obiurgationibus incitaretur ad prosequendum; respondit sibi quidem adesse memoriam. sed credere gratius facturum spectantibus, si ipse christianus adolescens in tanto Christianorum numero virorum, ac seminarum nobilium, quæ non deceret audiri, non promeret. Varius inde rumor, & animorum sensus: fabulam qui dabant, indignari, ac fremere: auditorum plerique notio spectaculo plausum dare: neque eadem erga Patres animorum commotio, qui habebantur eius rei, perturbatique spectaculi auctores. Parens in primis adolescentis dolere, frustrà conatus eum rursus, cum fabula reponeretur, ad agendum compellere: nam fugà sese subduxit. Sed mox, ubi dies perturbationem sedauit, filij sapientiam, ac virtutem maiorem suà cognoscens, ut iterum reciperetur in disciplinam ad Collegium supplex accessit. Neapoli domus Professorum, quæ iam diu erat in opta-

30

Pontificis liberalitas in Collegium Anglicanum.

31

Alanus à Pontifice Romam vocatur.

32

Collegij Anglicani progressus.

33

Alanus Romam venit, &amp; Collegium promouet.

34

Io. Tellerius signum ad orandum pro defunctis in Vrbe instituit.

35

Idem Societatem Caritatis instituit quæ carcere detentorum causas susciperet.

36

Tellerij mors, &amp; laudes.

37

Senis modestus adolescens in scena personam non modestam sustinere recusat.

- 38 Neapoli Domus Professa fundatur.
- 39 Io. Nicolaus de Notariis eius Præpositus.
- 40 Alfonso Scariiglia Prouincie Neapolitanæ præficitur.
- 41 Nostri per fora concionantur.
- 42 Raphael Staiuanus fundat Collegium Aletinum.
- 43 Carolus Regius Neapolitanam Prouinciam visitat.
- 44 Sebastianus Morales Mediolanensem.
- 45 Genua pelle, ac fame laborat.
- 46 Io. Augustinus Andora ad iuuantos morbos missus moritur.
- 47 Iulius Palmerius, & Io. Martinus in audiendis peste infectorum confessionibus occumbunt.
- 48 Pests Collegium inuadit.
- 49 Siluester Catanus suburbanum suum Patribus concedit.
- 50 Mediolani Sanctus Carolus, & Gubernator in contentionem veniunt.
- 51 Inde etiam inter Nostros orta dissensio.
- tis, tum ad copiosam messem tam frequentis Urbis maiore operarum numero, & conatu legendam, tum ad Collegij leuamentum cæpta hoc anno. Claudius Aquatius, antequam Romam accerleretur, pro nota Neapolitanorum liberalitate in pijs, vbi inchoata sunt, prouehendis, audendum ratus, & admouendam operi manum; ædes, quæ in præsentia non mala ad manum erant, prope Sedem Nidi, interim dum meliorum facultas offerretur, emendas censuit. Eò traductis professis, Ioannes Nicolaus de Notarijs præpositus, qui Romanam Prouinciam rexerat, Prouinciæ autem Neapolitanæ Pater Alfonso Scariiglia præfectus est. Dum Patres noua in domo Professorum opera expeditiùs tractant, additus Collegis est feruor, vt festis diebus per fora, & compita dispersi ad confessionem, & odium peccatorum turbam popularem adhortarentur. Quæ munerata annis deinceps consequentibus incredibili successu retenta. Domus autem Aleti cæpta in Collegium versa est, Raphaële Staiuanus census annuos tribuente: quos cum initio cunctaretur recipere Euerardus, ne fortè Aletinos offenderet; cuncti ferè Nobiles priuatim, ac publicè datis literis, vehementer vt reciperet flagitarunt. Anno insequenti tres literarum apertæ Scholæ, plausu, fructuque votis omnium pari. Neapolitanam Prouinciam sub anni finem Carolus Regius ex Procuratorum conuentu in Siciliam rediens inspectare iussus est. Ad visendam Mediolanensem, absoluta Romanæ recognitione, Sebastianus Morales est missus. Et erant res eius Prouinciæ non nihil afflictæ. Genuense Collegium inter pestilentiam, ac famem, quæ Ciuitatem vniuersam miserimis modis exercuere, consistabatur. Qua in calamitate suam Respublica, & viri locupletiores exercere pietatem. Socij & consilio, & opera præsto fuere. Magistratu postulante ad Nosocomium morbidorum missus Pater Ioannes Augustinus Andora: qui tanto ardore, gaudioque perrexit; vt admirationem omnibus commoueret: tamque effusè in miserorum se impendit obsequia, vt tertio die hausta ex contactu morte, sui grauissimo relicto desiderio, extinctus sit. Inualecente malo certæ per Urbem destinatæ ædes, in quibus diuersarentur Religiosi ad audiendas pestilentium confessiones expositi. Et Patres ad faciendum alijs exemplo animum, vnam sibi delegere in Urbis parte grauissima. Quare duo Sacerdotes Iulius Palmerius, & Ioannes Martinus, qui ibi summis precibus, vt collocarentur impetrauerant, citiùs mense ambo percussi cecidere. Nec modò Ciuibus, sed etiam exteris opera fideliter nauata est: magnoque in primis militum Hispanorum numero, quos ab maritima vexatione in tempestate sanissima morbi letiferi corripuerant. Inuasit postremò & Collegium lues, duosque Fratres extinxit. Ceterorum parti ad perfugium singulari humanitate Siluester Catanus suburbanum suum concessit, sacello ibi propterea extructo, nec sine magno impendio ad Religiosorum commoda domicilio exornato. Mediolani Societatem haud paulò magis metuenda peste Satan ambibat. Suborta inter Gubernatorem, & sanctum Archiepiscopum Borromæum de iure administrationis controuersia, vt Ciuitas, ita Patrum quidam diuisi in partes sunt. Ea est populi conditio, vt quæ seueriora sunt, admiretur facta, dum sunt oderit: quia virtus experimento insuauior est, sed fructu dulcissima, tum cum operis difficultate, quæ ingrata est, præterlapsa, pura manet honesti facies. Ita plerique integerrimum Cardinalis zelum ferre non poterant. Et quia plurimum cum aliorum Patrum, tum maxime Patris Francisci Adorni opera utebatur; serpebat rumor, pleraque eius consilia, & facta ab Societatis hominibus proficisci. Inde sebat, vt quò liberior est in imbecilliores inuidia, eò grauior in Societatem ingrueret. Eam ob rem Prouincialis Peruscius parciùs existimabat vtendum Cardinalis benignitate. Adornus verò vel nutus Sanctissimi Antistitis præuertendos. Eaque diuersitas sententiarum manabat ad membra. Accessit inconsideratus cuiusdam Concionatoris è Nostri ardor, quem quòd è suggestu Gubernatori fauere, & Cardinalis acta visus est perstringere; is concione interdictum, imminuti iuris Ecclesiastici reum fecit. Quæ res apud populum quidem, ac Nobilitatem Societati gratiam quæsiuit, sed Euerardus Generalis acerbissimè tulit. Romanæ causa

causa transfertur, & Concionator accitur: qui ne qua in Ordinem vniuersum lahes maneret; Præpositi quaestionibus fidei domesticam custodiam permisere. Anceps erat negotium, nec audebant Patres vrgere Cardinalis optimi, deque Societate optimè meriti verecundia: tamen pro culpæ leuitate, cum in doctrina nihil, sed tantum in prudentia quiddam peccatum esset; breui confectum: iussuque Euerardi Claudius Prouincialis ad Sanctum Antistitem ( cum per eos dies Romam venisset ) ipsummet Concionatorem perduxit, quem Cardinalis erroris suppliciter petentem veniam christiana excepit indulgentia. Ita odiosissimæ causæ feliciter finis impositus, deterfa omni animorum amaritudine. Hoc enim dissidiorum inter bonos ingenium est, vt exerceant, non minuant caritatem. Quin optimus Cardinalis cum eadem beneuolentiæ significationem erga Societatem præ se semper tulisset, & hoc propriè anno primum Mediolani, quo die Sancti Fidelis Templum apertum est, post sacrum in eo magnificè factum, conuiuia se Patribus, cum suorum honestissimis, commodato, deinde Romæ post adita perbenignè cetera Societatis domicilia, Collegij cohonestata mensa, illud addidit beneficium, quod iamdudum petebatur, vt Seminarij Mediolanensis procuracione Societatem exoneraret. Hoc igitur rerum Mediolanensium statu peropportunos, ad fibras omnes elidendas domesticæ dissensionis, aduentus Sebastiani moralis Visitatoris fuit. E Taurinensi Collegio in Vallem Perosæ Petrus Regius, & Ioannes Leonius Sacerdotes, Ducis Sabaudi postulatu, missi egregios peperere fructus. Inuit populi studia liberatus sub primum aduentum ab vexatione Dæmonis Energumenus. Quo facto cum vehementer commotus oculos ad veritatem intenderet, erroris ministros acris cura incessit. Itaque ad consuetas fraudes conuersi, illustrem de Patrum sanctimonia sparsam opinionem vt infuscarent; duas inducunt feminas, quæ violatas se ab ijs, voluntariam publicè ad Templi fores subeundo pœnam, vt ibi mos est, profiterentur. Sed vt in Sancti Athanasij calumniatores, ita hic in ipsos fraudis architectos fraus vertit. Quippe interrogatæ diligenter à Prætoris feminæ, nec multum versatæ, planè confessæ sunt sese à Ministris subornatas: neque eos Patres, quos criminabantur, villo modo sibi notos, aut vnquam inspectos. Quo tactum est, vt nihil offererit messis vbertati calumnia.

Interim in Sueciæ expeditionis successu animi erant plerorumque intenti. Nam Possenuus Romam superiore anno, vti tum demonstraui, reuersus, rebus diligenter peractis, rursus in Sueciam Pontificis iussu iter intendit, magnam vim catholicorum librorum, quos vbique fereret, secum vehens: acceptisque à Pontifice literis, cum ad alios ex itinere Principes, tum ad Regem Suecum, per quas hortabatur, vt fidenter, & apertè religionis causam susceperet, prudentia carnis posthabita, quæ sæpè inimica est Deo: Diuinam haud dubiè opem in promptu fore, & plurimùm catholicos Principes gauisuros. Quare, quos sibi Deus commendasset populos, eos ad verum cultum traduceret: ac trium Regnorum coronis, quartam hanc pretiosissimam adderet. Dedit & ad Reginam literas Pontifex consolans, hortansque, vt filios in religione sancta enutrients, ab eorum diligentissimè arceret vsu, quorum pestifer sermo serpit, vt cancer. Principi quoque Sigismundo benignissimè respondens, de pietate gratulabatur: quem tanquam filium carissimum complectens, commendabat plurimùm, bonaque celestis auxiliij spe complebat. Supererat adhuc in ea vastitate, horridaque hæresum sylua, quasi floridus, & conclusus hortulus, Cænobium Virginum Vastensis in Vestrogothia; & ad has Sanctissimus Pater literas, & mandata Possenuino dedit. Addidit plenam indulgentiam ijs, qui redirent ad sanctæ Ecclesiæ complexum, in diem, quo arbitrato suo electo, de peccatis rite confessi communicarent. Alijs item fidelibus ad annos viginti proximos eandem concessit quater in anno in præcipuis festis. Inter cetera retulerat Possenuus Pontifici Cracouię in Vrbe regia Poloniæ pietatem catholicam summum adire desiderium: quam ob rem iussu Pontificis in eam expeditionem par Sacerdotum eximium destinavit Aloysium Odescalcum nobilem Nouocomensem, qui bis philo-

52  
Noster Concionator inconfideratè loquens place: populo non Euerardo qui cum Romam vocat.

53  
Concionator à S. Carolo supplicem veniam petit.

54  
S. Carolus non solum reconciliatur, verum etiam beneuolentiæ signa in Societatem profert.

55  
Petrus Regius & Io. Leonius ex Taurinensi Collegio in Vallem Perosæ mittuntur.

56  
Energumenum liberant.

57  
Hæreticorum Ministri calumniam Patribus imponunt.

58  
Patrum innocentia apertè probatur.

59  
Possenuus in Sueciam reuertitur multos catholicos libros cohaucens.

60  
Literas Pontificis ad Principes ex itinere & ad Regem Sueciæ defert.

61  
Tum ad Reginam.

62  
Tum ad Sigismundum Principem.

63  
Tum ad Moniales Vastensis Monasterij.



- 64 Aloysius Odescaicus, & Basilius Cerinus Pontificis iussu mittuntur in Cracouiam.
- 65 Io. Ardolfus, & Nicolaus Milonius Collegij Germanici alumni Possuinum in Sueciam comitantur.
- 66 Possuinus Monachium venit, & cum Bauariæ Duce multa in religionis bonum tractat.
- 67 Rheni Comes insidias Possuino parat.
- 68 Episcopus Rossensis non Possuinum in eas insidias incidit.
- 69 Pilsnensis Ciuitas incorruptam fidem seruauit.
- 70 Literas Pontificis Pilsnenses magna religione suspiciunt.
- 71 Possuinus cum commendatitijs Cæsaris literis Olomucium venit.
- 72 Olomucense Seminarium instituitur.
- 73 Ad quid teneantur in illud ingressuri.
- philosophiam vniuersam Romæ exposuerat, & Basilius Cerinus, qui biennium Theologiam Louanij tradiderat: cum his, & duobus præterea Collegij Germanici Sacerdotibus alumnis Ioanne Ardolfo, & Nicolao Milonio, quorum opera in Suecia vteretur, discessit, in itinere ita instituto, vt christiane virtutis vestigia, & doctrinæ celestis semina, vbique relinqueret. Ineunte Februario in Bauariam Monachium venit, redditisque Alberto Duci à Pontifice literis, duo institit suadere, alterum vt ex vltimis ditionis suæ finibus adolescentes euocaret, quos deinde rectè institutos, tanquam viuas, & animatas arces in ijs finibus collocaret, non modò ad intercludendum impietati aditum, sed etiam ad pietatem in loca finitima propagandam. Idque quo pronius effici posset, iuberet tertio saltem quoque anno descripta sibi afferri nomina adolescentium, ex quibus idonei legerentur: magnam vel inde gratiam collecturam apud populares, quòd, tanquam Pater familiam recognoscens, paternam illorum curam præferret. Deinde suavit, vt eum in Germaniæ plagis, quas heresi arripuit, Lutheri, aliorumque similis corruptelæ libri in hospitiorum hypocautis passim proferent, ad externos quoque sensim eadem lue inficiendos; ipsa contra per Bauariam sacra volumina, pias in Euangelia homilias, vitas Sanctorum in publicis diuersorijis proponi iuberet, quæ Germanis vltro citroque comitantibus esca salubris essent. Cæpit agere, & de Augusto Saxonum Duce ad Ecclesiæ gremium inuitando: sed ad ea respondit Albertus rem frustrà tentari. Se paulò ante in Ratisbonensi conuentu solum cum solo serio egisse super ea re: at Saxonem fatentem prope palam erratum, dixisse vltèrius iam fuisse processum, quàm vt esset receptui locus. Adeo miseri mortales videntes, volentesque se ipsi priuant sempiternis bonis, ne inania, & caduca in periculum dent. Monachio Pragæ Possuinum tendentem magno periculo Deus exemit. Georgius Rheni Comes, ac Sueciæ Regis affinis, cum ad Cæsarem peracerbas literas scripisset, conquestus nescio quos ire, & redire in Sueciam, vt Regem illum ab Euangelio deducerent; exploratores constituerat, qui Possuinum, & Socios interciperent. Ecce autem sub id tempus, quo Possuinus iter habebat, Episcopus Rossensis Scorus, dum Cæsar in Galliam redit, intercipitur, quasi is esset, qui Sueciam rem tractaret, eoque pacto Possuinus elapsus Pilsnam venit claræ Boemiæ Ciuitatem, quæ nunquam Vssitico errori, nec Ducis Ferdinandus tempore rebellium quorundam coniurationi subscripsit. Hæc superiore anno cum Possuinus transiret, acceperat à Senatu Pilsnensi literas ad Pontificem, ab eoque referebat responsa, aliasque præterea literas tum proprias Senatui separatim, ac Ciuibus, tum communes, quibus Summus Pontifex Ciuitatem sub perpetuum Diui Petri patrocinium accipiebat. His literis Boemiæ versis, & publicè recitatis, admoniti Ciues à Patre de sanctæ Sedis beneficio, & ad constantiam in religione catholica, quam adhuc præstiterant, incitati; communi gratulatione decernunt, vt is dies, quo literas à Summo Domino accepissent, anniuersaria celebritate festus esset: tum vt publica supplicatione gratijs actis Deo in æde principe monumentum suscepti patrocinij, ac Pontificiæ benignitatis aureis literis poneretur. His Pilsnæ gestis inter magna pericula ex aquis latè stagnantibus ipsa sub cineribus Pragæ ventum est, inde Olomucium commendatitijs literis à Cæsare impetratis. Suaserat Pontifici Maximo Possuinus, ad restituendam religionem in Sueciæ Regnis, duo instituenda Seminararia, alterum Olomucij, alterum Bransbergæ. Hæc quia statim è Suecia nauigantibus occurrit, vicinitate ipsa commoditatem habebat. Olomucium verò secessu, vt eo mitterentur, si quos longius à patria abesse oporteret. Gausi sunt Olomucenses eam præcipuè à Romano Pontifice lectam suæ benignitatis sedem. Conductæ illico ædes, & formari cæpta familia, in quam Alumnis è Suecia, Gothia, Vandalia, Noruegia, Dania, Prussia, Liuania, Moscouia, & Hungaria liceret admitti, nulla vitæ certa ratione, sed tantum restitutione impensarum iniuncta, si quando à recta fide deficerent. Domestica disciplina ad Collegij in Vrbe Germanici formam temperata, Inchoato Olomucij Seminario Cracouiam ad ponendam ibi Societatis

ratis stationem quinque dierum itinere perrexere. Regia Vrbs est Cracouia in minori Polonia ad caput Vistulæ sita, frequens, & opulenta præcipuè salis fodinis. Ceterùm eo statu rerum, sicut modò significam, vt Religio valde periclitaretur, nec locus in ea fore Societati magnis sine turbis videbatur. Sed vbi maturè consultum est, proque Deo sincerè geritur res; ipse audentes protegit, prouehitque. Aloysius, & Basilius apud Thomam Plazam Diui Thomæ parochum relictî, statim cœperunt conciones habere latinè, suffragante ipso Quadragesimæ tempore, Gregorij Pontificis liberalitate nullis comprehensa terminis suppeditante in victum. Magnæ fuere initio difficultates: reque lentius procedente, vt mox referam, Odescalcus ad latiorems translatus est messem in Transyluaniam, Cirino cum Sacerdote Polono stationem eam tuente. Possseuius paucis diebus ordinandæ stationi Cracouix exactis, ad eamque Cracouiensis Antistitis auctoritate confirmandam, ad quem habebat à Pontifice literas, Illuz profectus, tum Varsovia cum Regina, & Nuncio Pontificio mandata exequutus per Vistulam secundo cursu Gedanum, inde Bransbergam venit. Hic ordinando Seminario viris idoneis præpositis ad Stephanum Regem Vilnam excurrit, magno sanè operæ pretio tum ob alia benè gesta, tum ob pestilentem Volani librum in tempore oppressum. Is Calvinismum per Poloniam spargens aduersus Franciscum Turrianum, & Petrum Scargam, à quibus ante fuerat refutatus, volumen nouum ediderat, eò pestilentius, quòd tum emissum, cum Poloni Dynastæ Vilnam belli causâ, quod contra Moscum Rex apparabat, confluerent, curiosis rerum nouarum ingenijs dira pestis insinuabatur. Et Volanus quorundam patrocinio potentum nixus ipsum Regem, cui librum inscripserat, omni ratione captabat. Ergo cum properato opus esset. Possseuius proxiam ad Stephanum epistolam scripsit, quæ varias in linguas tum versa, tandem latinè edita est cum eius Mosconia. Ea epistola Rex perlecta, iussit in Volanum inquiri, librum suppressi, pollicitus si ad suas veniret manus, confestim in ignem iacturum. At vnus è primarijs Secretarijs, quem iam prope pestifer affatus corruerat, planè ex epistola ea salutem hausit. Insignem erga Possseuinum tum ceteri præ se tulere benignitatem, tum maximè venerandus Antistes Collegij fundator Valerianus. Is plenus dierum bonorum, & podagra decumbens, à discessuro Patre salutatus, iussit hominem genua ante lectum ponere, tum productam paginam, quam singularibus benedictionibus implenerat, super eius verticem recitat: quibus precationibus adiutum se Possseuius in viâ periculis, ac difficultatibus, quæ in Suecia exceperet multum existimauit. Bonus autem Antistes supremo huius anni die obdormiuit in Domino, Collegium satis constabilitum, & priuilegijs Academiæ, à Rege, & Pontifice hoc eodem anno ornatum relinquens. In Cathedrali Templo conditus est, magnifico funere ab Gymnasij auditoribus cohonestatus. At Possseuius Bransbergam reuersus iam paratum instrumentum inueniens, Seminario initium fecit: in quo præ ceteris etiam quidam è Sancti Francisci Ordine (quos Bernardinos ibi nominant) recepti sunt, Pronincialis eorum rogatu, magno sanè commodo pietatis. Subinde Naui, quam Rex è Suecia ad id cum regio Secretario, ac plenis humanitate literis miserat, Regiomonti conscensâ, varia per pericula exeunte Julio StoKolmiam venit habitu cultuque communi Societatis. Iam enim maturum videbatur apertè agere, quò adderetur Catholicis siue notis, siue occultis animus. Neque mox quasi deceptos se querentibus turbandi causâ offerretur Hæreticis. Ceterùm magnæ erant coortæ difficultates. Rex quosdam Catholicos in vincula coniecerat: missum à Catholico Rege Legatum suo conspectu arcebat: quàm cum maximè finitimorum Lutheranorum vim, popularium perfidiam, Caroli fratris potentiam formidabat. Laurentius Noruegius Collegium StoKolmiæ administrans assidue Ministrorum petebatur insidijs: quanquam cum lingua Sueca simul concionaretur, præcipuum ipse rerum munimentum erat. Rex Vpsaliæ agebat Hæreticis cinctus, & Lutheranorum Principum literis, minisque conterritus, magno etiam confessionis Augustanæ volumine à Dauide Chithræo ipsi nouissimè dictato, & ad omnes

74

P. Possseuius Cracouiam venit ad sedem stabilituram.

75

Aloysius, & Basilius Cracouix laboratus à Pontifice aluntur.

76

Odescalcus in Transyluaniam transit Cirinus Cracouix permanet.

77

Possseuius Varsovia cum Regina, ac Nuncio mandata Pontificis exequitur.

78

Bransbergæ Seminarium instituit.

79

Vilnæ Stephanum Regem adit & contra Volanum se opponit.

80

Antistes Collegij fundator Possseuinum discessurum in Sueciam benedictionibus, & gratijs cumulat.

81

Antistitis eiusdem mors.

82

Possseuius Bransbergæ Alumnos in Seminario collocat.

83

Regiomonte in Sueciam missa sibi à Rege nauis soluit.

84

StoKolmiam venit Societatis velle indutus.

85

Multas offendit difficultates.

omnes Regni Proceres misso, à catholica religione reuocatus. Super omnia difficultatem augebant negata à Pontifice, quæ maximè vrgebat Rex, capita, de vsu Calicis populo concedendo, Sacerdotum coniugio, Missa populari idiomate celebranda. Tot inter angustias deprehensus Pater, commendanda Deo cauz, & quantum posset humana industria expediendæ aliquot dies StoKolmiæ substitit: tum venit Vpsaliam, vbi ad Regem admissus, post breuem salutationem publicam, solus, ac sine arbitris in conclauē interius seuocatur. Cupiebat Pater responsa Pontificis non primo congressu referre: sed postquam Rex lectis catholicorum Principum gratulationibus, interpositoque nonnullo spatio primos impetus infregisset; & factus est voti compos. Nam inter colloquendum febri correptus, perque benignè ab Rege dimissus, aliquot dies decubuit: sic tamen, vt nihil intermitteret, quæ ad præparandas res pertinebant, curare: præsertim ad legendos intentus adulescentes, qui in destinata Seminaria mitterentur. Meliusculè eum haberet reuocatus à Rege duarum horarum difficillimo colloquio in exponendis causis, cur ea postulatorum capita Pontifex negasset, laborauit. Sed enim occupauerat ita animum Regis amittendi Regni metus; vt ad veritatis speciem, ac voces, neque oculos posset, neque aures aduertere. Erigere hominem Possuinus, & ad fidendum Deo excitare, reuocare in mentem quæ quàm manifesta recepisset pignora diuinæ tutelæ, cum à fratre sæpè neci expositus, dein quadriennium in custodia habitus, postremo iam Rex varijs coniurationibus patefactis, sine humano penè vilo præsidio, è summis periculis euasisset: A Domino, inquit, factum est istud, Rex, cuius dextera non elanguit: quin ita potest, polletque; vt quod hominum mens non assequitur, id si certam Deo, ex Vicarij eius interpretatione, habeas fidem, tam sancta, & gloriosa cepta perductura ad exitum sit. His nonnihil commoto Rege finitus est sermo, nonne tractationi loco relicto. Interea domi quotidie sacra faciebant Patres, ac diebus festis concio habebatur germanicè à Nicolao Milonio, ad quam Nobiles Aulici, & filius etiam Regis spurius ventitabant: cum, ad solatium in tanta sterilitate soli, adfuit clanculum fenex rusticus ex intimis syluis, antiquam se fidem tenuisse asseuerans: auditoque Patrum aduentu, peccata expiatorum prodijisse, quod ab anno penè quadragesimo Sacerdotem nancisci non potuisset. Promit Rosarij partem, quod sæpè auulsum sibi è manibus, atque odio religionis à Ministris dispersum semper collegerat, ac seruauit in auitæ pietatis monumentum. Expulsus, diuinoque pabulo primus Vpsaliæ è gente Sueca refectus, ad suas sylvas plenus gaudio remeavit. Ita sibi Deus miris modis ex omni gente segregat, quos infinitæ eius sapientiæ, bonitatisque visum est. Illud Patribus apud Regiam versantibus Varseuitio, ac Visocio priuatim solatio accidit. In Templo, quod olim Archiepiscopale fuit, Sancti Erici Regis, ac martyris ossa ex vrna lignea in argenteam inauratam transtulere inter Litanias, & pia carmina, Hæreticis ministris, quos excluderant, audientibus ad fenestras, atque ringentibus. Sed electionis diuinæ in eo quoque illustre documentum conspectum est. Reuersi StoKolmiam Patribus, ac mox Rege sequuto, Tartari legati duo, quorum alteri Zaccariæ, alteri Antonio nomen erat, ex taurica Chersoneso, qui Præcopenfes dicuntur, cum sex famulis, & nobili Polono appellunt, operam, militemque Sueciæ Regi sui Principis nomine oblaturi. Hos Possuino Vilnæ Rex Stephanus commendarat. Rex verò Sueciæ, nec dum benè cognitos in custodiam dat: quæ fuit causa eorum salutis. Nam cum se Possuino, qui apud Regem fauit, penitus, totosque permisissent; arrepta inde occasione interioris commercij, demum cum Ecclesia reconciliati, bisque diuino refecti pabulo, donis, regijque ornati literis, ad hæc pijs libellis, rosarijs, iconibus, numismatibus donati à Possuino, Societatis in se beneficentiam prædicantes abiere, multa polliciti. Interim res Sueciæ grauius turbantur. Carolus Regis frater, Germanique Proceres quidam, & Legati à Lubeca superueniunt, qui vnà cum aliquot è regio Consilio, totum cierent Regem. Is inde Possuinum sæpè perstringere, conquerique quoddam nihil à Pontifice retulisset: vrgeri Laurentium, vt si Collo-

86  
Vpsaliæ Regem conuenit.

87  
Rex Possuinum benignè excepit.

88  
Possuinus à Rege inane timorem amouet.

89  
Nicolaus Milonius germanicè concionatur.

90  
Senex rusticus inter Hæreticos catholicam fidem custodit.

91  
S. Erici reliquia honorificè transtulatur.

92  
Legati Tartarorum ad Regem Sueciæ missi.

93  
In carcere custodiuntur.

94  
Hac occasione à Possuino Ecclesiæ reconciliantur.

95  
Libertate honorificè donantur.

96  
In Possuinum conspiratio.

gium obtinere velit, obstringat se sacramento in verba Regis, & sacrum lingua Sueca facere, ac sub vtraque specie Eucharistiam porrigere animum inducat. Demum aperte causas querere religionis negotium abrumpendi. Itaque cum Laurentius libertate Sacerdote religioso digna respondisset, se alieno arbitrio vivere, nil præter sui Præsidis iurum facturum: neque ignorare Regem à quo venisset, & quam ob rem. Se, si Rex permittat, concionaturum sic, vt nullam præberet turbæ causam: nisi id velit, nunquam tamen orationes ad Deum pro eius Maiestate intermissurum. Consilio inter se habito Patres, diuque re Spiritui Sancto commendata, ad vltima prope tentanda, intimo Regis Secretario, ipsisque peramico sat longum scriptum per opportunitatem Regi recitandum tradunt, cuius hæc erat summa. A Pontifice Maximo Regis Sueciæ Legatus Pontus à Guardia, cum Sacerdotem petisset catholicum, missum Antonium, & nuper, nequid officij prætermittetur, remissum. Nullis eum pepercisse incommodis, nec periculis, nec vitæ ipsi. Perhonorificum christianis Principibus de pietate Sueci Regis testimonium edidisse. Restare religionis negotium, cum quo & Matrimonium, quod Rex inter Principem filium, & sororem Cæsaris optabat fieri, & amicitia cum Rege catholico coniuncta essent. Quod religionis negotium si minus consecraretur; præterquamquod Summus Pontifex, alijque Principes data sibi verba merito crederent; videret Rex ne ingrati animi crimine apud Deum reus, Christianis Dynastis, cunctis Europæ populis, denique posteritati, cui illustrissimum exemplum, & immortale decus posset asferre, ludibrio esset. Proinde recordaretur sextumdecimum Maij diem anni superioris, cum Patri catholicè confessus, absolute percepta, ita post multas lacrimas in eius complexum irruit, vt in ea verè Christiano, verè Rege digna verba erumperet: Ego te amplector, & catholicam Ecclesiam in æternum spondens, nec sub vtraque specie communicaturum, nec super ea moliturum quicquam, nisi qua ratione Sanctus Spiritus per os supremi Antistitis, ad quem Patrem idcirco remittebat, sibi faciendum esse significaret. Hæc omnia Pontifici, Cæsari, aliisque nonnullis Principibus, quanquam secretò, tamen planè nunciata, quòd ad veram dignitatem, & ad negotia promouenda Regis momentum ingens haberent. Neque aliunde tanta Pontificis, Cæsaris, ac ceterorum Principum catholicorum studia amicitiam eius expetentium profecta, quàm quòd illum tanta cum laude audierint catholicæ religionis restitutionem meditari. Neque Deum, neque Christianos Dynastas aliud petere ex Suecia; nisi quòd ad Regis, & Regni commodum, ac decus spectat. Interim, quod & Tartari ipsi, ac Turcæ permittunt, saltem concedat, vt Catholici suum habeant Templum, & liceat, si quis velit, ad Catholicos sese adiungere. Si Rex, vt est perspicaci ingenio, interius inspiciat, quòd tendant terroculamenta à maleuolis obiectari solita; intellectuum ed spectare, vt cum aliorum Principum bona existimatione, & amicitia nudatus esset, ipsi in rerum administrationem insinuent se, ac fidelissimo quoque familiarium Regis a legato, eum quasi constrictum vinculis teneant, suo cuncta nutu ferant, agantque. Sanè suis oculis statum religionis Possuinum vidisse in Gothia, & Suecia, intelligereque multis ex rebus, colloquiisque multorum, eos populos nihil ardentius expetere, quàm vt Rex aperiret sese catholicum: sanguinem pro ea re deinde, si opus sit, libentissimè profuturos: nec aliam causam asferre cur se ipsi non prodant; nisi quòd minis, & metu deterreantur. De Laurentio verò Noruego Regem ipsum testificatum sine illo multa, quæ ad pietatem attinent nunquam potuisse promoueri: susceptos ab illo labores sine vilo stipendio, in summis victus angustijs, potuisse mundo testari quorsum eius studia spectent. Si non concedit Regi Apostolica Sedes aliquarum rerum dispensationem; sapientem eum esse, qui possit intelligere nullo id odio, aut errore effici, cum Concilia legitima, & generalia plures annos habita sint ea de re: cumque filiorum sit non præscribere matri, sed obedire, eique matri, quæ est columna, & firmamentum veritatis. Si Ministri rationes Sanctæ Ecclesiæ, quas impune è suggestis vexant, velint audire; faciliè eos doceri posse. Si

97  
Tum in Laurentium.98  
Laurentij libertatis responsum.99  
Libellos supplex à Patribus Regi traditus.

Rex propagandæ catholicæ pietati seridè insistat; per Sanctorum Patrum scripta, legitimisque Doctores, & eos, qui non ex se currunt, sed ritè mittuntur, fore ut breui suos populos è tenebris Lutheranismi euoluat, sempiternamque sibi coronam pareat in Cælo. Id autem facillimum factu esse, quicquid veritatis hostes, trepidantes ubi non est timor, Regnorum euerfionem vaticinentur. Satis enim vel hoc seculo perspectum hæresibus, non catholica fide regna euerti. Diuine, quæ sibi ad hanc diem perpetuò adfuisse, dexteræ vim, ac præsentiam reputans, sine dubio crederet quantò diuinam causam fortius gereret, tantò eam validius affuturam: cum quod infirmum est Dei, potentius sit omnibus hominibus. Hoc scripto Rex distrahebatur animo, & miserè torquebatur, hinc conscientia, excitataque de se tot apud Principes expectatione, hinc iniectis maleuolorum astu terroribus miserè lacerantibus. Hoc enim meritò supplicium luunt in causa diuina segnes, atque degeneres, ut luctentur secum, ac ne caducorum quidem bonorum, quorum causà vera contemnunt, frui suauitate possint. Tamen placatus non nihil est Patribus, & Collegio alimenta, quæ modò negauerat, suppeditauit paulò benignius, cum rebus vsque eò incommodis pestilentia incubuit. Dei famuli nequaquam animum desponderunt: sed quantò maioribus urgebantur angustijs, tantò impensius ad coniungendos se cum summa bonitate, expiandos, ornandosque virtutibus insistebant: exhortationibus domesticis, sacrificijs, spiritualibus etiam repetitis exercitijs sanè peropportunè. Nam ipso quoque Patrum Diuersorio lues occupato, Gabrielem Paulonium de Societate adulescentem obedientia præsertim insignem, sacrosanctis mysterijs præparatum eripuit: tum duos adulescentes Suecos, qui domesticis in muneribus Patres inuabant: quos omnes Pater Laurentius ritu catholico sepeliuit. Appetebat dies Sanctis omnibus sacer, in quem Iobelæum pauculos inter Catholicos, & nonnullos recens conuersos edictum fuerat. Ijs dicta die expiatis, increbescens periculo, ad paruam Insulam saxeam, & syluestrem, ut fere sunt omnes in eo tractu, Collegio attributam, cum parte familiæ, Possuinus migravit. Tugurium concinnant ligneum horrido loco, perangustum, nullis discretum conclauibus: tantum in angulo paulò cultius excitata Ara, ubi quotidie sacrosancta hostia litabatur: ac Socij, ut in plurima mortis imagine vndique obuersante, vitali pane muniebantur. Vita omnis, cum plerique domesticorum spiritualibus exercitationibus excolerentur, antiquis Anachoretis erat simillima. Nulla erat facultas proximos adiutandi: tantum rustici quidam, qui plana Insulæ filiginis utcumque feracia excolebant, aduocabantur ad Litania: quibus cum precationem satis longam Possuinus adijceret latinè, qua Sueciam Deo commendabat; eadem ab interprete per singulas periodos Sueco idiomate clara voce pronuntiabatur. Ita cultus sincerus, & Sanctorum inuocatio rudibus illis sensim instillabatur. Quippe (quod miserationem plurimum mouet) gens simplex, ac bona quoscunque nanciscatur, duces, ac magistros vel ad vitam, vel ad mortem sectatur. Eodem tempore StoKolmiæ, dum abest aula, magistratus silet, minorque obseruantium turba est, catechismus Canisij paruus Suecè versus typis est datus, latè per ea loca ferendus. Germanicè item mille quingenti impressi. Extremum anni tempus in Regina prædio sub StoKolmiam Toruesfundio nomine Possuinus egit cum suis: Præfecto Insulæ, & Finlando adulescente, alijsque pauculis Deo restitutis. Laurentius in Vrbe præsentis animo operam suam mouentibus exhibens, non tamen multos potuit pellicere, ut vel supremo spiritu cogitationem susciperent æternæ salutis. Quin potius inter pestilentiam ebrietas, & spurcicia omnis grassabatur. Tantum hæresis humanæ gentis occæcat animos, moresque corrumpit. Illud curæ erat Ministris, quemadmodum ex morientibus quæstum quàm vberimum facerent. Itaque persuaserant plebi summo honore fore, si ad demortui corpus concio funebri haberetur, pro singulis talerum exigentes. Hac arte benè saginati nullas de cetero supplicationes, nulla placamenta Deo offerebant. Varfeuitius, & Vifocius apud Regnam, quæ cum Rege Araosiam secesserat, præclarè operam posuere, præsertim promulgato Iobelæo,

cuius

100

Regis commotio supplicii libello perlecto.

101

Gabriel Paulonius peste eripitur.

102

Patres in syluestrem Insulam se recipiunt, ne peste confamantur.

103

Ibi incommodè sed piè viuunt.

104

Catechismus Canisij Suecè imprimitur.

105

Hæretici in peste nihil recipiunt.

106

Auaritiam exercent.

107

Varfeuitius, &amp; Vifocius apud Regnam benè rem gerunt.

cuius causa Regina, ceterique Catholici penè omnes generales totius vitæ confessiones habuere. Sed & ipsos procella corripuit. Nam cum Rex Sigismundum Principem filium soleret sæpè ad conciones hæreticas, & sacra execranda Lutheranorum accire: Varseuitius Reginam monendam censuit, vt caueret, ne adolescens ad id ætatis in fide catholica enutritus, iamque designatus Rex, opiniones prauas hauriret. Ea protinus accersitum Principem de periculo salutis admonuit. Is captato tempore Regi modestè significat, malle se regno, vitæque privari, quàm sacris Hæreticorum interesse. Exarsit furore Rex, & innocentem adolescentulum sapius in facie verberauit. Tum furorem vertit in Patres, verbera ijs, carcerem, exilium, comminari. Hi nulla re de statu vocationis suæ eam ob rem, Deo miserante, dimoti, Secretarijs regijs hæc tandem, præter alia multa, responderunt: Ipsos quidem nullas discordias serere: at lætari vehementer Regis, Reginæque concordiam, precarique Deum, vt perpetuam velit, & auget. Principi non contumaciæ, sed obsequij, & reuerentiæ, quæ regis Maiestati debetur, auctores esse. Verùm vbi diuina violetur Maiestas; dissimulare non posse: tum enim Deo potiùs, quàm hominibus obediendum. Videre autem ipsos Principem, dum sacris Suecis cogitur interesse; piaculum ingens concipere. Quamobrem rogare etiam, atque etiam Regem, vt nolit animam filij innocentis ab gratia Dei alienatam pertrahere in interitum sempiternum. Hac libera, modestaque oratione, res factæ quietiores. Sed mira sunt sempiternæ mentis consilia. Dum pietati aditus in Suecia intercluditur; in Transyluania aperitur penè fortuito.

Agebat Agris, vt anno superiore narratum est, Ioannes Lelesius. Eum Ioannes Callai vir nobilis, fama viri commotus, ab Agriensibus Canonicis impetratum suos in pagos accersit. Non multum apud eum profecit, sed in tres incidens Transyluanos, qui sacrorum ordinum causa ad Episcopum Canauensem venerant, audientisque ex ijs de parata in Transyluania messe, oblatam sibi diuinitus occasionem ratus; expeditus, ac leuis, nullo vitæ subsidio munitus, omnium rerum egenus, stipem tantum largiente Nobili Hungaro, dat sese in Vriam. Varadini, quam primam Urbem Transyluanis iniit, publica gratulatione excepto hospitium adornant, æconomum destinant, publico ære suppeditant victum. Sed Pater ad Christophorum Bathorum Vainodam Stephani Regis fratrem festinans, postridie se, quanquam ægrè, ex eorum manibus explicauit: qui faustis precationibus, & pecunia in eleemosynam prosequuti sunt abeuntem. Tertio die Claudiopolim, quod Colosuar Hungaricè est, Francisci Davidis Trinitariorum Antesignani quidem peruēnit. Hic vbi inauditum, adesse Iesuitam; lumen cælitus affulsisse bonis diceret. Turmatim accurrunt, ad genua accidunt, manus, vestes, quod prehendere quisque poterat, osculantur, lacrimis, & singultibus includentibus verba. Commorant & Patri viscera: atque vt statum regionis intelligens, inter prandendum tres sat grandi natu baptismo perfudit: totum diem in eo ministerio posturus, si consilium fuisset subsistere. Aliquot præterea in itinere baptizatis, Albam Iuliam ad Principem venit. Exultare ille lætitia, omni benignitatis officio prosequi hospitem, vetare abscedere: quin se quamplurimos primo quoque tempore ei Socios accituros. Protinus sedem Claudiopoli Collegio destinat, datque ad Summum Pontificem, & Patrem Generalem literas, ad Patres Prouinciæ Austriæ, ad suum fratrem Prouinciæ Regem: contestans exiguo tempore innumeros prope mortales partim infirmos in fide, ac nutantes statutos, partim falsis opinionibus irretitos ad veram pietatem Lelesij concionibus, innocentique vita traductos: addito in literis ad Regem Stephanum, quo die eas literas ipse dederat, eo die quadraginta Arrianos suscepisse baptismum. Illum opportunissimum esse Societatis inducendæ articulum, cum Hæresarcha David, nouis opinionum monstris progeneratis, ex odio populi datus esset in carcerem. Hæc fecere, vt Romæ Pontifex, Stephanus in Polonia sedulo vrgerent rem. Itaque lectos decem Socios Prouincialis Prouinciæ Sunyerus ipsis Kalendis Octobribus Claudiopolim induxit. In his Iacobum Vangron-

108

Varseuitius Sigismundum Regis filium ab Hæreticorum concionibus reuocare curat.

109

Rex iratus filium in faciem cedit, & Patribus multa minatur.

110

Patrum ad Regem responsio.

111

Rex non nihil mitescit.

112

Io. Lelesij in Transyluaniam Missio.

113

Missiois occasio.

114

Varadium primum venit, vbi honorificè excipitur.

115

Tum Claudiopolim.

116

Aliquos baptizat.

117

Albam Iuliam ad Principem venit.

118

Claudiopoli Collegium à Principe destinatur.

119

Inuectis decem Socijs, Collegium extra Urbem inchoatur.

120  
Caluiniani Mi-  
nistri oblu-  
tantur.

121  
Stephanus Po-  
loniæ Rex in  
religiosorum  
dispositione se  
disponere recu-  
sat.

122  
Et Rodolphus  
Imperator ead-  
em facit.

123  
Quantum Re-  
ligionibus obli-  
tata admini-  
stratio extrinse-  
cus impeditur.

124  
Pragæ Nostri  
Boëmicam lin-  
guam ad Boë-  
morum salutem  
addiderunt.

125  
Marcus Pitho-  
dius Sabatiam  
Episcopum ad-  
iuratus mitti-  
tur.

126  
Gregorius Va-  
lentina Ingolsta-  
diæ Hæreticis  
infectus.

127  
Albertus Bava-  
riæ Dux moni-  
tur.

128  
Io. Berchenfis  
Coloniæ moti-  
ui laudes.

tium, qui ceteris præfesset, ab Vilnensi Collegio, quod regebat, & Aloyfium Odescalcum latinè concionaturum ab Cracouensi sede translatos. Nullum prope tota in Transyluania reliquum erat Templum ea tempestate, quod non occupassent Hæretici. Ac ne ipse quidem Princeps, nisi domi priuatum diuini mysterijs, & prædicationibus audebat interesse. Societati attributa sedes est in Abbatia Colosmonstra nomine, extra Urbem, verùm adiuncta suburbijs. Sed illud admiratione non caruit, fuisse in conuentu Prouinciæ Societatem liberè admissam, vt cuncta, quæ soleret, tractaret munera. Et Caluiniani quidem prædicantes strenuè obluabantur, vt Nobilitas, quamuis & ipsa hæretica superauit, Magistrorum cupidine, qui lapsam omnino institutionem tenere ætatis, vnde barbaries, & cuncta vitia succreuerant, reuocarent. Momentum tamen maximum erat in Principe: qui cum rebus ceteris, tum studio veri cultus, germanitate Stephani Regis se dignum præstabat. Sed Stephani supra ceteras laudes digna quoque relatu est modestia, & sapientia singularis. Nam cum Societatis opera plurimum vteretur; in operarum delectu, aut distributione nil sibi penitus assumebat, cuncta integra Societatis relinquens Præsidibus. Itaque quamuis Patris Vianæ labores admodum probaret; tamen reuocante eum Eue- rardo, ne aula vsu nimio religiosæ disciplinæ vis relaxaretur, moram nullam iniicit. Quo de beneficio Regi rescribens Pater Generalis: Simul, inquit, Ma- iestatis vestræ sapientiam admirati sumus, quæ id planè perspexerit, quod res est: Nullam posse religiosæ disciplinæ maiorem plagam afferri, quàm si eius libera administratio extrinsecus impediatur. Hac igitur vtens sapientia, cum item Societati Nepotem suum erudiendum permitteret; id voluit citra tamen disci- plinæ domesticæ incommodum fieri. Pari moderatione Rodolphus Cæsar eum Patrem Ioannem Mesquitum vellet perpetuum detineri aulæ suæ Prædicatorem: postquam id Societati reque, & exemplo perniciosum cognouit fore; incepto destitit: contentus opera eius vti, quandiu Moderatoribus videretur. Nec du- bium est, quin hanc sapientem modestiam, si cuncti Principes possent perdisce- re, haud paulò magis fideles, & opportunos haberent ab religiosiis familijs ad- ministratos. Norunt enim Præsides, quæ cuique facultas, quid spiritualium vi- rium sit: ac nisi extrinsecus retardentur; in tempore adhibent remedia: quibus tum religiosæ familiæ disciplina, & fama, tum Principibus administratorum vtilitas conferuetur.

Hoc anno Pragæ, quò vberius consili Boëmis posset, certa attributa domi est hora Boëmicæ linguæ discendæ, cæptique pueri christiana rudimenta doceri Boëmicè. Draconitij Iauriensis Episcopi, regniq; Hungarici Cancellarij postulatu ad Ciuitatem eius Sabariam missus est Pater Marcus Pithodius. Syno- dum celebravit Antistes octoginta Præfulum conuentu. Pater in ea pro concio- ne de Sacerdotibus veris, eorumque celibatu diseruit optato successu, Hæreti- cis non audentibus contra mutire, multisque Ecclesiæ restitutis. Socium verò eius Antistes pueris edocendis præposuit, dum catholicus ludimagister inueni- retur. Per id tempus Gregorij Valentia nomen terrori maximè erat Hæreticis. Hic Ingolstadij Theologiam proficens, Sapientis præcepto, qui iubet stulto responderi iuxta eius stultitiam, ne sibi sapiens videatur, acriter impios flagel- labat, & fortiter veritatis laqueis irretiebat. Nominatum autem Herbrandi, quem si Moderatores permisissent, prouocare ad publicum certamen statuerat, loquacitatem, & maledicentiam retudit, qua Tubingæ in Societatem iatrabat. Amisit optimè de se meritum Societas hoc anno Bavaricæ Ducem Albertum In- golstadiani, & Monachienfis Collegij Fundatorem, ac perpetuum inde à pri- mordio Ordinis nostri patronum: amisit & magnum columen Catholica religio. Sed damnum resarsit Guilielmus, qui non magis dignitatis, & coronæ, quàm pietatis paternæ hereditatem accepit. Duos memorandæ virtutis Fratres Cæ- lo dedit Colonia Ioannem Berchensem, & Guilielmum Peshium. Ioannes in Ianitoris munere primùm ita versatus, suo vt exemplo, piaque consuetudine non domesticis modò satisfaceret; sed multùm quoque prodesset externis. Deinde

de ædituus factus, dum similis perseverat sibi, inque Sacelli cura, ornatu altarium, loci splendore industriam, ac diligentiam adhibet singularem; inter vestiendos parietes fallente vestigio lapsus è scalis, & crure contracto, acerbissimo dolore ex distortionem nervorum extinctus est. Guilielmus Collegij erat obsonator simplicitatis candidissimæ, à qua non abesset necessaria eius procuratori solertia: idemque ita potens sui, ac Deo assuetus; vt in procuracione adeo mentis & curarum rapaci, nunquam serenam tranquillitatis suæ vultum mutaret, nunquam segregari ab conspectu, vsuque Dei iucundissimo videretur. Horum loco copiosam inxtra, atque egregiam sobolem, ad aliarum quoque Prouinciarum subsidia, Prouincialis Costeri in primis eximia ad id piscationis genus facultas suffecit. Peregrè interim multa præclare gesta, Aquisgrani præcipuè, vbi Pater Macherentinus, id quod sapius frustra tentatum fuerat, tandem expressit, vt in Ducis Iulia schola præcipua Catechismus Canisij iuuentuti prælegeretur, explosis Monhemij de rebus fidei tumultuosis questionibus

Interim Prouinciam Belgicam bella, & pestilentia deuastabant. Belli vis, Traiccto ab Alexandro Farnesio Parmensi Principe expugnato, & pace cum duabus Prouincijs Annonia, & Arthesia facta, nonnihil remisit. At pestilentia Louanij, Leodij, & alibi recrudescens multos mortales absumpsit, atque è Societate Viros insignes. Leodij domicilij eius præses Nicolaus Minutius, Ægidius Gibbarius, & Ludouicus Frater Coadiutor cecidere. Huic, quem ob columbinam simplicitatem, vitæque integritatem amantissimè cuncti venerabantur, solennes exequias vltro Ciues in Paræcijs omnibus, Religiosorumque Cœnobijs celebrandas curarunt: in emptoris ministerio, quod obibat, virtute populo euulgata. Eadem celebritate Minutij cohonestarunt excessum. Vixerat in Societate ab anno millesimo quingentesimo quinquagesimo primo quietè, modestè, obedienter. Patria erat Dionantinus. Neapoli ab Collegij eius initio supra octo annos egit: inde in Galliam: postremò in Belgium missus grammaticam latinam & græcam ad duodecim annos, aliquandiu etiam hæbraicam docuit. Duaci Pater Balduinus Hanguart integerrimæ vitæ pridie Natalis Sancti Ioannis Baptistæ obiit, quem Iulio insequenti quinque secuti sunt Fratres. Sed Louanij flos virorum amissus, Pater Rainerus Rainerij, Andreas Boccatius, Arnoldus Hæsius, Ioannes Iacobi Astenfis. Postremus, quem nominati, vtili multis populis peregrinatione perfunctus, cum Louanium fractus laboribus redijisset, beato sine requieuit. Societatem anno millesimo quingentesimo sexagesimo tertio, cum pastor fuisset Antuerpiæ ad Sanctum Iacobum, iamque Neomagi in summo Templo Decanus ageret, Colonie ingressus. Plurimum concionibus valuit. Bransbergensem Ciuitatem sub ipsa Collegij primordia excoluit. Multa passus Elbingæ, quæ suo loco narrata. Demum reuersus in Belgium in suprema excursionem, dum Geldriam, Cliniam, & Frisiam concionibus, & catechismo peragrat, Dauentia substitit. Qua ab Hollandis obsessa aliquot mensibus perseverauit modò ad Canonicos, modò ad Ciues reliquos, & milites Germanos ibi præfidiarios quotidie verba faciens: tam singulari Dei præsentia; vt non rarò hostiles globi præteruolarent concionem, vel proximè inciderent planè innoxij. Per Urbem Neomagensem, quam adiutum ibat, tanquam vrsæ latro deductus, ac derisus est, aliaque multa vir Apostolicus Dei causa fecit, ac pertulit. Arnoldus anno millesimo quingentesimo quadragesimo nono Romæ Societati adiunctus, exinde fidele ministerium in salutem animarum præbuit. Anno post receptus est Colonia Boccatius, ac Romam subinde missus, inde in Siciliam, postremò Belgio restitutus, summo labore ad Parisiorum culturam, ex quibus erat oriundus, aliquot annos non magno prouentu incubuit. Nouissimè exul Antuerpia Louanium cum venisset, asportato magna cum constantia diuinissimo Sacramento, hinc ad patriam permanentem, ac beatam translatu est. Rainerius præerat in præsens Louanensi Collegio prudentia pollens, facultateque fingendi hominum mores priuatis colloquijs, annum iam quintumdecimum suauæ Religionis iugum cum laude ferens,

129  
Tum Guilielmi  
Peschij.

130  
P. Costerus e-  
gregius anima-  
rum piscator.

131  
P. Macherenti-  
nus Aquigrani  
Canisij Cate-  
chismum intro-  
ducit in scholis.

132  
Belgij res.

133  
Louanij, & Le-  
odij pestis re-  
crudescit.

134  
Ludouici do-  
mestici empiri-  
is mors, & vir-  
tus.

135  
Tum Nicolai  
Minutij Colle-  
gij Rectoris.

136  
P. Balduinus  
Hanguart Duaci  
mors.

137  
Io. Iacobi A-  
stenfis Louanij  
mortui laudes.

138  
Arnoldi Hæsi-  
j mors.

139  
Tum Andree,  
ac Boccatij.

140  
Tum Raineri  
Rainerij Colle-  
gij Louanensis  
Rectoris.



- 141** Parmensis Princeps Patres Traiectum mittit ad Vibem hæresi purgandam.
- 142** P. Io. Ferdinandus bene gesta.
- 143** Galliarum res.
- 144** Mussiponti Lotharingi Ducis filij, & duo Regine Galliarum Fratres Collegij scholas adeunt.
- 145** Card. Vadimontanus in iisdem scholis disputat, & theologiam describit.
- 146** P. Nicolaus Clerus nobilem virum à Caluino abducit.
- 147** Maldonatus Academicæ leges condit.
- 148** Sodalitates duas instituit.
- 149** Monachos ad vitam communem reuocat.
- 150** Collegio Parisiensi Lectores ad Romani Collegij normam assignat.
- 151** Burdegalæ Catechismum in Paracijs inducit.
- 152** Ad euangelizandum Xantonibus mittit.
- 153** Missio ex Turnonensi Collegio.
- 154** Vbi tres erant Catholici tres tantum Hæretici relicti sunt.
- 155** Augerius Dolæ Societatem Misericordie instituit.
- rens. Interim, quamuis mors vndique fremeret, nequaquam intermissa solandis astrictam plebem solennis cura: postulatuque Ciuitatis, & Parmensis Principis, aliquot remissi Traiectum, qui inductam ab Hæreticis rubiginem conarentur abstergere. In his fuit Pater Ioannes Ferdinandus Principi, exercitui, Ciuitati percarus: cuius laboriosa, & potens caritas vsque eo profecerat, vt etiam earum gentium linguæ posset pro suggestu populos alloqui. Nihil est enim, quod gloriæ diuinæ studium non emineat, præsertim si cum sui contemptu, & demissione coniungitur.
- Per idem tempus in Prouincia Franciæ gymnastium Mussipontanum claritate Auditorum florebat & numero: inter quos ipsi Lotharingi Principes, Ducis filius, & duæ Regine Galliarum Fratres spectabantur. Et quidem ita vt Cardinalis Vadimontanus neque disputare, neque excipere, quæ Præceptor Theologiæ dictabat refugeret. Nec minori erant lumina illa iuuentuti ad pietatem incitamento, cum quotidie interessent sacro, ac festis diebus sacro magno, concioni, precibus vespertinis: ad hæc statas confessiones sedulo obirent. Hic Pater Nicolaus Clerus nobilem virum cognomento Harocourtium à Caluino abduxit. Maldonatus cæpta superiore anno spectando perficiens, seriem studiorum dispensauit, leges Academicæ condidit, duas Sodalitates, vnam è Ciuibus sub nomine Venerabilis Sacramenti, alteram è discipulis in tutela Cæli Regine confluxit. Tum ex itinere Casæ Dei Monachos adhortationibus amore perfectionis incensos ad communem vitam reuocauit. In Collegio Parisiensi, ad Collegij Romani formam, duos, qui Theologiam subtiliter pertractarent, vnum qui sacras explanationem catechismi puerili ætati tribus in Paracijs induxit, cum ante non appositè ad rudes annos, sed è superiore loco more concionatorio, ac theologice catechismus explicaretur. Quosdam in Xantones misit Apostolico ritu Euangelio promulgando. Indigebat grauissimè tractus ille cultura. Antistiti non animus deerat, sed coloni. Itaque Socios auidè excepit, totaque sua Diocesi dispersit. Illi etiam Rupellæ, totaque illa vicinitate diuinum fecere præconium, obuijs animis, supra quam potuisset sperari, vbique excepti: innumeris tum confirmatis in fide, tum ab hæresi explicatis. Haud minus feliciter in Prouincia Aquitanicæ ab Turnonensibus Patribus in circumiectis Pagis aduersus opinionum monstra pugnatum, vt alicubi nulla reliqua facta sint, alibi perpauca, eaque valde fracta. In vno quiddam similiter euénit, atque olim Neocæsareæ Sancti Gregorij Thaumaturgi tempore. Cum tres numero Catholici inuenti fuissent, planè tres modò reliqui Hæretici facti sint. Edmundus Augerius cum quascunque attingeret oras diuinum semen spargens, messem vberissimam legeret; Dolæ hoc anno ex sententia laborauit. Ea Vrbs Sequanorum est Catholico Regi parentum præcipua, vbi & literaria Vniuersitas est, & supremum consilium Prouinciæ. Hic Edmundus Sodalitatem, cui à Misericordia nomen fecit, condidit, tum ad alia pietatis, tum ad hominum extremo supplicio afficiendorum curam. Ad Prouinciæ comitia ex ceteris quoque Ciuitatibus Nobilitas coacta, sic sanctâ eius eloquentiâ capta est; vt vbi domum reuertit, famam disseminans, multos ex remotis locis ad hominem audiendum incitarit. Atque ipse simul operam consentibus nauans, antemeridianas in subsellio horas, ac pomeridianas ponebat omnes summa patientia: tum ad alias atque alias regionum Præfectorum accitu digressus Vrbes, pari vbique prouentu cæleste semen effudit. Miro inde Collegij desiderio Dolani successi, idonea Urbis regione, & ampla, domum areamque ad extruendum Templum magno statim pretio cœmunt. Literas ad Pontificem dant, quibus rogant in reditus annuos Prioratum transferri: alias ad Regem catholicum, vt boni consulat Dolæ sedem figere Societatem. Ita demum certarunt, vt initium Collegio nonnullum factum sit. Ruthenis Ioannes Rogerius religioso triginta annorum famulatu finem sanctè imposuit. Lutetiam Parisiorum habuit natalem. In Collegijs Bononiensi, Pannonitano, Romano, Apamiensi versatus, & variarum disciplinarum publice doctor

doctor. Evēnit sub annum huius septimum & quinquagesimum, vt nescio quo inconsulto zelo Societatem deserere, ac patriam reperere statueret. Eam ob rem ab Romano Collegio discessit magno omnium mœrore; quibus alioqui bonitate, atque adeo doctrina in oculis erat. Itaque Socij ad preces, quæ publicè indictæ, pariter confugere omnes. Atque interim Rogerius cum ad Ciuitatem veterem venisset mari iturus, mutato repente consilio, Viterbium petijt, facturus per Hetruriam iter. Sed neque hoc consilium stetit, existimans fatius fore Lauretanam eodem de via salutare. Narnium itaque iter vertit. Ibi obuium habuit hominem de Societate, cuius sermone ad Collegium reuocatus est. Ita dum pro eo preces non intermittunt Fratres, quasi earum nexu teneretur, animaduersum est circuisse, nec longius milliario quadragesimo potuisse secedere. Confirmatus Dei gratia, solutoque Apamiensi Collegio Ruthenas transfatus, magno illic cum domesticorum, tum Ciuium emolumento Rector annos permultos egit, comparique eorum luctu vitæ cursum absoluit. Celebriorem tamen famam sanctitatis reliquit Cæsaraugustæ sexto Kalendas Martias Ioannes Ximenius Frater adiutor quartodecimo fidelis ministerij anno. Is in Regni Valentini Montanis ortus in Pago nomine Biar, Medici, qui amissa vxore ad vitam solitariam secesserat, hortatu ad Societatem pellectus: acceptaque ab eo schedula in commendationem ad Patrem Cordesum, tum Aragoniæ Prouincialem, dedit se Valentiam versus in viam. In itinere grauis molestia hominem, & inde languor inuasit, viriumque defectus. Itaque bis, terne residere coactus, totusque anhelans, secum ingeminabat: En, Ximeni, quò pergis cum parua ista in manu pagella? nempe ad homines, quos tu ignoras, & qui te ignorant. Hæc distitanti, ac pleno mœroris è celo robur repente insolitum, & lumen affiuit: vt conuersus ad Deum crebrò iteraret: Spondeo, Domine, me omnino iturum, vt amoris tui gratia illis Patribus seruiam. Spondeo nil me acturum, nisi tui amoris gratia. Quia re vera ignoro equidem quò pergam, & quibus seruitum eam, nisi tibi, Domine Deus meus. Inde vigore etiam corpori restituto, alacer Valentiam venit. Ter recipiendus nec ne esset Prouincialis consultationem cum suis instaurauit: illisque repellentibus, quòd non appareret; quem in usum posset recipi; tandem fertur dixisse omnino recipiendum, & quidem in eum usum, vt fieret sanctus: nam ad id planè factum videri. Nec fefellit Ximenius expectationem, sed longè superauit, & ad Sanctitatem profecit eximiam, & magno vsui sedulo ministerio fuit. Statim domum admissus, dum varia illi ministeria enumerantur, & interrogatur quid commodissimè posset exequi; quod infimum, ac foddissimum reperit, ad illud se idoneum respondit. Inde Cæsaraugustam transfatus, præcipuè in Villæ cura, rebusque Collegio necessarijs plaustrò vehendis agens umentum, vitam exegit: quam cum semper miri exempli duxisset; triennio tamen ante excessum, quasi de integro se Deo tradidit, ac longè plenius ipso vicissim vberiora vsque in eum cali dona superfundente. Vestitu semper, attrito, ac lacero, & calceis aut ruptis, aut nullis utebatur, ægrè ferens si quis Rectorem ea de re admoneret, dicens se animum suum planè permisisse Moderatori, multo magis permittere corpus debere: atque illum per sese, quid expedire iudicaret, prouisurum. Totum diem strenuè laborans, noctu tres, vel cum plurimùm quatuor horas quieti, ac ferè vestitus dabat, reliquum tempus orationi. Hæc tota in meditatione sanctæ Christi passionis versabatur: quam versiculis vernaculo rithmo ipsemet explicarat. Eos versiculos lentè pronuncians, ac mentè renoluens, primùm in sletum abibat totus: deinde penitus abripiebatur spiritu, sic vt potens sui non esset: quod ex ipsomet cognitum est, cum Moderatori conscientiam aperiret. Ac dicebat se meditari sanctam Passionem, quòd sibi in ea esse omnia viderentur, extra eam nihil. Ex hoc cum Maiestate summa commercio hauriebat simplex illud, ac purum pectus, inestimabiles lucis radios, & fiduciam de summa bonitate singularem. Et quia intelligebat se ad labores, non ad quietem vocatum; huc suas meditationes dirigebat, se ad asperrima parans. Et inter opus cum Deo, tanquam præsentè familiariter colloquens; quæ vel aptissima diuinæ vsu consuetudinis assiduè fruendi,

157

Eiusdem eloquentiæ vis.

158

In audiendis confessionibus patientia.

159

Dolani de Collegio fundando seruo agunt.

160

Io. Rogerius apud Ruthenos sanctè moritur.

161

A Societate aliquando defecit.

162

Ad eandem Sociorum precibus redijt.

163

Io. Ximenij vocatio mirabilis.

164

In via debilitatus diuinitus roboratur.

165

Vt ineptus ad Religionem reijcitur, vt aptus ad sanctitatem recipitur.

166

Vilissimum sibi eligit ministerium.

167

Cæsaraugustam missus villicum agit.

168

Sui corporis cura neglecta totam superiori-bus relinquebat.

169

Breuis in somno in oratione prolixus.

170

Orationis materia Passio Christi.

171

Abundat lactim.

172

In Passione omnia se inuenire dicit, extra nihil.

173  
Meditationem  
ad labores dirigit.

174  
Manus ad laborem, memini ad Deum intendit.

175  
Cum Deo familiariter in laborando colloquitur.

176  
Laborandi, ac patendi desiderio flagrat.

177  
Quomodo res difficiles, faciles sibi semper redderet.

178  
Socios, quibus inferuit, Angelos, & Dei præcones æstimat.

179  
Laboriosa magis ab Socijs sibi flumit.

180  
Pro se contententibus rogat.

181  
Pis sermonibus proximos iuuare studet.

182  
Obitus sui diem prædicit.

183  
Extrema morientis verba.

di, dulcemque conseruandi deuotionis sensum est via. Sæpe dicebat: Domine, vtere opera mea: cumque sibi ipse, quasi voce Domini responderet: Quo pacto opera tua vis vtar? subiiciebat: Vt vis, Domine. Aliàs: Sic me, Domine, vtere, vti quispiam homo pauper suo vtitur iumento. Post totius diei laborem, cum vespere onustus herbis, ac frugibus à Villa domum rediret; se ipse, tanquam Domini voce, compellabat: Quid egisti Ximeni? ac respondebat: Laboravi pro te, Domine. Tum subiiciebat: Si vbi domum veneris, iubeant te totam noctem terram fodere; quid agas? Non iubeant, Domine, sat enim norunt totum diem me non cessasse. Ac si iubeant, quid demum agas? Terram, Domine, tui amoris causa, fodiam: atque vinam iubeant. Vbi ad exiguam illam quietem recedebat, sic precabatur. Domine, si cui hac nocte interrumpenda quies est, atque exeundum ad caritatis officia; is ego sum. Vtere hac nocte, Domine, opera serui tui. Non aliter ad alia, & quidem ad durissima quæque præparatum assidue gerebat animum affirmans, cum quis minutis in rebus obedientiæ difficultatem sentit; oportere eum animo ardua præcipere, ac singulis diebus offerre Deo maiora, quò procliuus minora præstentur: Nam statuo, aiebat, obedire vsque ad sanguinem, vitamque pro obedientia fundere; cumque arduum quidpiam mandatur; tum me ipse ita appello: Ximeni, nihil est, quòd queraris: nam quòd iuberis non est vt sanguinem, vel vitam des, quòd tu tamen proposuisti. Ita dilataus ad magna animum, saltem assequor parua. Aiebat antequam se totum, ac penitus sanctæ obedientiæ permisisset, subtristem interdum, & inquietum fuisse: postea verò iugem tranquillitatem, & iucunditatem adeptum. Inde quoque suis laboribus condimentum addebat suauæ, ac sanctum, quòd Patres, Fratresque scholasticos intuebatur tanquam Angelos Dei, & diuinos Euangelij præcones: cumque spiritum in alijs Coadiutoribus Fratribus conabatur inferere: quò non solum alacriter, sed etiam religiosè sua obirent ministeria; non Christum modò venerantes in famulis suis; sed cuiusmodi in famulis, qui professione Christo quàm simillimi essent, & suas vitas in eius gloriam, & animarum salutem deuouissent. Hisce cogitationibus ferebat, vt nunquam defatigaretur: quin & molestissima quæque, ac laboriosissima ad sese ab Socijs auerteret. Siquè eueniret, vt super labores sermo aliorum, vel contemptus accederet; tanquam de geminato gaudebat lucro: quòd tum præcipue ostendit, cum lignatum aliquando cum Fratre Nouitio pergens, ab manu agricolæ contemptum, ac rusticano ioco Ignatianorum mancipia appellatum, exceptus, ad socium conuersus: Commendemus, inquit, Domino eos homines: texunt enim nobis coronam. Non tamen opportunitates iuuandi proximis, si quæ dabantur, prætermittibat: imò & captabat studiosè, præmeditata habens rationes, ac vias, quibus pro modulo suo, posset proficere. Cumque initio non ita liberè cum omnibus auderet pios inferre sermones; vbi diuinitatem vberius hausit, animum induxit, quòd & præstabat, de Deo, rebusque sanctis apud quosuis loqui. Inter hæc studia vbi fidelis operarius ad vesperam sui laboris peruénit, magnis correptus febribus, denunciavit octauo se post die abiturum. Sexto autem ita morbus increuit; vt post præbita sacramenta, tanquam mox excessuro, cæperit sacra Domini Passio recitari: at ille cum paulum audiuit: Sat est, inquit, in præsentia: vbi maturum fuerit, prosequemur: ac repente ita leuatus est; vt videretur omni planè defunctus periculo. Die tamen octauo aduocato Patre, qui ante legebat, monitoque iam tempus adesse sacræ historiæ recitandæ; vix hora interiecta, ad mercedem capiendam migravit. Interrogatus iam moribundus, vellet ne in Cælum tendere; Nihil, inquit, volo, nisi quòd Domino pridem sponendi, vt sanctissima eius voluntas pertædæ fiat. Ac subiiciente Patre: Pari ergo voluntate carcerem infernum subires? Non istuc nunc agitur, inquit: nam quòd erat futurum iam completur. Ex qua voce, ac cetera vita non dubitarunt Patres, quin ad æterna euolarit gaudia, eiusque rei prænotionem ante diuinitus accepisset. Pater Balthasar Aluarius & ipse vti inclytæ sanctitatis; dum Cæsaraugustanum Collegium vifit, Viri virtutibus cognitatis, eas egregio testimonio in epistola ad Collegij eiusdem Fratres scripta explicauit.

cavit. Caranacæ Ferdinandus Garzia, domo Calaguritanus anno millesimo quingentesimo quinquagesimonono in Societatem adscitus pridie Nonas Martias mortales miseras cum æterna beatitate commutavit. Nam quò virtutem suam Deus in infirmitate clariùs ostenderet; hunc famulum suum ingenio maximo, & præstantibus donis à natura ornatum, maluit patientia, quàm rebus cum vulgi plausu gerendis insignem facere. Adolescens cùm occasiones innumerabiles peccandi consideraret; insitit à Deo precari, vt ad eum se statum vitæ deduceret, in quo maximè Maiestati eius infereretur. In qua precatione amplius biennio perseverans; semper magis, ac magis ad Societatem trahi se sensit: præsertim quòd in ea orationis, meditationisque florere studium intelligeret, optimum aduersus peccata munimen. Porro ingressus, tanquam se hominem oblitus, omnia vilitatis, & austeritatis anidè animo complexus genera, optabat vitam in humillimis ministerijs totam contere, ab omnibus despici, & proculcari. Ieiunia, flagella, & id genus asperitates sine modo: etiam ad Indos eam ob causam pergere: vt quò ceteros mortales auri, & gemmarum cupido trahit; illic ipse paupertatis, ærumnarum, periculorum thesauros quæreret. Sed fecit Deus, vt inueniret in Europa. Nam cùm valetudine, quam fortè sub initium intentiore cura concusserat, semper vsus esset aduersa; postremo vitæ quadriennio cum dolore acerbissimo capitis, cordisque, affixus assiduè lecto, hætica febris consumptus est. Videbatur, vt vsu venit auaris, quorum auiditas lucris extimulatur, fieri asperissima tolerando, appetentior duriorum. Adeo non modò patienter, sed alacriter, & cum gaudio, cumque summa in Deum fiducia, illam opinione vulgi intolerabilem molem ferebat. Cum eo etiam obedientiæ, ac feneritatis studio, vt cùm iam Medicus, tanquam deposito, iussisset dari quicquid optasset; interrogatus vt peteret, si quid futurum sibi incundum putaret; commotior responderit: Ego ne, Deus bone, id petam, quod futurum iucundum sit? Id erit optatissimum quod dederitis. Vna res habebat sollicitum, ne cùm cuperet vehementer dissolui, & esse cum Christo; eam cupiditatem ad finiendos dolores sui amor exciret. Itaque quod alij laborant in temperando vitæ amore; hoc ille laborabat temperando amore mortis. Sancti Thomæ Aquinatis die, vti quadriduo ante prædixerat, præparatus Mysterijs sacrosanctis, è vita dimissus est. Maria Diaz sanctimoniz celebris femina octauo post die visum eum sibi affirmavit cum corona in capite Solis instar micante. Vnde intelligebat iam beatum diuina gloria collustrari, pretiosis patientiæ suæ gemmis insignem. Nemo fuit, qui talem Virum non gauderet à corpore mortis liberatum. At Granatæ octauo Idus Ianuarij Collegij Rector Ioannes Emmanuel Leonius Hispanensis genere, eoque nobili, domesticis pariter & externos obitu acerbo afflixit. Supra fidem prope est quàm carus, ac venerandus esset domi, forisque suarum merito virtutum, modestiæ in primis, prudentiæ, & caritatis. Anno quinquagesimo quinto seculi, suæ ætatis duodeagesimo in Christi militiam dederat nomen, Sancti Dominici, Augustini, & Francisci non inuitati Ordines exequijs eius interfuere, cumque multis honoratus è Clero Archiepiscopus. Minor iactura sed lucuosior, ob casus indignitatem, & additos calamitatis consortes, Patris Alphonfi Lopij mors fuit. Sextodecimo ab Granata milliario, dum rediret Accio consecratus Sacerdos, Idibus Martij, postridie eius diei, quo fuerat initiatum, ipsum, ac tres Augustinianos, & aliquot seculares abductos in interiora montis grassatores ex Maurico genere crudelissimè interemere. Cadaver vix viginti post dies repertum est: sed mirè deformatum, vt nisi schedula Sancti tutelaris, qui eo mente ei obtigerat in sacculo inuenta, & quædam vestium notæ fecissent indicium, de facie agnosci non posset. Relatum ad Collegium, christianaque cerimonia humo datum. Alios multos ad se euocauit vitæ Auctor dignos quidem æterna memoria. Sed hîc recensenda sunt capita: quanquam & fortè, quæ humanæ sunt mentis tenebræ, silentio quosdam inuoluimus memoria digniores. Quibus nihil equidem detractum velim: sed ne opus in infinitum exerceat, adhibendus est modus. Sua stat illis illibata in Cælo gloria, & celebritas

184

Ferdinandi Garziaz mors, &amp; dotes.

185

Eius ad Societatem vocatio.

186

Humilitatis studium.

187

Patiendi desiderium.

188

Suz voluntatis omnino expect.

189

Mori cupit.

190

Prædicto die moritur.

191

Matiz Diaz apparet lumine coronatus.

192

Io. Emmanuelis Leonij Granatæ Rectoris mors, decora, &amp; funus.

193

Alphonfus Lopius à grassatoribus Mauricis interimitur.

194



vnâ cum compluribus præstantibus viris. Auxit gratulationem, populique admirationem ingressus in Societatem eodem die Francisci Scribæ magna nobilitate ac re, maioreque mortalium bonorum spe Sancti Spiritus igne in holocaustum Deo incensis. Erat quadragenarius, doctus, ac ceteris ad absoluendam Euangelici ministri personam donis instructus. Inuit etiam sua bibliotheca sat locuplete nascentis domus penuriam. Initium fecere mendicandi pendentibus ex humero manticis ipse Pater Domenechus, & Pater Barzius, binaque in hebdomada emendicatione assatim panis corrogabatur, ita distributa Vrbe, vt ad eandem domum non nisi quintodecimo die rediretur. Recens Patrum imperus, rei nouitas, ædis ad hæc sacre opportunitas breuè diuina mysteria octauo quoque die obeuntium numerum geminarunt. Susceptæ superiore anno ad circumpositos Neophytos catecheses vtilitate summa retentæ. Homines miserimi numero maximo, vt erant ab omnibus destituti, ac suapte sponte christianæ pietati minus addicti, prorsus iacebant in tenebris, & umbra mortis. Post Gasparem Loartem, in ea re plurimum sudauit, profecitque Pater Simon Dominicus. Initio permagnæ difficultates occurrere ex odio, quod ea natio aduersus veteres Christianos ex impotentium contemptu, ac vexatione conceptum habet. Tamen experimento est cognitum minus opinione deploratum negotium esse. Caritate Patrum, comitateque pellecti, non pueri modò ad christianæ doctrinæ scholas, sed grandiores quoque non grauè itabant, discebantque faciliè christianos ritus, & induebant mores. Hispalensis domus collocata est in veteribus Collegij ædibus, nouoque Templo, quod per id tempus diuinis addictum est. Collegium in ædes migravit, quas ædificandas, & censu annuo muniendas Ciuitas benignè suscepit. Non nihil in populo offensionis, ac sermonis exciuit damnatio ad tritremes presbyterorum Lorenensium, quos Hispalim ductos vulgus Theatinos vocabat. Sed maturè obuiam iuit Archiepiscopus, innocentiam Societatis iubens in omnibus Ecclesijs vulgari, nequa ei ex falso rumore labes, cum auctoritatis imminutione, adhæresceret. Nec modo (vt erant Primores facterum gnari, & in vniuersum Ciuitas optimè affecta) calumniæ omnes faciliè discussæ: sed per occasionem vulgaræ Societatis laudes, ac celebrata, Deo gloria, cuius est opus famulos suos, & à culpa defendere, & laudandos efficere. Quamquam in hac Prouincia hostis humani generis, & olor pacis æternus graues iam diu ad distrahendos Sociorum animos intentabat pugnas: scilicet, qua arte bonos aggreditur, specie honestatis maioris obiecta, quaque via alibi sæpè schisma tentauerat. Querebantur inferiores nimio se imperio, duriusque tractari: culpas leues non modo puniri grauissimè, sed æternam earum memoriam conseruari, & exsuscitari cum putabatur extincta. Moderatoribus hanc esse curam maximam obseruare, ac vexare subiectos. Inde manare malum, ac fundi per inferiores, vt ipsis quoque summum esset negotium notare alienas noxas, explorare vitas, & crimina. Inde neque inter subiectos inuicem fratrum, neque erga Moderatores filiorum vigere fiduciam, sed potius degeneres quasi in regno mores indui. Ita erat vniuersa Prouincia duas distracta in partes, ac malum iamdiu natum, nunc tandem erupisse dicebatur, aditu per Garziam Alarconium Visitatorem patefacto, quem plurimi tanquam calitus missum exceperunt. Habebantur seueritatis principes in præsentia Pater Ioannes Cagnas, quem quasi fontem eius mali nominabant, Petrus Bernardus Prouincialis: qui cum ante suauitatis laude carus vulgo esset, paulatim ferebant, siue Magistratus diurnitate, siue seueriorum familiaritate, ad eorum sectam abstractum. Præterea Franciscus Vasquius, Gregorius à Mata, Ignatius Castellus, alique nonnulli non eiusdem modò sensus, sed etiam inter se quasi quodam fœdere colligati. Qui in Congregatione prouinciali, vt longè superabant numero è suis partibus Procuratorem Ignatium Castellum delegere: qui Romam profectus, tum eorum facta apud Patrem Generalem defenderet, tum contra partes aduersas pramuniret, ne ea administrationis ratio mutaretur. Sanè plerique eorum eximia erant, præstantisque virtutis, nec nisi nimio zelo peccabant, si quid peccabant, ad conseruandam

202

Franciscus Scribæ Societatem ingreditur.

203

PP. Domenechus, &amp; Barzius bis in hebdomada per Ciuitatem emendicant.

204

PP. Gaspar Loartes, &amp; Simon Dominicus Neophytos catechismo inuuant.

205

Domus Professa Hispalensis in Collegij ædibus collocata.

206

Archiepiscopus Hispalensis bonum Societatis nomen curat.

207

Sociorum querelæ domesticæ.

208

P. Garzias Alarconius Prouinciam visitat.

209

PP. Io. Cagnas &amp; Petrus Bernardus Prouincialis querelæ causæ.

210

Tum Franciscus Vasquius, Gregorius à Mata Ignatius Castellus.

211  
Recta discipli-  
na à modera-  
mine non dil-  
cedat.

212  
Seueritas cum  
lenitate coniun-  
genda.

213  
Euerardus di-  
scordias com-  
ponit.

214  
Castellanos in-  
ter ac Lusitanos  
Socios scilicet Sa-  
tan discordias.

215  
Religiosi cari-  
tatem non natio-  
num studia fo-  
ueant.

216  
De Leone Hen-  
ricio Regis con-  
fessario Lusitani  
conqueruntur.

217  
Henricus Rex  
eum defendit.

218  
Murciani Col-  
legij Patres cari-  
tate in agro-  
tos milites exer-  
cent.

219  
Nolodochia in-  
stituunt.

dam religiosæ disciplinæ integritatem, rectamque apud proximos famam inten-  
ti. Ceterum dum supra imbecillitatem humanam custodiam intendunt, nec  
modum adhibent; caritatem, quæ debet esse in omni recta administratione  
membrorum cum capite nexus, & vinculum, non leuiter conuellebant: cum-  
que in omni multitudine, quantumuis eximia, ac lecta, nunquam possint earun-  
dem cuncti esse virium, nec eadem via duci: & verò semper aliqui tanquam sex,  
ac scoria sint, querimonijs, artibus non bonis, Satanæ fallacijs pandebatur adi-  
tus: obstructa ea via, per quam fuisset occurrendum, nempe per fugio ad Præ-  
sides intercluso. Et sanè cum vbique arduum est rerum modum inuenire; tum  
religiosa in prefectura diuinæ cuiusdam est artis ita attemperare cum seueritate  
lenitatem; vt neque per hanc soluantur mores, neque per illam caritas infra-  
metur. Itaque Euerardus agrè ferens tum cetera austeritatis immodicæ, tum  
præcipuè illam veluti factionem; sedulo ad eam soluendam incubuit: quod non  
difficile factum est, quibusdam in alias prouincias opportunè amandatis, ipsaque  
Prouincia, postquam lustrauerat totam, Garziæ Alarconio demandata.

Alia quoque tentabat via Castellanos inter, ac Lusitanos Socios discordia-  
rum sator caritatem deterere. Nam cum Rex Lusitanie Henricus præ senio non  
multum abesset à fine, successore incerto; ferebat fama in Castella per Lusitanos  
Patres stare, quominus cum pace controersia præcideretur, in Philippi verba  
ab Henrico, ante suprema, populis sacramento adstrictis. Itaque Castellanos  
Patrum quidam, quorum aures externorum querimonijs verberabantur, & au-  
thoritas, gratia, res discrimen adibat; laborabant, vt Lusitanos à culpa defen-  
derent. Hi è contrario plurimum cauebant, ne quomodo eam disceptationem  
attingerent, neu Lusitano populo ad omnes suspicionum auras erecto darent  
vllam in partem propensionis indicium: adeo ut cum Dux Ossunæ Regis Catho-  
lici Legatus in Lusitania institisset, vt Pater Aloysius Gusmanus ad se confessa-  
rius mitteretur; eum Patres Lusitani perbenignè acceptum, omnino perpul-  
sant suam vt rediret in Prouinciam. Hæc notarim, vt animaduertant Religiosi  
viri, quam vigilanter custodiendæ paci, Nationumque studijs penitus ex animo  
eradendis debeant insistere, quamque procul ab omni seculari procuratione  
abesse: cum suspicio ipsa vires habeat maximas ad nomen foris maculandum,  
pacem domi concutiendam. Quod ipsum eò etiam clariùs perspectum in Lusita-  
nia est. Leo Henricus Regis erat Confessarius: sed, quemadmodum supra nar-  
raui, ita cum Rege conuenerat, vt is sinceret eum religiosæ humilitati, simpli-  
citatique seruire, nec pateretur Regni immisceri curis. Hoc dum Leo fideliter  
exequitur, qui voluissent Regem primo quoque tempore successorem sibi suffi-  
cere, præcauentem ne ad alienos regnum perueniret; querebantur de Leone,  
quòd non Henricum ad id pro munere, auctoritateque apud eum sua adigeret.

Quam tamen inuidiam ipse Rex Procere allocutus, vt erat vir optimus, sui que  
consilij rationibus expositis, ac professus suo iussu Leonem nihil attentare, ma-  
gna ex parte molliuit. Porrò dum Philippus Rex lectum militem per Italiz præ-  
sidia distribuendum mittit, Classe tempestate dispersa, vt ij, qui Genuam appu-  
lere Genuensibus Patribus, ita pars Carthaginem nouam reiecti Murciani exer-  
cendæ pietatis materiam attulere: utrosque enim pessimè vexatos graues cor-  
ripuere morbi. Hos cum Nosocomium Carthaginense non caperet, Murciam

primùm, inde Valentiam transferebant, sed serè omnes exinguebantur in via:  
eò visum est Murciæ curandos. At ne ibi quidem hospitium capax erat, neque  
vlla facultas leuandæ calamitatis. Itaque Patres cum ab Ciuitate, Senatu, Epi-  
scopo, Canonicis, alijsque ad tria millia aureorum nummùm, vimque ingen-  
tem vestium, tum ad induendum, tum ad lectos, & ceterum instrumentum  
corrogassent; sex ampla conclauia adornarunt Nosodochij in modum, vbi mili-  
tes prope quingenti curabantur. Vnus Canonicorum, itemque Præsidum Vrbis  
toti negotio quasi æconomi præerant. Sex Medici vocabantur. E Collegio per  
vices quaterni Fratres adibant inferuituri ægrotis, & quidem Sacerdotes ad  
solandos, expiandosque. Multum exhaustum incommodorum, & graues sulce-  
pi

pri morbi, sed citra funus. Enituit Ciuum quoque Murcianorum in ea calamitate pietas, non solum stipe, sed etiam opera conferenda. Olyssipone, vbi pestilentia, quę se anno infrequenti dirius effudit, leuiter cępit existere. Ciuitas extra Urbem receptaculo morbidorum condito, cui domus salutis nomen fecit, duos ę Societate ad animarum curam Sacerdotes expetiit. Missi Ferdinandus ę Prato, & Petrus Mascarenia, ambo animi fortis, spectatę virtutis, ardentissimę caritatis. Nec longo tempore laborum suorum interclusi sunt fructu. Ferdinandus duodecimo Kalendas Septembris, pauld post Mascarenia operi sancto immoritur. Postremus hic parentibus illustrissimis Vasco Mascarenia, & Maria Mendozia genitus, incertum maiorem ne sanguinis, an virtutis profapiam traxerit. Ea quippe feracissima stirps, nou tamen fecundior, quam felicior, selectissima germina non tam generi, quám religioni dedit. Nam Petro quatuor, ex ceteris, fuere Fratres lacris addicti Ferdinandus Martinus, Franciscus, Nonius, & Antonius Mascarenia. Primus fuit Farenfis Episcopus, & sacrosanctę fidei in Lusitania generalis Quęstor, vir moribus, & virtute præclarus, & cüm disciplinarum omnium, tum Theologię præsertim excellenti scientia toto Regno laudatissimus. Reliqui tres in Societatem adlecti. Ex his Franciscus quidem, non sine fama maturę virtutis, etate licet immatura, diem extremum obiit. Nonius verò, & Antonius grauissimis in Prouincia perfuncti muneribus, Romę insuper apud Prępositos generales hic Claudium, ille Mutium, magna vbique opinione prudentię, & religionis Assistentes diu fuere. His quartus accessit Petrus non genere magis, quám disciplina germanus, quem ab ipsdẽm haud sanẽ degenerantem vidit Lusitania. Præferuidus quippe vir, licet egregijs animi, naturęque laudibus in paucis excelleret, quas in Europę luce, velut in theatro, explicare cüm pompa, plausuque posset; nihil tamen opratius habuit potiusque, quám vt in Africam, aut Indiam terrarum vltimas, ignotasque plagas mitteretur: quam expeditionem non constantius, quám ardentius flagitauit, vt sanguine, ac vita recentem illam Christi messẽ irrigaret, & coleret. Id verò cüm sapẽ repulsus, & veluti reiectaneus impetrabile non videret esse precibus, fortunam aliam eadẽm spe complexus, in hanc se dedit aleam, quę vltro ipsa se obtulit, grassantis per Prouinciam pestilentię, primusque Sociorum Præsides obtestando fatigauit, liceret sibi laborem, operamque inter ea obsequia caritatis consecrare. Quo demum obtento, in publicum sese coniecit contactorum hospitium: vbi nulla mali atrocitate retardatus, nulloue sui respectu, aut mortis passim in oculos occurrentis metu, indiscriminatim omnibus ingenti alacritate impertiens ipse se, post alterum infatigabilis seruitij mensem, contagione luem contraxit, ex qua mox animam immortalium meritorum plenam Deo restituit. Ferunt supernis proximum, cüm Maurus quidam Ethnicus, pestilenti morbo iam ictus ad eum strato iacentem obrepisset, lustrarique se sacro fonte postulasset; velut mortis cui tunc acrius oblectabatur, oblitum, aut negligentem, collegisse quantum potnit in seminece corpusculo spiritum, extensaque dextera sacrosanctam ei lympham affudisse: sicque vitam alijs cęlestem tribuendo, ipsum humanam gratandum, dissoluique cupientem exhalasse. Ad eius excessum sequutus est publicus dolor, tanquam ob iacturam hominis bono publico, ac præcipuẽ miserorum nati. Neque luctu abstinuit Henricus ipse Rex. Nam & morbo laborantem seruare omni ope conatus est, missis ad eum magnę efficacitatis, ac pretij medicamentis (quę tamen Petrus pauperum, quám sui studiosior, in eorum salutem, neglecto se, distribuenda curauit) & fato præruptum vehementer indoluit, interque multa animi complorantis documenta, in illud elogium exclamauit: Eo demum die Olyssiponenfis Urbis remedium, salutemque concidisse. Neque prõmerita commemoratione fraudandi sunt fortissimi Sacerdotes, inuictissimique Fratres: illi quidem Petrus Correa, Laurentius Fonseca, Balthasar Esteuius: hi verò Antonius Abreus, Alexander Coëlnus, Andreas Annesius, ac Rodericus Gomefius: qui nimirum omnes Socij non laborum minus, quám palmarum, inter hæc eadem huiusq̃ temporis discrimina

220

Olyssipone Ferdinandus ę Prato, & Petrus Mascarenia interuunt peste infectis, eaque absumuntur.

221

Petri Mascarenia genus, & laudes.

222

Tres habuit in Societate Fratres.

223

Franciscum immatura morte sublatum.

224

Antoniu Claudij, & Nonium Mutij Generalium Assistentes.

225

Petrus in Indiam mitti, vel in Africam petiit, sed non impetrat.

226

Ad peste infectos miti petiit, & obtinet.

227

Moribundus Mauro baptisimum impetit.

228

Eius mortem plerique condolent.

229

Pretiosa medicamina non sibi, sed pauperibus tribus curabat.

230

Henrici Regis de eo elogium.

231

Alij ex Societate in infectorum obsequium decesserunt.

mal-



232  
Rodericus de  
Cois pestilen-  
tium seruitio se  
manipar.

233  
Simonis Rode-  
ricij mors, &  
decora.

234  
Patria, & ge-  
nus.

235  
Morientis pa-  
rentis de eo tum  
nato vaticini-  
um, seu præ-  
sagium.

236  
Parisij literis  
vacans cum S.  
Ignatio necessi-  
tudinem con-  
trahit.

237  
Cum eo, ac  
Socijs de So-  
cietate insti-  
tuenda conspi-  
rat Ignatius.

238  
Prouincia Lu-  
sitaniæ cum au-  
ctorem, & fun-  
datorem æsti-  
mat.

239  
Eius in Deum  
caritas.

240  
Vt cum Deo  
arctius agat,  
abdicit se ma-  
gistratu.

241  
In solitudinem  
se abdit.

242  
In Christi pas-  
sionem præci-  
piue fertur.

malorum, pro humana æternaque Ciuium incolumitate vitam propoluere. Eorum in locum alij statim suffecti optimo exemplo Ciuitatis. Certus quin etiam Sa- cerdotum numerus, ac Fratrum, sepõsitum in diuersorium secreti, qui faucios peste per Urbis domos inuiserent. In his, vti cupidè flagitant, Rodericus de Gois Nouitiorum Magister fuit. Idibus Iulij ante ortam pestilentiam Simon Rodericius, vnus è decem primis, in senectute bona decessit: aduersus fallacias Diaboli quàm nemo sit tutus, quantopere vigilandum sit, non leue exemplum. Bonus alioqui vir, religiosæ mentis, & virtutibus multis ornatus mortem tandem obiit eo homine dignam, quem inter primos huius Ordinis auctores diuina voluntas legisset. Ortum duxit Simon Rodericius Azeuedus Voucellæ, quod Lusitanix oppidum in Lamecensi ditone, Vicensique Diœcesi situm est, parentibus honestissimis, Ægidio Gonzalio, & Catharina Azeuedia. Illum re- center ad vitam editum, morti ipse proximus, cum ad brachia excepsisset Pater benè ei precaturus, defixosque in eius vultum oculos continuisset; improviso quodam æstu mentis ad vxorem conuersus: Tu ne verò vides, hæc, inquit, ingenui lineamenta pueri? magna quædam, & præclara diuinæ gloriæ facinora minan- tem vides. Fac tibi commendatus impensè sit, vt tanquam sacri quippiam in spem egregij successus, eximia cum cura, ceterisque præ liberis liberalius educa- tur, & crescat. Siue hæc fuerit naturæ præsenso, qualis haud rarò morientibus incidit, siue cælestis oraculi vaticinator impetus, non equidem curiosè disqui- ram. Certè neque imperio mulier, neque prædicto euentus fefellerè fidem. Nam vbi primùm domestica ex disciplina solidiorem in frugem adoleuit Simonis ætas, missus Parisios, vt Ioannis Tertij Lusitanix Regis impensa bonis artibus im- bueretur, cum haud impares indoli successus in literis, ac moribus faceret, in Ignatium incidit eadem studia, non eadem spe, ac mente versantem: quippe non vanis honoribus, sed diuinæ gloriæ profusè intentum. Huius primùm fama sanctitatis, mox & consuetudine paulatim illectus Rodericius, sese illi totum, ac planè subiecit, donec in vota Societatis instituendæ, vnà cum ceteris eiusdem vitæ consortibus, conspirauit. Nec minore constantia sanctum illud animi pro- positum deinde prouexit, quàm fortitudine suscepit. Licet enim haud semel amore solitudinis, supernisque rebus sine interpellatoribus, aut arbitris vacandi studio sollicitatus, in suscepto consilio nonnihil vacillarit, vt suis præarratum est locis; semper tamen diuina veluti manu, ac celestibus ostentis in fide con- firmatus, hanc ipsam præclaro operæ pretio, & magnis in Societatem præsertim Lusitanam meritis acerrimè tenuit. Ea certè illi Prouincia illi se, cæptaque, & sta- bilimenta, atque incrementa sua debet. Erektionis Collegiorum, beneuolentiæ Ciuium, gratiæ Principum, patrociniij Regum, ille quondam fundamenta iecit: quæ in tantam deinde molem excreuere; vnde ingentem apud omnes hominum ordines opinionem Societatis, ac sui excitauit. Et verò, vt peculiaris eius ope- ra, & per totam retrò historiam sparsa facinora, declinando, & meo, & lecto- rum fastidio, repetere hinc supersedeam; sed aliqua tantum his adhuc annalibus intacta delibem; vir fuit egregio concursu laudum famæ suæ par, & qui videri possit, vel sola rerum suarum appendice, magnus. Principium à caritate faciam, quæ virtus chorum ceterarum non ducit modò, sed etiam trahit. Hæc in Rode- ricio tanta erga Deum fuit, vt cum eodem arctissimam coniunctionem per cre- bra commercia affectaret. Quam vt ardentius excoleret, atque inflammatis in cælum affectibus indulgeret; post duodecim iam exactos Præfecturæ Prouincia- lis annos, non quidem laboris, atque molestiæ, quibus pro diuina gloria potius inhiabat, sed distractionis à Deo, quam ipsa negotia necessariò faciunt, abun- dè pertæsus; abdicauit se omni planè magistratu, deprecatusque curam geren- darum rerum, regendorumque Sociorum, in secessu vltimo Sancti Felicis caro se totum inuoluit otio contemplationis; cælestisque amoris perfruendi facta copia, in eum vim omnem, & vires animi æstuantis effudit. Sed præcipuo quo- dam volatu cordis in Christum Iesum ferebatur, eiusque pro generis humani sa- lute patrata opera, & præsertim consecuta supplicia, illicia faciebat repensanda

vicis. Quare? sub rudimenta primæ conuersionis ad Deum, potiri concepto perfectionis Hierosolymitanæ voto, cum per temporum difficultatem minimè licuerit (quanquam eius se voto liberatum non ignorabat) perfoluendi tamen pronam voluntate magis, quàm sollicita religione ductus, per hæc ipsa vitæ spatia negotijs vacua, facultatem ab Ignatio impetrauit in Palestinam commigrandi, ibique aliquandiu commorandi: ut ea cælestis in homines caritatis expressa vestigia conspectu recoleret, imitatione calcaret, suamque ab Christo Domino longiorem absentiam, ipsa locorum, quibus ille præsens aliquando fuerat, imagine falleret, ac solaretur. Sed eum Venetias idcirco aduectum, cum soluturus iamiam esset in Cyprum, importuni præpedimenta morbi, seu potius diuini providentia Numinis, conceptæ dudum spei prorsus exortem fecere. Neque tamen propositum ille mentis abiecit, sed permutauit: & quæ Domini patientis insignia in suis quæque domicilijs osculari, complectique non potuit; eadem proprio ipse in corpore, in quo mortificationem Christi circumferebat, descripta, impressaque venerabatur: sanè qui Christum diligit, & crucem eius aut non portat, aut odit; hunc esse peramantem apparet quidem, minùs tamen Christi quàm sui. Ergo Rodericius, quod ab primis spiritibus incunabulis in consuetudinem, vsu deinde assiduo roboratam induxit, acriùs perrexit duritèr, hostiliterque carnem accipere, rudi ac preparato cibatu, neque cubatu commodiore, quotidiana, & immisericordi verberatione, sætis ad nudum adpressis gestatibusque, ceterisque huiusce generis documentis, quibus ipse se poenarum Domini sui crebrò commoneret, ad eiusque amorem velut stimulis incitaret. Verùm illi nihil æquè aut memoriam peruellebat, aut sitim alebat Dominicæ tolerantia, quàm argutum sanè ac nouum inuentum, à nemine, quod legerim antè vsurpatum. Nam sub vitæ sanctioris initia, ut ardori suo teneriùs, vel ipsa duritate, indulgeret; summa sibi cute supra pectus signatè discissa, notabilem dodrantali magnitudine, ac latitudine digitali Crucem, acuto in vulnus stilo, descripsit extrinsecus: vix argumentum interioris eius, quam telo præferuicæ caritatis inciderat è regione in medulla cordis. Huius porrò luculenti stigmatis cicatricem veluti memorialem, nunquam deinde obductam, deletamque ad sepulcrum secum vnà portauit. Sed quia sacrosanctæ Cruci propria, ac dotalis humilitas est, ne fortè ut illam conseruaret hanc perderet; diligenter dum vixit, rem alijs inobservabilem, occultamque, & velut arcani mysterij quippiam in sinu suo clam omnibus habuit. Morti verò proximus, metu ne, dum ipsa se proderet, curatoribus cadaueris rerum inscientibus opinionem faceret ostenti humano maioris, binos ad se Patres seorsim à ceteris accitos, preparata silentij fide præmonuit, si fortè Fratribus defuncta membra componentibus insculptum pectori suo signum Crucis appareret; ne id tamen insuetum quid, & prodigiale mirarentur: sed quicquid esset, inconsulti quondam, atque immaturi ternoris sui vestigium scirent, & monumentum esse. Hoc enim imprudentiæ velum ille humilitatis excelsæ vir studio diuexandi sui, & Crucis imitanda prætendit. Nam demissionis sanctæ cultor apprime, fautorque fuit: cum haud moriens modò, sed tota passim vita non vnum illustre documentum, ac specimen dedit, declinatione præsertim honoris, despectione sui, & appetitione contemptus. Cum obijisset Georgius Almeida Conimbricensis Episcopus, eaque iam vacaret occupaturo sedes; Ioannes Lusitanæ Rex Tertius in eam ipse cogitationem altè descendit, optimum factu fore, si Rodericium experte iam, probatæque virtutis Virum, muneri tanto præficiendum curaret. Neque id cupidiùs suscepit, quàm ardentius perducere ad effectum institit, neminem habiturus aduersarium, præter vnum ipsum, cui acerrimè studebat. Cum enim Simoni rem insinuasset; percussus non improuisa magis, quàm odiosa denunciatione Pater, repugnando, obtestandoque, ac miscendo precibus lacrimas, vsque adeo conatus est, donec sapientissimum Regem ad dedicationem perpulit. Qui ne homini, quem vnice diligebat, ac pro meritis æstimabat, molestiam crearet, ab incepto destitit, viri modestia recreatus: qui cum ab honoribus sponte sequacibus ambiretur; tanto eos studio fugie-

243

A S. Iguano  
professionem in  
Palestinam im-  
petrat.

244

Executus illam  
non potuit.

245

Carnem asperi-  
tatibus varijs  
domabat.

246

Crucem cultro  
sibi fixit in pe-  
ctore.

247

Semper dum  
vixit occultauit.

248

Moriturus duo-  
bus ostendit ne  
post mortem  
inuenta diuini-  
tus facta crede-  
retur.

249

Demissionis  
studium singu-  
lare.

250

Episcopatum  
Conimbricen-  
sem recusat.

fugiebat, quanto plerique fugitiuos ambiunt, & affectantur. Quæ sacratoris Intulæ, atque honorificæ Præfecturæ generosa propulsatio laudabilior fuit; quod nondum promulgatis Societatis legibus, necdum voto dignitatis declinandæ suscepto, Rodericius sponte magis, atque impetu humilis animi, quam vlllo externo auocamento, nexuque rem seipsa pellacem, despectuque arduam, eandemque vltro oblatam, imperatamque, primus Sociorum, qui talia refugerint, ceterisque exemplo futurus, glorioso, ac sancto fastidio ablegauit ab se. Sed hunc primariæ Vrbis sacrum magistratum felicis deuitare potuit, quàm literarium magisterium adolescentis Principis. Exercebat tunc illud vir clarissimus ex Augustiniana familia Ioannes Suarius Concionator aula: quem cum Rex Conimbricensis Episcopum, loco Rodericij, renunciandum curasset; in hunc, muneribus permutatis, vices illius transferri iussit. Neque is subtrahere se imperio, atque oneri potuit, ne, vno iam excusso, alterum subterfugiens, videretur deferre nihil regis voluntati velle: cum præsertim virumque Ignatio parenti fore gratum intelligeret: nempe vt illud respiceret, hoc subiret: sic enim se molli velut aditu gratiæ Societatem vix dum adolescentem in Lusitania, totoque vastissimi Orientis tractu, facilius beneuolente Principe prouecturum. Verùm adeo Simonis oculos, quod secus plerumque solet, non perstrinxit aula fulgor, non animum labefactauit; vt huius mores ipse potius affarit, ac recrearit exemplo, quippe quam habuit quasi theatrum religiosæ humilitatis, & exquisitæ officinam virtutis. Quotidie illuc vnâ cum socio irabat pedes, vestem fului plurimum coloris, eamque longo iam vsu detritam indutus, quam ad ingulum rudis è corio ligula subnectebat. Exprobrantibus indignum regio Preceptore ornatum, eoque docentis incultu dedecorari auctoritatem nobilis Prætextati decentis; respondebat nunquam audisse se ex Magistri vestitu institutionem pendere discipuli: id certò exploratum, ex lacero, vilique palliolo sæpè robusta, atque aurea præcepta explicari. Ad iter condescendo Principi ex necessitate susceptum, remissis generosioribus equis, ac deceter infratis, qui eius vectio-ni è stabulo regio destinabantur; clitellario iumento, eoque fortuito, & conductio utebatur. Accidit aliquando, vt in magnum quendam, & magna estimatione virtutis, ac prudentiæ Præfulem ita vectus incideret. Is ad improvisum Simonis aspectum, in admirationem cultus adeo demissi, ac planè seruilis erectus, equo, ceteris idem fastitantibus, repente desiliit; & non sine benigna quadam indignatione deuectus, quodnam illud esset regij dehonestamenti genus in regio tanti nominis ministro; ita ne verò talem virum, Principique continuum, tam abiectè iumentario agasoni damnatum, ac traditum ferri? Mulam eximiè procuratam, phaleratamque inscendendam obtulit, nec precibus tantum, sed amico quoque conuicio insticit, vt is si non sui, certè Regis ratione habita reliquum iter paulò decentius, honestiusque conficeret. At Rodericius hominem comiter intuitus: Te verò, vir optime, ignorare, inquit, non arbitror, quantum honoris in ipso honoris neglectu posuerit Deus, quantoque celsitudinis auctoramento humilitatem animi sanctam ornauerit. Equum igitur est, vt maiestatem regiam, quando præterea in me nihil est, tanto fastu, atque fastigio dignum, hac vna certè, qua possum demissionis sublimitate cohonestem. Neque adduci vnquam potuit, vt vilem illum vectorem suum honorario permutteret: honesto illo virorum comitatu demirante, sed magis approbante religioso morandi, purgatorium ille suum, merumque carcerem vocitabat: illudque adijcere solitus est, malle se domesticum Collegij carrucarium, quàm alicum Principis instructorem esse: & duo sibi molestissima omnium accidisse quorundam in vita: alterum cum excidit expeditionis Indicæ spe: proximum, cum inter fauorem potentum, mundique splendorem versari coactus est. Quam ille pompam, popularemque inde auram inuito sibi reuentique vltro influentem crebro sui contemptu ludificari conabatur: aded vt sæpè per loca regijs affectatoribus infessa sordidatus incederet veste lutea, sublatoque in humeros vili pul-tario,

251

Munus instruendi literis principem recusare non potuit.

252

Io. Suarius Augustinians in Rodericij locum Episcopus renunciatur.

253

Rodericius humili habitu aulam adit.

254

Equos bene paratos recusat, vilibus contentus.

255

Purgatorium, ac carcerem Aulam vocabat.

256

Suis humeris ollam cum pulmento ad carceres deferrebat.

tario, vir quo nemo notior, æstimatorque, ad eos, qui carcere atinebantur; pulmenta deferret. Ut verò primùm laxato tantisper imperio ex aureis illis aulæ catenis expedire se licuit; non auidè modò ansam caræ libertatis arripuit; sed ijs semel excussis, impediri se nunquam deinde passus est. Sanè multò post Sebastianus Rex, Aui sui vestigia sequutus, cùm Rodericium ex Hispanico fecessit reuertentem, missò Archiepiscopo Vlisipponensi, accerferet, vt confessionibus Regijs aurem præberet; id ille muneris sedulò deprecatus planè reiecit, excusata in speciem ætate, ac valetudine: re tamen vera aulæ tædio, aut etiam metu, cuius incantamenta semper animos illigant, rarè absoluunt, sæpè subuertunt. At in Rodericio non ambitionem modò non exciuit honor; sed ne cupiditatem quidem illexit aurum, sequax illa, ac lenta materies, tamque de facili adhærescens, cuius blanditia viscus merus est. Nunquam tanto Regum, ac Principum fauore & gratia, sibi, aut consanguineis, quos habuit multos, & quidem priuatæ rei per eius occasionem augendæ haud incuriosos, non rarè minus, quàm præclaro exemplo, quicquam à quoquam, aut vtrò petijt, aut oblatum accepit. Imo affines (vt id quoque, licet alienum huic loco, non tamen, quando incidit mentio, importunum interferam) affines, inquam, locupletandi adeo curam omnem abiecit; vt pio potius odio tum eos, tum verò quicquid saperet, oleretque naturam prosequeretur: cuius illud illustre documentum. Cùm fortè iter haberet Viseum, adraderetque necessariò Bouxelam natale solum, vnde longissimum tempus abfuerat; nullis Sociorum peruinci precibus potuit, vt illic breui diuerticulo desisteret; dum sororem, agnatosque alios ex nobilioribus Oppidi, quos viderat nunquam, ex quo primùm inde discesserat, salute, ac pio solatio impertiret. Facinus memorabile, neque degenerans ab exigua illa, & primigenia Societatis familia, ac potissimum Ignatio, Xauerioque, quibus infusa, & penè sueta cum ipso spiritus lacte ad carnem, & sanguinem aspernatio quædam animi sancta, virtutisque rigor, ac toruitas erat. Verùm vt ad generosum pecuniz neglectum redeam; cùm aliquando Conimbricense Collegium alumnis pressum, alendi verò commoditate penè omni defectum esset, Rodericius, quoniam Dei cõgebat obsequium, persuasit ipse demum sibi, vt illud subsidij alicuius causa commendaret Regi. Hic, qua erat & animi magnitudine, & in Societatem benevolentia, centum nummorum millia in eam rem statim attribuit, persoluique iussit. Æstimauit, qua par erat actione gratiarum munus Regi dignum Rodericius: sed ex ea summa, reiectis ceteris, duodeuiginti tantum millia regiè liberalitati accepta habuit, satis id præsentem leuandæ difficultati fore restatus. Non tamen post multo percrebuit passim terror inundantium Turcarum, magnoque exercitu imminentium Abylz. Ceutam vulgò dicunt, quod propugnaculum è regione Calpes in faucibus situm Gaditani freti (Herculeas fabulæ columnas hinc statuunt) claustrum est ex Africa irrumpentibus in Hispaniam. Cùm igitur ab Rege, eiusque Consilio decretum de munienda aduersus inuasionem, atque impetum arce factum esset, quod sine magnis, enormibusque impensis ad effectum perducere non poterat; Rodericius eam ipsam pecuniam nuper à Principe acceptam, eidem vtrò restituit, ac representauit, causatus publica incommoda, quibus priuata posthaberi deceret: quare vteretur Rex beneficio suo in commune bonum: sic enim honestiùs collocari: se verò, si quid iuuare possent, suorum non modò viuendi angustias, sed vitas etiam ipsas oblatorum. Neque aurum tam liberaliter proiectum descendit in sterilem humum: imo nec perdi poterat, de quo fides cum munificentia decertabat. Et Rex quidem, miratus illam propriij compendij præ alieno negligentiam; vsus est in rem præsentem pecunia tam amanter oblata: mox tamen amplificatam rependit, iactis Collegij Conimbricensis in ingentem amplitudinem fundamentis, collatoque magnificè reditu annuo in perpetuum Religiosorum alimentum. Verùm Rodericio non purior animus, magisque intactus humani honoris, rerumque fluxarum cupidine, quàm turpium voluptatum fuit. Tenuit fama, certis auctoribus, illibatum homini viguisse, ad oeca sumvsque vitæ, virginitatis

Hist. Soc. Iesu Tom. 4.

G g

nitatis

257

Vt abste ab aulæ munus concessit Regis Sebastiani recusatus.

258

Principum gratia nunquam in sui, aut suorum commodum versus est.

259

Patria, ac parentum affectus omnino expers.

260

Ex oblati à Rege centum millibus aureis ad leuandas Collegij Conimbricensis angustias octoginta millia respuit.

261

Ipsa viginti millia pro Re publica Regi restituit.

262

Rex ea recipit sed mox Collegium cum splendore fundat.

263

Rodericius virginitatis florem seruauit.

264  
Ab impudicis  
feminis bis 25  
gressus victor  
cuaſit.

265  
Rauennæ tres  
impudicas fe-  
minas ad me-  
liorem frugem  
conuertit.

266  
Satan Roderi-  
cium diſturbare  
conatur.

nitatis Angelicæ florem, cæleſte illud in terris paucorum decus. Quod fanè diuinum munus, niſi gratuito accepiffet; mereri haud dubiè poterat præclarè factis. Neque enim vno tantùm experimento intaminatum, caſtumque pectus, & ad frequentia illiciorum fadè titillantium inuitamenta ſemper impenetrabile comprobauit. Pariſijs dum in primo ætatis flore litteris operam daret, ancillam, domesticum malum non verbis modò procâcibus, ac ſceleri palàm lenocinanti- bus, ſed factis etiam impudicis, ac vi nefariè laceſſentem, cæleſti virtute pro- tectus, ita reiecit; vt ſeſe veneno intactum ex impuris amplexibus expedierit. Alia vice, dum per Gallias iter haberet inuerecundæque frontis puellam pellicien- tem impotenter ad facinus, magna voce latrones inclamans, iniecto per pudicam ludificationem metu fugauit. Sed illud inter ceteramemorabile, quod homini contigit per Italiam peregrinabundo. Cùm enim Rauenna tranſiret, ſtipemque vicatim, more pauperum, corrogaret, incidit emendicando in oſtium ignotæ do- mus, iuſſusque conſcendere, occurrentes ex inſperato vidit mulierculas tres, meliori formâ, quàm (vt apparebat) pudicitia, adeo licentiam verbis, ac vultu, quem libido protriuerat præſerebant. Enimuero Simon ad conſpectum tan- quam viperarum, oculis, ac lingua vibrantium, retro reſiliens, præcipitem ſeſe de gradibus ad imum vſque veſtibus dedit. ibique ſubiſtens, ita vt orat cæ- leſti flamma ſuccenſus, cæpit tanta diuini ſpiritus copia de rebus ad ſalutem ſpectantibus dicere; vt petulantes feminæ, quæ pellicere conabantur, allec- tæ ipſæ concionabundi hospitis gratia, ad audiendum primò acceſſerint, deinde ſuiſmet retibus, & captura captæ, atque ad ſeriam præteritorum criminum pœ- nitentiam redactæ ſint. Ex his vna præcipuè taſta diuinitus, cùm lacrymarum vim ingentem profunderet, ſeſeque miris modis deteſtatione facinorum diſcruciaret; ſtatuit, non ipſa modò turpitudine, ſed turpitudinis etiam ſede relicta, Romam cum Rodericio proficiſci, vt nouo ſub cælo nouum, ac ſanctiùs inſtitue- ret vitæ genus: ipſomet fruſtrâ vagabundum, atque imprudens improbante con- ſilium femellæ adeo percuſſæ, eumque ſequi obſtinantis animo; vt à nauticis arcenda vi fuerit, ne ſe, quod furtim tentauerat, in nauim conijceret, & occul- taret. Hic verò quiddam euenit dignum relatu, quod ipſi Rodericio rem deinde narranti ſuſpicionem maioris humano, fortuitoque ſucceſſus haud immeritò fecit. Dum enim Simon acriore dicendi ſpiritu in atrio prædictæ domus ad- uerſum feminas raperetur; ex improuiſo illuc ingreditur ignotus neſcio quis defecta ætate ſenex atro, oblongoque corporis indumento, quale Monachi ſo- let eſſe colore fuſco, deformi vultu, totoque frontis habitu trifti, atque in- ſignitè mæſto: ſed ſanguinei præſertim, & interlucentes oculi, luridique dentes, & partim ſemeſi, aut ſemitriti, partim enormes, & ſcabri monſtrum hominis magis, quàm hominem arguebant. Is quaſi vicem ſuam mirè ſollicitus, atque ad perorantem non ſine ſtomaco, & indignatione conuerſus: Quid tu, inquit, vocem, ac latera incuſſum fatigas? ſi fortè ſperas abs te feminas iſtas ad Deum poſſe conuerti; proiecta planè fiducia eſt, irritus labor. Age verò, & iter, quo cæpiſti perge, aut mecum potius hinc ſecede, meliori ſucceſſui ope- ram daturus. Sed cùm nihil verbis proficeret, Simone in rem ſuam intento, cuncta ſeorſim tacitè obſeruabat vultuoſus, ac tumidus, nec ſine anxio ſuper- cilio mærens. Abſoluta concione, Rodericio comiter ſalutanti, & vnde, & quo ita ſolitarius, interroganti: cùm profectum ſe Roma Venetias petere, reſponſiſ- ſet; abrupto ſermone, ad oram fluminis proripuit ſe. Quò non multo poſt cùm & Rodericius, vnâ cum ſocijs, ſoluturus acceſſiſſet; inuenit hominem, tanquam inquietus animus vertigine ſua corpus traheret, in partes ſeſe varias indifcreto pene curſu verſantem, eodemque momento diuerſis longè in locis apparentem, vt ſpeciem præberet negotiatoris in magno cogitationum æſtu perquam ſtudio- ſè cauentis, ne quid ſibi quæſtus immodici, carie mercimonij deperiret. Interea, dum rem planè inſuetam ſilentio notat, ac ſuſpicit Simon; repentè intru- nit femina plorabunda, factorumque pœnitens, vt vnâ ſe in nauigium intrude- ret, ac Patres, quos ſalutis ſuæ auctores vocabat, ſequeretur. Sed hi cùm

eam metu exempli, ac suspitionum humanarum ab ingressu repulissent, rejectamque consilij opportunis, ac rectè viuendi præceptis in futuros fortè conflictus armassent; ipsi ad iter destinatum vela fecere. Ceterùm importunus ille dicentis ad feminas Rodericij interpellator, illo Monachi habitu, sed factis, ac dictis habitum aspernantibus, incomitatus, ac solus, truci illa figura vultus, illo gestu totius corporis infedati, turbulenti, motuque inobservabili tanquam spiritus videri simul cœptantis, simul desinentis, speciem haud improbabilem præbuit satagentis Satanae, seque sollicitè disceruantis, ne sibi de manibus tot annorum lucra vno temporis puncto in ea puellarum penitentia raperentur. Et verò ingens ille ardor alienæ salutis, quem Rodericius in primo cælestis per Ignatium spiritus conceptu, vnà cum Socijs, haustum retinuit deinde semper atque auxit, meritò curam iniicere vel hosti Tartareo poterat. Tantus enim is fuit; vt priuata non solum cuncta vitæ commoda posthaberet; sed nihil expereret vehementius, quàm vt inter subducendos ab Dæmonis seruitute populos, vitam ipsam, sanguinemque profunderet. Quoties afferebantur nuncij de Socijs pro religione disseminanda trucidatis; sanctæ cuiusdam inuidentiæ facibus exardescere in voces amantium querelarum, at sibi residem esse operam iacenti in otio regalis vrbs, infringique quotidie in manibus palmam, quam illi cælo feliciter inferebant. Terrarum totum Orbem votis complectebatur: & quantum se ad aulam, velut ad carceres infrænari obedientia dolebat; tantum illuc animo anhelabat: & quo proficisci non poterat; Socios saltem vicarios suæ in homines caritatis in varias Asiæ, Africæque, atque Americæ plagas Euangelij spargendi causâ subinde mittebat. Ipse auxiliarem illam pectoris flammam barbaris accensam, popularibus totam suis in Lusitania insuuebat. Nam aula non contentus, quam verbo, atque exemplo ad exactam Christianæ legis obseruantiam conabatur adducere; consuetudinem quoque suam sub primi spiritus rudimenta susceptam retinuit adhuc atate, famaue prouectior concionandi sub dio, atque in plateis ad plebem, excurrendi ad rudes animos Euangelio imbuendos, pauperum, ac miserorum Nocomia non excolendi solum identidem alleuamento vocis, operæque, & documentis æternæ salutis; sed, vt per otium id faceret, etiam incolendi. Hoc enim postremum illi præcipuum semper, adeoque proprium ab initio fuerat; vt ob heroica planè facinora in hoc genere perfecta non semel, quod horrore naturæ solet esse, naturam ipsè fecerit. Vnum referam, quod illi Venetijs desperata profectio Hierosolymitana, Romam cum Socijs properanti re, successuque magnum, atque admirabile contigit: ex quo liceat arguere, qui cursim talia, & in transitu gessit; quid sensim, studioque, & in mora patrauerit. Nam in Xenodochio, cui nomen à Sanctis Ioanne, & Paulo, dum curandis, solandisque de more ægrotis operam daret, essetque illi cum Sodalibus, de suimet victoria generosum, piisque certamen; nocte iam adulta leprosus quidam ad fores, eiulatu misero deprecabundus, vt admitteretur in hospitium, flagitare cepit. Penegebat loci præfectus vacuum esse lectum, quo recipi posset. Sed, vt sunt immisericordia ipsa pertinaciores miseriæ; instabat; vrgebatque mendicus multò constantius, quàm arcebat. Inter hanc vtriusque contentionem Rodericius, pauperis illius ex animo misertus, extorsit ab valetudinario precibus, vt rogantem modò intromitteret: sibi curæ futurum, vt illi de strato prouideret. Igitur homini fœda illa scabie laboranti proprio cubili tacitè commodat, seque illi ad latus vnà componit, ac somnum sui securus, atque hospitis capit. Mirum dictu, dilucescente die, cum euigilasset, adeo videri leprosus desierat; vt neque in lecto, neque in reliqua domo appareret, vllumque sui vestigium præberet vsquam, affirmantibus cunctis sibi eum neque cognitum, nec conspectum. At Rodericius reperit vicissim ipsè se lepra tactum, turpique velut squamularum tabe toto corpore coopertum. Lætabatur ille quidem oblata occasione tolerandi aliquid obsequio caritatis: sed respectu Sociorum, quos sua causâ mæstos videbat; contagione potius alieni doloris, quàm suamet ipse iactabatur. Cùm Deus, prompta fidelis serui voluntate contentus, penam remisit, Nam euanescentibus

267

Rodericius Socijs pro Christo trucidatis inuidebat.

268

Quos per se iuuare non poterat, per alios iuuari curabat.

269

In plateis ad pauperes concionatur.

270

Venetijs cum morbidum in suo lecto collocasset, & cum eo dormiisset, mira acciderunt.

bus repente pestiferis sponte sua maculis, metuque omni sublato putrescentium pustularum, postero die Socijs non mirantibus magis, quàm gaudio gestientibus, incolumis, ac valens lecto surrexit. Hæc equidem vti gesta sunt, & ab ipso, cui contingere, commemorata, tradere posteritati simpliciter, & cum fide volui: coniecturam eorum in medio lectoribus relinquo. Certè, tamen miser ille veri hominis personam sustinuerit, & non eius potius Dei, qui se quondam leprosum dixit, & percussus à Deo (quod & plerique non ex vano interpretantur, & non raro alijs vsu venit) vtrunque tamen fuerit, facinus ipsum per se magnum, & eximie caritatis illustre miraculum fuit. Hoc porro ardore in

271

Rodericus refectione indignum æstimabat qui eo die vel vnum ad meliorem suam non rediisset.

272

Quo apparatu ipse itet, & alios mitteret ad euangelicas expeditiones.

aliena cum animæ, tum corporis salute curanda, non ipse modò flagrabat, sed vti eodem alij quoque inflammarentur; spiritu eum suo ventilabat. Legem suis inuolabilem lanxit, vt si quis domum rediret, nemine externorum pijs alloquijs per diem excitato ad meliorem vitæ frugem; is ad mensam accedere ne prius aude- ret, quàm culpa Superiori nudata veniam impetraret cibi sumendi, quo se per eum studij defectum fraudasset, indignumque fecisset. Expeditiones Euangelicas in Oppida, atque Vrbes, & crebrò suscipiebat ipse, & suis frequenter im- perabat: easque non alia exerceri ratione itus, reditus, status volebat, quàm qua idem utebatur, & quæ diuini verbi præcones, sequacesque Christi deceret. Ea fuit, vt pedibus ingrederentur, viatorum ad manum Scipione gestato, reiecta in humeros expedita scriptorum sarcinula, sacrarum precum breuiario sub axil- lam supposito, receptuque non nisi apud hospitalia pauperum lecta questro. Vt vni potissimum debeatur honorifica consuetudo iam tum per Lusitaniam sparsa, ac diutissimè retenta, vt Societatis homines nullo passim alio nomine, quàm Apostoli vulgò dicerentur. Cum hac igitur virtutum indole, collectaque ex virtutibus apud regnum, regni que Proceres opinione, fama que, nec minore reuerentia, ad ipsas vitæ metas non grauior atate, quàm meritis, tandem accessit. Iam per assiduos pro Dei gloria, & animarum salute susceptos labores fractis planè viribus erat: iam maceranda carnis, ac spiritus perdomandi cura, per afflictiones immodicas, modicissimi, incommodissimi que somni, atrocium flagellorum, fetosæ vestis, & exigui ac duri cibatus, ad nihilum prope semilia membra redegerat; cum insuper in febrim incidit lentam illam quidem alimen- to, sed diurnitate robustam, quæ debilitatos iam per se satis artus adeò

273

Longa febris torquetur.

extenuauit, vt mera neruorum, ossiumque compages tenui induta cute viderentur. Nunquam tamen toto illo valetudinis tempore, qui annum excessit, persuaderi passus est sibi, vt voluntariæ vexationis tenorem, vsuque pernarum aliqua suimet indulgentia temperaret, ac ne inspoliato quidem corpore cubandi consuetudinem diurnam tanto concursu dolorum intermitteret. Sic intestinis ille malis, quæ propter dissolutam hiantemque membrorum commissuram, intoleranda propemodum erant, adscitis vltro externis, remedium, aut solati- um afferebat. Sed maior cruciatibus patientia exemplo omnibus erat. Medicos morbi conscios in admirationem etiam rapuisset, nisi palam, atque in oculis esset, sensum penè omnem mortalis egritudinis cælesti dulcedine be- betari. Arduum dictu est, quàm abundanti pietatis liquidæ copia, inter ea

274

Inter corporis dolores animus spiritali exultat dulcedine.

tormenta diffueret. Suauissima cum Deo alloquia crebrò miscebat, vibra- batque in cælum ac superos, mentis, ac vocis ardentissima iacula: neque parcebat lacrymis, gemitibusque, quibus lacescebat beatam æternitatem, di- uinique conspectus desideria irritabat: idque identidem cum Regio Propheta, nec sine suspirijs repetebat: Hei mihi, quia incolatus meus prolongatus est. Sa- pè Ignacium, optatissimum vitæ socium, ac parentem amicis vocibus compella- bat, eiusque, & vnà cum eo communis videndi, fruendique Domini studio æstua- bat. Ad primam vicini obitus mentionem, velut reuiuiscere gaudio visus est, ea que frontis fiducia, qua ceteri recuperatam sibi salutem gratulantur, ipse nuncium desperatæ accepit, anxia quadam ostentatione lætitiæ interpellans, num in promptu mors esset: compertoque superfuturam adhuc vitam, ad re- crescentem vique Lunam, quæ proximè aberat, inexplicabile verbis est, quanto

275

Mori cupit.

276

Propinque mortis nuncium reuiuiscere videtur.

311

cum animi sensu dictum audierit; cum in cælum sublatis oculis amara quadam mentis dulcedine: Itane verò, inquit, ò Domine mecum agitur? tandiu ne quæsitissimo conspectu tuo carendum mihi est? Veni age, Domine veni, Deus animæ meæ, ades dum bone IESU, neque cunctare diutius, sed me, quàm citissimè hinc ad te ipsum abripias. Illis ipsis diebus Patres frequentissimè adentes enixè rogauit, vt officiosis salutationibus deinceps abstinere, seque solo cum Deo solum agere paterentur, erumpentem pectoris vota, animæque negotia sine arbitris transigentem. Quo toto tempore vix vllum diu, noctuque momentum elabi permittit immune suauissimis alloquijs, semper sibi præsens & Deo: mirumque erat, quàm nihil animi voluptatibus intentior, acutiorque corporis dolor obstreperet: planè vt vno simul momento Rodericius & pœnis delicta redimeret, & beatitudinis æternæ præmia prælibaret, idemque homini lætus & purgatorium esset, & cælum: nisi quoddam & pœnas ipsas ab se Christi causa toleratas, suam ille felicitatem ducebat. Ceterùm amore, quò semper inexplebili flagrauit sanctæ paupertatis, cum sese rebus humanis omnibus iam pridem exuisset; tum verò ardentissimè expetijt, impetrauitque, vt illa ipsa modicissima supellex, qua sine traduci vita non poterat, auferretur: cum diceret nihil sibi gratius fore, quàm vt nudo è cubiculo, nudus ipse cum Christo nudo in cælum migraret. Atque inter hæc fauoris diuini blandimenta, & exempla virtutum, præsumpto cælesti viatico, sacroque inunctus oleo, animam exhalauit Idibus Iulij hoc ipso anno sesquimillesimo septuagesimonono. Iusta illi celebrata, tanquam publico parenti, publico luctu, magnaue hominum, ac præcipuè Procerum vtriusque ordinis cum sacri, tum profani frequentia. Ferunt eo ipso noctis intempestæ puncto, quo spiritum Rodericius Deo reddidit, virum quendam insignitè grauem, ac pium fortè, inscienterque quid ageret, importuna, insuetaque surgendi hora, nescio quo ductum impulsu desiluisse læto, referataque tractim fenestra, vigilantibus oculis conspexisse manifestam latissimam indolis lucem domui Professorum Societatis rectè imminentem, ex qua illi in animum sensus liquidissimæ voluptatis influeret. Cum admiratio eum cepisset ingens, neque tamen quid illud immensum, gratique splendoris esset, coniectare posset; mane statim primo ad ipsam Sancti Rocchi ædem aduolasse scitatum ex Patribus interpretamentum inexplorata rei, tum notato visi momento, locoque propriè designato: & vtroque cum decessione, cellaque Rodericij comparato; comperta esse omnia ita conuenire, vt dubitari vix posset, quin illustre prodigium argumento esset gloriæ, quam præclarus ille animus in cælo sortiretur. Certè id aliaque huiusce generis supra naturam legem euenta non abhorrent à cetera eius vita quem Deus, naturæ moderator, ob mutuam caritatis eximiam vicem præcipuè dilexit. Optimum quippe miraculorum auctoramentum virtus est, quæ sæpè vel incredibilibus ostentis, credulitatem ex similitudine veri, vel sola conciliat. Huiusmodi plura de Rodericio perungata sunt: quorum aliqua, quæ boni auctores fidei mortalium vindicant, si tacitus præterirem; equidem iniuriam à me illatam non tam illi, quàm historiæ putarem. Et primò quidem haud pauca Simon longè ante præuidit, prædixitque, quæ mox vt prædicta sunt euenere. In ea Lusitanæ plaga, quæ Durium, Miniumque celebrata incolis flumina interiacet, opidum est, cui nomen à Comite. In eo vir quidam grauis habitabat Dionysius Pintus, qui causis orphanorum cum arbitrio, & potestate præerat. Is persanctè, ingentique cum asseueratione narrabat, tria sibi ab Rodericio quondam disertè pronuntiata, quæ cum nullam sui tunc spem, speciemque præberent; mox non sine admiratione contigerint. Primum sibi Conimbricæ literis operam nauanti apertè illum præcinnisse, ne se falsò deluderet: nam licet Theologiæ tunc studijs sacerdotij causa diligenter incumberet: non tamen Ecclesiastico sese ordini vnquam dicaturum. Alterum, fore vt non multò post tempore in Oppido Comitum, quod supra commemorari, & cuius ipse soli neque natiuus erat, neque futurum se aliquando incolam præcogitabat, domum sibi à fundamentis extrueret, in qua vitam, vnà cum suis, honestè transigeret. Tertium eadem

277

Dulces cum Deo querelæ.

278

Cum alijs agere recusat, vt solus cum Deo agat.

279

Omnibus expoliatus cum nudo Christo mori cupit.

280

Sacramentis munitus sanctissimè moritur.

281

Honorificum illi funus celebratur.

282

Mortuus cubiculum cælestis lumen illustrat.

283

Rodericius multum prædicit, quæ euentus probauit.

283

Rodericius multum prædicit, quæ euentus probauit.



eâdem in domo sese inuicem ipsos opportunè visuros, summaque cum vtriusque animi voluptate mutuo saluturos. Addebat, duo quidem priora successum tempestiuè, vt præmonstrata fuerant, habuisse. Postremi, cum ex quo prædictum fuit in multum iam æui nullo exitu excessisset; non modò spem sibi omnem, sed etiam memoriam, præsertim in exteris longè terris agente Rodericio ita excidisse; vt huius vnus euenti siue mora, siue, quam potius suspicabatur, fallacia duobus iam alijs apud se fidem, tanquam fortuitis abrogaret. Cùm triginta omnino post eiusmodi præsentationem annis ex nec opinato, insperatoque apparentem illum ea ipsa præsignificata in domo repenti sibi in conspectu stetit, vix vt oculis suis, quod viderent, crederet satis: obstupescens non magis animo ob vaticinationem exitu comprobata, quàm gestiente ob complexum, & adeptionem amici. Sed illud latè, nec sine plausu infamatum si digna, qui plaudatur, calamitas est. Cùm inambulanti per Urbem Rodericio quidam è primaria nobilitate puerulus fortè occurrisset; conuersus ad Socios Pater; ac prægredientem digito monstrans: Videris ne, inquit, pusillum istum? is Societati nomen aliquando dabit: vos verò eundem grauiâ illi turbamenta publicæ quietis concitatum scitote. Neque ætas, neque indoles, neque præiudicium naturæ illud talia tunc in puero ostentabant: sed quamuis ex duabus hisce rebus prioris maturus euentus, posterioris verò serus; neutrius tamen irritum, falsumue præfagium fuit. Ingressus est Societatem adolescens, in ea diutius vixit, hand mala apud contubernales, fama, sed summa expectatione, metuque eorum, qui Rodericum ipsi prædiuinantem audierant. Vtque diuturno successum experimento præmonita eius obtinuerant, vt instar oraculi aestimarentur; ita in omnium pectora hoc ipsum latè discenderat. Quadragesimo igitur post prædictionem anno facta illa, quæ tandiu intra vaticinij nubem compressa tumuerat, erupit tandem in Societatem ab eo viro tempestas, & verbis, & scriptis infamibus confata. Quæ non nisi turbatoris ipsius expulsiōne, delatione nominis, publicæque ab Iudice pronuntiatione sententiæ diffilari, redimique potuit. Aliud huic geminum, neque obscurius adijciam. Vitæ supremis hand longè Simonem admotum adierant salutatum iuuenes è Societatis Tyrociniis tres, rogatumque sibi feliciter precaretur peregrè profecturis, vt consuetum patientiæ libamentum superioribus ex sese darent. Accepit eos Rodericus benigno complexu: dimissosque id præcisè, & cum sensu animi inculcantis monuit: irent, redirent propicio numine, se breuè prægressurum, ipsosque in celo prætolaturum. Agite, subiecit rursus, arrigite mentes, meque hæc dicentem diligenter attendite: in celo, inquam, morabor ego vos, fratres. Iamque abscedentibus, & ab conspectu auulsis, quasi non satis fideret, ad terga sollicitus institit, assequutusque anxia quadam non sine cura dictum iteravit, aduerterent sedulò animos, opperiturum se illos in celo. Vos itaque, subdit, diligenter caute, vt vestrum nemo deficiat: nemo planè fidem fallat: præstate, inquam, ne quis fallat omnino fidem. Hæc sensa perturbati Patris, toties, tantoque cum pondere, & penè ad fastidium aurium repetita, suspicionem tunc fecere audientibus; sinistri alienius ominis, quod ijs tribus portenderetur. Et verò non ita multo post, quod timebatur, euēnit. Nam ex tribus, gradum vnus perpetuò religionis tenuit, reliqui deseruere. Sæpè etiam per rerum aspectabilium imagines oranti Rodericio species arcanas, abstractasque à sensibus formas obiecit Deus. Quo tempore orientem Romæ Societatem primi eius alumni strenuè promouebant; Simoni in preces effuso, diuinumque tanti operis patrocinium imploranti, re-præsentata per visum ante oculos est vinea incultu horrida, subnascentibus passim herbis infelicibus, quæ vim omnem vitium fedè luxuriantium imputatis præsertim, laxatisque palmitibus enecabant. At in alia senescentis iam vineæ parte visendam se dabat erecta sublimiùs pampinosæ vitis, & læta viriditas, fermen-tis latè pertinentibus, surgentibusque in racemos, fecundissimos illos quidem, ac sertos; sed adhuc vindemiæ immaturos. Porro vitis huiusce propagines vuis, ac frondibus conuestitæ per herbas noxiè syluescentes erratico, multiplicique lapsu

284

Prædicat puerum Societatem ingressurum ac turbas in ea excitaturum.

285

Alios breui morituros.

286

Visio Rodericio inter meditandum oblata.

lapsu serpebant ad languidos, ac semesos vitium ceterarum furculos, quos mal-  
leolis suis, clauiculi que velut brachijs complectebantur. Hæc igitur Roderi-  
cio inter cælestia meditantia manifestè conuerti, certa incidit mentis illumi-  
nata diuinitus persuasio, per eiusmodi simulacra rerum præberi spectandam sibi  
speciem hinc quidem Ecclesiæ tum fortè in mores, opinionisque hominum per-  
niciosas herbescentis, hinc verò Societatis sua inter rudimenta surgentis, sese-  
que per Orbem terrarum vniuersum iugandæ eius vineæ, nouosque in fructus  
recreandæ causâ propagantis. Alia rursus vice inter contemplandum vidit ar-  
borem fatu pulcherrimo, proceritate mediocri, tereti tronco, & velut in cylin-  
dram aptè tornato: cuius in vertice fruticantes pariter rami, & tanquam mensu-  
ra castigati, ne alterum alter excederet, in orbem, & quasi coronam circum-  
torta casarie explicabantur. Quæ sanè spectacula dum secum ipse reputat mi-  
rabundus, persentitque animo, per arborem illam haud dubitanter Ecclesiam  
designari, repentè conspexit erumpentem ad radices eius viticulam sanè no-  
uellam, & gracilem, sed quæ proceritatis indolem vigore suo iam tum ostenda-  
ret, cum sensim deinceps in longitudinem iustam adulescere, arboremque procli-  
uiter adminiculantem circumplexa vitilibus quasi manibus, subrigere se, eniti-  
que ad fastigium videretur. Quo viso admonitus, cælestique insuper imbutus  
lumine intellexit notari Societatem Ecclesiæ innascentem, eiusque vtilitatibus  
obsequenter implicitam, ideoque ne vnquam in se ipsa deficeret, nexu quodam  
penè indicereto, & inexplicabili eidem adhærescentem. Neque minora cæli  
munera percipiebat inter diurnum Sacerdotalis officij pensum voce persoluen-  
dum. Sæpè ad certa quædam inuitamenta verbortum, abundantibus spontè la-  
crymis, per altum mentis excessum abalienatus à sensibus interstare diu cogebatur,  
dum ea cælestium deliciarum velut alluuiò deflueret: Cùm se Præfectura  
Prouinciæ, abdicasset relictaque Vrbs, atque Aulæ frequentia vacaturus vnice  
Deo in recessum, sedemque Sancti Felicis, velut in sinum montanæ solitudinis  
recepisset, contigit aliquando, vt diuinæ psalmodiæ intentus ad fontem irri-  
guum, cui ab Magdalena nomen, inter pronunciandum ea nuptialis cantici  
verba: Adstitit Regina à dextris tuis in vestitu deaurato: repentè per quendam  
mentis à corpore secessum, in Reginam ipsam Virginium contemplatione dela-  
tus, eiusque in pulchritudinem planè mortalibus inestimabilem raptus, molem  
ipsam membrorum animo subleuante, pectorisque incendio inflamman-  
te vul-  
tum, erectis in cælum oculis, tolleretur in sublime subductus à terra, rursus-  
que deprimeretur, impetu spiritus tanto, vt artuum tota compages dissolui pro-  
pemodum concussu, collisusque videretur. Iam verò qui multis hominum mil-  
libus æternam animæ salutem, indulgente precibus eius Deo, & laboribus adspi-  
rante, procurauit; proum est coniectari, valetudinem quoque corporis, an-  
nuente similiter numine, licet indignante natura, non paucis ab eodem prodigio-  
sè restitutam. Aliqua ex his ab viuente Rodericio patrata, suis quæque locis  
enarravit, qui hanc historiam scribere aggressus est primus. Ea non equidem  
hic repetere in animo est. Vnum ab obitu eius gestum attexere decreui, vt fas-  
tidium simul legentium anteuertem, simul ne posteritatem nostram rerum  
à maioribus cum laude gestarum memoria fraudarem. Vitus Linerus Societa-  
tis Sacerdos erat è Prouincia superioris Germaniæ, ipse Germanus. Is quatuor  
post Rodericij decessum annis peregrinatum ibat pietatis ergo Flanium Brigantium,  
Hispaniæ Urbem in Callaici, Apostoli Iacobi reliquijs venerabilem, vulgò  
Compostellam vocant. Cum Olyssipponem venisset, atque à Patribus viatorum  
sustentando pedestri itineri baculum precariò petiisset, oblatum fortè vnum  
cum gratiarum actione suscepit. Eo Simon Rodericius ad expeditiones Euange-  
licas obeundas vti consueuerat. Ventum est Lauarem, Oppidum ad Vaccæ flu-  
minis ostia (Auerum indigenæ compellant) conductumque in eo diuersorium. In  
hoc puer iacebat agritudine lethali correptus, ac Medicorum, parentumque spe  
planè depositus, & deploratus. Hic vbi Vitum aspexit, maiore, quàm pro semi-  
uiuo puerulo, alacritate, oculis, nutu, voce, totiusque iactatu, ac gestu cor-  
poris,

287

Eiusdem inuocatio.

288

Alia visio, eiusque significatio.

289

Quo animi sensu Rodericius diuinum recitari officium.

290

In eo recitando subleuatur à terra B. Virginis pulchritudinem suspiciens.

291

Baculus, quo Rodericius vsus, moribundo valetudinem restituit.

poris,

poris, porrectisque extra cubile brachijs plorabundus, dari actutum sibi ad manus, quem Pater gerebat, baculum, sine intermissione, ac requiete flagitabat: ut aspectantibus, præproperamque in ægro festinationem mirantibus, opinionem faceret haustæ aduersus hospitem iniuetæ è cælo fiducia. Ut primum votis potius est, Vito scipionem tradente, atque ad spem iacentis irritandam, affirmante, vsui quondam illum ipsum fuisse viro insigniter sancto; puer audissimè correptum, nouo quodam animi ardore complecti, ideoque nullum eiusdem osculandi, atque ad pectus, ad vultum apprimendi finem facere; ut Vito denique discessuro vi, atque arte opus fuerit ad sacrum illud pignus è manibus eius extorquendum. Res non visu magis, quàm auditu mirabilis. Ad baculi attactum, tractatumque is, qui tum cum accepit, prope animam agebat, momento velut reuixit, atque in integrum valetudinis restitutus cunctis cernentibus, ac præ rei nouitate in stuporem gaudio mixtum auersis, præcipitem lecto se dedit, cæpitque per conclauē subsultim ingredi pedibus atque exilire, perinde quasi nulla vi morbi tentatus, nedum ad suprema perductus modò fuisset. Igitur baculum, tanti instrumentum prodigij, noluit in futurum Vitus vsui cuiquam, sed omnibus velut emeritum, religioni esse. Nam suspensum reuerenter ab humeris in Germaniam eum auexit, multaque alia in tam longo, periculosoque itinere diuinitus sibi collata beneficia tam fido comiti accepta deinde retulit: quem cultui semper tum ipse, tum ceteri omnes habuere, ad quos miraculi per eum, eiusque venerabilem gestatorem Rodericium patrati fama peruenit. Huic facti legitimum documentum idoneis testibus, solenni que cetero iuris apparatu, ac publici tabellionis auctoritate confectum, hodieque seruetur in Collegij Conimbricensis tabulario, fidemque rei diuinitus prodigiosa facit.

292  
Multæ alia mira  
operatur.

293  
Melchior Oliu-  
eria peste in  
fectis seruens  
moritur.

294  
Antonius Brit-  
tus, & Franci-  
scus Gomius  
missi ad capti-  
uos redimendos.

295  
Indiz res.

296  
Bella fidei pro-  
pagationem im-  
pediunt.

297  
Regi Sebastiano  
exequias Nostri  
perfolunt.

298  
Ægrotorum  
cura Societati  
demandatur.

299  
Duodecim So-  
cij ex Lusitania  
in Indiam ve-  
niunt.

E Patribus captiuus in Africa Pater Melchior Oliueria reuersus est, nec multo post, uti optabat, in Salutis domo collocatus morbidorum adiutor, hoc illi beneficij, largiente Deo, ut in fortibus exercere operibus virtutem posset, ex bello in captiuitatem, ex captiuitate ad pestilentium obsequia translatus. Ad ceterorum curandam redemptionem, consolandosque, & expiandos captiuos militæ missi Pater Antonius Brittus, & Franciscus Gomius: qui dum impigrè, ac fortiter gerunt rem, Patremque Alexandrum Vallaregium, & Petrum Martinium eodem in officio laborantes iuuant; Brittus mortem ærumnis accitam Septæ oppetiuit.

In India, perstrepeute adhuc bello, religionis propagatio, quanquam prope interquieuit; tamen in confirmandis Neophytis præcipuè è Salfettana ora profugis, ac multis subinde baptizandis non modico fructu exactus est annus. Neptis illa Mealis, quæ anno superiore baptismum susceperat, cum Henrico Ternatini Regis consobrino viro forti, & militaribus factis claro coniuncta matrimonio est. Quod beneficium tanti fecit sponsæ frater; ut inde statuerit catechismum audire, admirans Patrum caritatem, qui adeo ex vero patrociniū Christianorum suscipere: apertèque proficens nunquam sorori suæ tam honestam conditionem adfuturam fuisse, si in superstitione patria perstitisset. Regi Sebastiano, ut cui plurimum Societas Indica debet, exequiæ quàm celeberrimæ peractæ. In ijs nouus Archiepiscopus Henricus de Tauora, qui Episcopus Cocin fuerat, sacrum fecit: Pater Rodericus Vincentius Prouincialis dixit ad populum, Regis Nosocomij procurationem, quam superiore anno Prorex, quod administrorum incuria plerique ægrotorum occumberent, in religiosas familias diuiserat, assignato cuique suo in orbem mense, tandem totam in Societatem conuertit, publica quidem Ciuitatis gratulatione, sed Prouinciali, cui ad curandas animas non suppetebant operæ, perinuito. Paulò post aduere ex Lusitania naves, cum lecto manipulo Sociorum duodecim, & maximo numero vectorum ægrotantium. Ad hos statim deducendos tanta alacritate, tamque veris officij profecti Patres; ut primo illo excensu recreari sibi miseri viderentur: tanquam in India quoque parentes, fratresque reperirent. Illud mouit admirationem Nosocomij præfecto, & œconomio, quòd cum Patres ægrotorum suscipere administrationem, fermè triginta iacerent depositi, chrismateque supremo inuadit, diobus,

duobus, aut tribus exceptis, conualuere omnes: quod euēnit Patri Ferdinandi Aluarij in primis cura, atque solertia. Nam Deus, qui admirabili consilio cuncta administrat, in Goana Insula, in qua plurimos dysenteria auferit, contra id malum in herba ibi proueniente remedium efficacissimum recondidit: cuius apto usu, temperamentoque Pater inuento, multos ab ipsis faucibus mortis extraxit. Quandiu bellum fuit duo Sacerdotes ad Sancti Laurentij persistere, erumpentes cum propugnatoribus, magnaue fiducia se inter globos maiorum, minorumque tormentorum ad expiandos, iuandosque faucios inferentes. Nonnullarum quoque Ecclesiarum Archiepiscopo rogante, tantisper dum Parochi inuenirentur, cura suscepta, & rursus ad arces ad meridiem positas, Onorem, Bacclorem, Mangalorem iamdudum sacerdote carentes, vti anno superiore excursu profectu vberissimo, sublati inimicitijs, eiectis scortis, vel legitimo matrimonio copulatis, supra consueta opera confessionum, catechismi, adhortationum. Duo Fratres præcipuum sui desiderium vita functi superstitibus reliquere, Petrus Alcaceua supra annos triginta in laboribus religiosis olim cum Xauerio aliquandiu in Ioponia, tum annos plurimos in Goani Seminarij procuratore strenuē versatus: & Ioannes Consaluius quinque & viginti annos Christo Domino famulatus in Societate. Is in machinis ferreis egregia subtilitate fabricandis excellens, Horologiorum præcipuē molitione, ac Malabaricorum caracterum formis excudendis vsu maximum Indiæ vniuersæ præbuit. Quo in opere ad exactam vsque ætatem vegeto, integroque conatu perseverans humilitate, & caritate, dum diuinarum rerum studio, sui afflicti seueritate, non solum viuus venerationi fuit, sed moriens opinionem sanctitatis reliquit. Bazarini Patrem Petrum Almeida opportuna mors rapuit, ne abominationis desolationem videret. Permissa enim per eas oras Idololatria miseram stragem animorum fecit. Quod malum dum ipse prohibere conatur, excessit è vita luctu publico Neophytorum, quorum commoda ardentissimè semper, & constantissimè procurarat: vt qui Euangelium summè cupiebat, vel suo sanguine irrigare, Damani elementariorum schola inchoata, in quam ad ducentos pueri confluxere bono priuatim, ac publicè incomparabili: cum iam in humanitate iuxta, ac pietatis cognitione, & vsu educarentur, qui antea in licentia, ac petulantia nullo cultu adolefebant. Hic inter ceteros recens conuersos vir fuit domi honestus, qui vltro se obtulit baptizandum, duabus sibi noctibus apparuisse veneranda specie Matronam memorans, in caruleo vestitu puerum sinu tenentem, admonentemque vt fieret christianus. Quare, cum sua tota domo, vitali aquæ caput subiecit. In Insula Salfettana Pagi Conduiti, vbi Iaponici Patres suum habent fundum, absolutum est nouum Templum, natalique die Sancti Ioannis, cui dedicatum est, quingenti apparatu ornatissimo baptismo lustrati, quamuis Satan contra frenderet, inuidiaque disrumperetur. In Malucum ad visendos, consolandosque Patres Tidoretanæ, & Amboinæ sedis, & iuandos afflictos Neophytos, cum Patre Georgio Ferdinando, & Gome Amaralio missus est Bernardinus Ferrarius, Malacense quoque Collegium ex itinere Provincialis loco inuisurus. Hic verè fidelis Dei seruus, & Crucis Christi amator præclarum virtutis specimen nuper ediderat inter Christianos Thomæos, apud quos posuit fundamenta Vaipicotanæ Stationis, summèque elaborat in linguis Malabarica, & Chaldæa ediscendis: ea mansuetudine, ac modestia gerens se: vt non Archiepiscopo solum, Archidiacono, & ceteris Christianis; sed Ethnicis quoque esset in amoribus. Itaque in celebri supplicatione, quæ peracta Vaipicota est, ipse Ethnicorum Præfectus natione Naires, religione idolorum cultor, interesse voluit, & procedentium agmen regere, non minore cura, quàm si foret christianus. Tantas habet vires ad animos, quamuis contumaces, & barbaros mitigandos sinceræ fulgor modestiæ. Nec Bernardinus in vna Vaipicota confederat; sed cum Patre Petro Aloysio ad amplius viginti Pagos nuper excurrerat, catechesim vbique exponens, sacrum faciens, elidens si quæ inueniret errorum semina, & cetera salium peregrinationum consueta obiens. Nominatim illum

300

Ferdinandus  
Aluarus natu-  
rali remedio  
plethoræ sa-  
nat.

301

Missiones Ca-  
strenses.

302

Petrus Alcace-  
ua S. Xauerij  
oim focius  
moritur.

303

Tum to. Con-  
saluius horolo-  
giorum, & ca-  
racterū faber.

304

Petri Almeida  
mors, & laus.

305

Damani scho-  
la elementario-  
rum inchoata.

306

B. Virgo mo-  
net Indum, vt  
baptisimum su-  
scipiat.

307

In Salfettis in  
nouo Templo  
quingenti ba-  
ptizantur.

308

Bernardinus  
Ferrarius in  
Malucum Vissi-  
tator venit, &  
multa præclare  
gerit.

309

Præfectus Eth-  
nicus supplica-  
tioni Christiano-  
rum interest.

310  
Michaelis Rogerij in Ora  
Piscaria labor-  
res.

311  
Ad Mogores  
Nostrorum ex-  
peditio.

312  
Regis literæ,  
quibus expedi-  
tionem petit.

313  
Regis Mogor-  
is genus, Re-  
gionis ampli-  
tudo.

314  
Eorundem reli-  
gio.

315  
Missionis Mo-  
goricæ origo.

in Machaum accerserat Valignanus, vt Sinicam linguam ad eius regni aditum  
rursus omni ope tentandum, addisceret. Sed decus hoc Michaeli Rogerio ser-  
uabatur. In Ora Piscaria Rogerius versabatur, paucisque mensibus tantum lin-  
guæ Tamulicæ perceperat, quantum iam sacro confessionum tribunali sat esset.  
Itaque cum ceteris quoque abundaret animi, corporisque præsidij; visus Pro-  
uinciali est aptior, ob eam præsertim linguarum ediscendarum facilitatem, æ-  
tisque vegetioris prerogatiuam, cum Sinica lingua, si vlla, immensi laboris, ac  
temporis ea tempestate haud immeritò crederetur. Non poterat Rogerio quic-  
quam optatius euenire: nam & in itinere ex Europa in Indiam, siue ab cupidi-  
tate, siue ab diuiniore causâ visus erat sibi per quietem Sinas adire. Propiore  
cum spe momenti haud multo minoris in exitu anni suscepta expeditio ad Mo-  
gores est, ipsius inuitatu Regis, ab quo Goam ad deducendos duos è Societate  
Sacerdotes Legatus Ebadola nomine, cum duobus mulis, literisque ad Proregem,  
ad Archiepiscopum, ad Patrem Prouincialem venit. Harum verba hæc erant.  
Ad Patrem præcipuum in nomine Domini, literæ Zaladini Mahemetis Echebi-  
rifxa Regis manu Dei constituti. Patres Collegij Sancti Pauli primores, scitote  
me vobis valde amicum esse. Mitto istuc Ebadolam Legatum meum, & Domi-  
nicum Perium (hic erat christianus interpres) petitum, vt ad me duos Patres  
doctos mittatis, librosque legis, & nominatim Euangelium, & legem, eiusque  
perfectionem cognoscam; auct enim mihi cor eam nosse. Oro igitur omnino ve-  
niant cum iisdem Legatis, & libros legis adferant. Sciantque Patres, qui vene-  
rint, me eos exceprurum quàm honestissimè, & gratissimos habiturum. Postea  
verò quàm ego satis legem, eiusque perfectionem cognouero; licebit ijs suo ar-  
bitratu abire, à meque comite, & premijs peramplis honorabuntur. Ven-  
niant securi: ego eorum defensionem in me recipio. Hactenus literæ. Porro  
erat hic Rex Orientalium maximus, septimus gradu posteritatis à magno Tam-  
berlane eius imperij fundatore. Regnum eius inter inclita flumina Indum, &  
Gangem latè explicatum, ab Oriente, India vltiore, quæ demum ad Sinas  
pertinet, terminabatur, ab Occidente, Regno Persarum: ab Septentrione, im-  
perio Tartarorum: à Meridie, Oceano Indico. Tum in eo cunco terrarum, in  
quo Goa est, quique longè ad promontorium vsque Comorinum excurrit, Re-  
gno Calecutano, postea freto Bengalæ. Itaque si terrarum situs diligenter in-  
spiciatur, Mogorici imperij regio vera est India, sæculis præfca inclita, Eche-  
bar, de quo sermo est, vir bello potens, ac felix, & valens ingenio, quanquam  
literarum expers, nihil non assuebat solertia; nullum vt prope esset operum,  
quæ manu sunt, quod non scitè elaboraret, summè cupidus sciendi; imperiu-  
rum, ac religionum per terrarum Orbem præstantium apprimè peritus. Gen-  
Mogorum impiam Mahometis superstitionem colit. Rex externa specie diffi-  
mulans, ad alias quasuis vergebat magis: & morès Christianorum ex nonnullis  
cum Lusitanis vsu, & narratione probabat maximè. Ergo siue curiositate in-  
tinctus, seu potius diuino spiritu, ad cæleste lumen, & regnum vocante è suo  
Castello Satagano, Ægidium Eanem Pereriam accersit Sacerdotem prædicatio-  
ne Lusitanorum, atque etiam Ethnicorum raræ virtutis. Qui vbi peruenit, ex-  
ceptusque comiter, & quid sentiret de Mahometana, deque Christiana lege  
iussus profari; liberè denunciauit christianam legem vnica esse veram. Rex  
inde alia, atque alia requirere. Bonus presbyter quàm sciebat optimè respon-  
dere: sed vt sanctitate magis, quàm literis abundabat; addebat ingenù se com-  
paratione Patrum christianorum indoctum esse. Inde Regem cupido incellit  
Patres Sancti Pauli Goani, quorum celebre nomen tota est India, accersendi.  
Atque hæc fuit missionis huiusce origo. Cum primùm Goam legatus à Rege,  
ac literæ peruenirent, erecta ingenti expectatione, ac spe Ciuitas est omnia.  
Exarsit in Collegio inter Socios generosa cupiditas, & æmulatio gloriosum  
laborem, ac discrimen deposcentium. Denique re Domino plurimùm commen-  
data, & Sancto Bartholomæo Apostolo, qui primùm in ijs terris prædicatio-  
Euangelium creditur; tres lecti sunt Sacerdotes. Moderator totius expeditio-

nis, Rodolphus Aquaiua, tum Antonius Monferratus eximia religionis, & doctrinæ vir, & Franciscus Henricius natione Persa, ac persicè doctus, qua Nobiles Mogores lingua vtuntur. Hos Pater Prouincialis Damantum vsque dum borealia Societatis domicilia recognoscit, profequutus, Dei gratiâ commendatos dimisit. Illi Damano Idibus Decembris profecti, Surratum primum venere, quæ Regis Mogoris est arx in Regno Cambaiæ, Inde iter profequuti in mediterranea pridie Kalendas Martij anni octogefimi Urbem Fatepur, vbi Rex plurimum agitabat, amplius menstruo perfuncti itinere contigerunt: adeo Regi expectati; vt præcognito eorum ab Goa discessu, dies itineris numeraret, disponens ipse sua opinione mansiones.

Inter hæc Valignanus Visitator ab Macao prospera sexdecim dierum nauigatione nono Kolendas Sextiles cum Patre Laurentio Mexia, & Fratre Oliuero Toscanella peruénit, tanquam gubernator diuina submissus prouidentia, qui in tempestate, quæ Bungensem Ecclesiam grauissimè iactabat, clauum teneret. Iam cum eo, & aliquot indigenis mox receptis, Socij in Iaponia quinque & sexaginta censebantur, Christiani ad centum millia.

Rerum status secularium hic erat. Nobunanga maximus Regum Iaponiorum sex & viginti regnis imperitabat: proximè opes Regi erant ex Yamanguiano Moridono regnorum tredecim dominatori. Hic Ocazenfi adiunctus Bonzio graue bellum aduersus Nobunangam iam diu gerebat. Qui si victoriam ferret spes augendæ diuinæ rei non magna offerebatur: sed planè magna si superaret Nobunanga, ad quem non obscure victoria inclinabat. In Ximo Rex Bungenfis malè gesta re cum Saxumano inter magnas versabatur angustias. Ex tertia parte Iaponiæ, quæ Xicoquus nominatur, quatuor continente regna, Rex Tosæ baptismo Funaij suscepto, cum auxilium petitum venisset à Rege Bungenfi, vt demonstratum suo loco est, sed rursus eiectus à suis desiderium regni terreni, caelestis spe mitigabat. Præcipuus Christianorum numerus erat in Ximi oris, vt vicinioribus ijs portubus, ad quos Lusitanis Sinis appellunt, ac præcipuè in regno Figeno, cuius maximam partem obtinebat Riofoges capitalis Christianorum hostis, sed cupidine Lusitani commercij contra eos vim temperabat. In hoc regno Omura, & Arima, & Firandus sunt. Ditio Omurana Bartholomæo subiecta ad capitum quinquaginta millia numerabat, nullo iam reliquo Idolorum cultu. Ad eos Christianos excolendos habebat Societas sedes tres, vnde ad minores Pagos excurrebatur. In portu Nangafacchi vnâ, quo ferè Lusitana nauis appellebat. Hic Christianorum ob fidem extorrium conuentu è dumetis Oppidum supra quadringentarum domorum Patres conflare, pulcherrima origine, longeque dissimili Romæ natalibus. Duo Sacerdotes, cum Fratre eum tractum curabant. Altera erat sedes Omuræ. Tertia Cori, & vtrouique Sacerdos cum socio. Bartholomæus Riofogi parebat, nec tamen aberat metus belli ob infatigabilem cupiditatem dominandi Riofogis, vt omnia ad se traheret. Arimanus Dynasta totum prope olim regnum Figenum obtinebat, neque Riofogi in præsens parebat, sed populares ob multorum defectionem, haud plures Bartholomæo numerabat, ex quibus duodecies mille Christianos constantissimos, plurimosque in Cocinoci portu, vbi sedes erat Sacerdotis, ac socij. Praterea Firandi Sacerdotes duo cum Fratre agebant, excurrentes ad Christianos in Ioannis, & Antonij Insulis: quorum Procerum metus faciebat, ne Firandensis Fixus ferè par Arimano potentia, quicquam contra Ecclesiam auderet. In eo Tractu supra tria millia Christianorum numerabantur. Finitimum Figeno regno est regnum Fingi in potestate Regis Bungi, vbi Insula Amacufa tres leucas à Cocinoci portu. Ex quinque eius Insulæ Tonis Princeps cum vniuerso suo populo ad decem millia caprum Michaël nomine christianus erat. In Oppido Amacufa duo Sacerdotes cum socio. In Arce Fondi Sacerdos, & Laicus versabatur, qui ex-

currebant in Xiquim ad excolendos circiter mille Christianos reliquos in ditio-

316

Rodolphus A. quaiua, Antonius Monferratus, & Franciscus Henricius ad Mogores missi.

317

Valignanus in Iaponiam venit.

318

In quo statu rem christianam, ac politicam reperit.

319

Nobunanga viginti sex regnorum Rex.

320

Moridonus regnorum tredecim.

321

Regis Bungenfis cum Saxumano dissidia.

322

Rex Toiz à suis eiectus.

323

In Ximo maior Christianorum numerus.

324

Riofoges Christianorum hostis.

325

In Omuræ ditione Christiani omnes.

326

Societatis Residentiæ Nangafacchi, Omuræ, & Cori.

327

Residentiæ Amacufæ Arcis Fondi, & Facultatis.

328  
Residentia Funaj, & Viqui.

329  
Contra Patres conspiratio quasi causa rei male gesta in malo.

330  
Iaponiorum vitium perfidia.

331  
Multi Bungi rebellant à Rege.

332  
Bonzij laces in Christianos suscitant.

333  
Rex iunior in fide labat, & contra Christianos inuictur.

334  
In Christianos turbat.

335  
Ad preces confugiunt.

336  
Rex Franciscus imperterritus fidem custodit.

337  
PP. suis literis per Regnum commendat.

338  
Cicafixus licet infidelis Christianos tuetur vt Cicatondono aduertitur.

ne Ioannis Apostata. Ex altera parte Regni Figeni Cicugentum est, in eo Facata amplius iam septem millibus accolis frequens, item Regno Bungenfi parens. Facata pauci Christiani, pauld plures in aliquot circa Pagis habitabant, ad quos excolendos habebant duo Sacerdotes cum adiutore Facata sedem. Regnum Cicungi item Bungo subiectum nonnullos habebat Christianos, sed ob bellicos tumultus inde in regnum Figenum Patres receperant se. Iam in regno Bungi fideles numerabantur non plus quinque millibus: tamen Funaj, & Vsuqui domicilia habebant Socij in Collegij, ac Tyrocinij modum. Rexque ipse, vt supra narratum est, Francisdi cooptato nomine, se Christo subegerat. Nec procul aberat à regno Dei iunior Rex, nisi ob arcana Dei consilia, Satana inuidiam, & graua populi scelera, bellum cum Saxumano Rege susceptum luctuosum exitum habuisset. Ex eo bello, vbi Cicatondonus, qui putabatur in acie cecidisse, Vsuquin redijt, renouata est contra Patres adeo grauis inuidia; vt apparere in publico nequirent: cum amissos alij filios, alij parentes, alij fratres ab ijs requirerent: eorum culpa tantum exitium illatum exprobrantes. Inter Iaponicæ vitiatè patet perfidia. Nam vt spes suas, præsertim Magnates, vltra hanc vitam non porrigunt, ius, fasque nihil pensi habent. Suis quocunque modo opibus augendis intenti, vt vix vitio, aut pudori sit ad hos, illosque deficere, pro oportunitate, vel si facultas datur, dominatum inuadere. Ita vbi Bungenfis clades vulgata est, in quatuor eius regnis Bugeno, Cicugeno, Cicungi, ac Fingi, Dynastæ multi rebellant: afflictum pro se quisque Regem premere, ac spoliare. Ineunt inter se fœdus, & cum Riosoge, & quatuor in dictis regnis circa Bungen crudele inceptant bellum. Ergo in deterius labi res Bungi. Contra Christianos, auctoresque nouæ religionis sermones, & odium inualescere. In stare occasione Bonzj, iunior Rex labare: mox fidem quibusdam promittentibus, si iusturandum in certa capita per Comes, & Fotoques daret, miser corruit. Hac tanquam rima ingressi Tartarei satellites, latè ruinam faciunt, Quippe peragrè suffaminatur scelus: cum impetum cœpit, ruit. Capita ei proponunt deteriora, vestigalia fanis, solennes Idolis honores, cerimonialisque restituar, patrocinium Christianorum eiiciat, & voluntatem baptismi. Quæ omnia superstitione patria penitus se Ethnicum professus irauit. Quancquam interdum dicitarè amittendi regni metu, & ad retinendos in fide Tonos ea se committere. Quasi verb labentibus diuinis stare humana possint, & vinculum fidei inter homines sit Deo perfidum esse. Iam quod necesse erat, Christi famuli non vbique solum contumelijs opplebantur; sed destinabantur ad necem, & ab amicis subinde alijs, atque alijs nuncijs, iam iam irrupturos hostes admonebantur: quo fiebat, vt nec vesperi se posteram lucem visuros, nec mane peruenturos ad vesperam putarent. Magno sanè lucro, multorum adepti martyriorum pretia, & compulsi vitam agere optimam. Nam ea demum vitæ hora est optima, quam quisque quasi supremam viuuit. Amplius duobus mensibus, ac dimidio perpetua habitata est oratio, succedentibus per vices sibi fratribus, ieiunia frequentia, & flagella repetita, ac cetera diuinæ iræ placamenta. Vnicum erat solatium Rex Franciscus, qui tanquam arx firmissima altè fundata in petra, nihil nec ventorum impetu, neque imbrium tempestate commouebatur. Par constantia, par animi excellitas Leonis à Noccu. Franciscus Rex tametsi regni gubernacula dudum posuerat, grauissimas tamen literas ad regni Proceres dedit, vetans quicquam moliri aduersus Patres. Se enim esse christianum, & in ea religione moriturum: nec prius quippiam aduersus eos, quàm contra se tentaturos. Quibus literis præstans de sapientia viri opinio pondus dedit. Illud diuini consilij visum est, quòd in consultatione Bungenfium Dynastarum, cum Cicatondonus vellet inferi capitibus Regi proponendis, vt eiicerentur è Bungo Patres, & destrueretur Vsuquiana Ecclesia; Cicafixus, inter Dynastas princeps, quamuis rebus christianis nunquam ante fauisset, aduersatus est, vt Cicatondono, cuius erat inimicus, quòd eum sciebat pessimè Christianos odisse, dolorem inureret. Ita per

occasionem sæpè annunciat, ac protegitur Christus: nam & postea patronum se profiteri cœpit Christianorum, solum vt inde oculi Cicatondono dolerent. Sed ne is quidem diu fidem Regi præstitit; statim enim rebellans, tametsi breui ex morbo decessit, filio tamen bellum reliquit, vnde in vltimum periculi res Bungi redactæ. Neque pax Christianis Insularum Gorisuit. Quin iunior Tonus acriter in eos coortus, plerosque ad veterem pietatis cultum retraxit, paulò plus ducentis in fide perstantibus. Meacensis domus, quam ad id temporis nunquam plures è Societate, quàm bini Patres Fratresque incoluerant, hoc anno geminatus est numerus. Christiani in vrbe perpauci: plurimi in Cunocuni regno, Quippe plus octo millibus in Tacacuqui arce, & Pagis. Sed Araques eius regni moderator ab Nobunanga ad Ogacanam, Amangucianumque transgressus, in magna pericula omnes coniecit, simulque Patres. Nam statim ingressus regnum Nobunanga magnam eius partem subegit. Verùm arcem diu frustra obsessam in expugnabilem videns, ob ingenium loci, & circumiectas aquas, animum iusti, quem norat summè christianum, ita aggreditur. Meacensibus Patribus partim in custodiam datis, partim in sua castra accitis, nunciari iusto iubet, vt quoniam obsides dederat Ocazano filium suum, ac sororem; videat vtrum eorum vitam, an omnium Christianorum, & Patrum duceret potiore. Nam si cunctaretur arcem tradere, ante oculos eius statim crucibus suffixurum quotquot Christiani nominis suis in regnis forent. Ploratus ad hanc famam excitur in Christianis, non suam, vt aiebat, sed Patrum calamitatem lamentantium. Patres iam se ad mortem composuerant, eò faciliùs, quòd longo vsu iam obcalluerant mortis ad nomen. Sed iustus alloquitur milites, quorum plerique Christiani: & posthabere se non filij modò, & sororis; sed & suam vitam tot innocentium saluti, & præcipuè legis diuinæ Magistris contestatus, de eorum voluntate tradidit Nobunangæ arcem, liberatis periculo ceteris Christianis, bonus Darius discrimen extremum adiit. Ne Araques filium ipsius, ac neptem interimeret, ad eum transfugit, Nobunanga supra modum ea re offenso. Itaque cum arcem quoque Araquis mox occupasset; nemo erat quin capite animaduersurum statim in Darium arbitraretur. Contra tamen euènit, Deo, vt omnes existimarunt, id rependente viri optimi meritis, auctis iusto opibus, Darium quoque incolumen reddidit. Insignem Foquexiani Bonziji, & asseclæ hoc anno acceperunt cladem. Nam in disputatione, quam apud Nobunangam Iodoxis pœna capitis proposita victis obtulerant, victi ipsi, nonnulli capite plexi, alij infamia notati, cæsi virgis, relegatique sunt, cunctis in vniuersum, si vellent ad pristinum locum redire pretio immani imposto. Profuit hæc calamitas ad insignem Foquexiorum superbiam comprimendam, & aperiendum aditum legi diuinæ: nam latissimè illa patebat secta, maximè inter potentes, vt quæ sensui maximè blandiretur, & grauissimè, vt omnino contraria, Christianæ religioni obstabat. In ijs, qui suscipere baptismum duo fuere latrones ipsi in Crucibus baptizati. Adeo latronibus fauet crux, eique confine est cœlum, per quam & partum est. Hoc statu Iaponiæ inuento Valignanus, quanquam omnia videret tanquam tenui filo suspensa; præstantissimum tamen id operum Societatis existimauit, summoque gaudio perfusus est ex vita Sociorum: cum inter tot ærumnas, tot discrimina animi, & corporis, tam duro asperoque, & insolenti victu, non modò eximiam sanctimoniam conseruarent, vel Collegijs Europæ, in quibus cuncta temperata legibus, disciplinaque custodia seuerioris septa sunt, præferendam; sed etiam nemo vnus è tanto numero esset, qui non libenter in ea Cruce degeret, certus vltimum ibidem spiritum exhalare, oblitus cuncta ceterarum terrarum commoda. Id enim uero præstans sibi videri gratiæ diuinæ miraculum Valignanus ad Patrem Generalem scripsit.

Tertio Kalendas Iunias cum Petro Dia, qui venerat procurator, discessere in nouam Hispaniam egregij operarij quindecim, quo subsidio propagari Societas cœpta, & Collegia Mechoacanum, & Guaxacanum formari. Angelo

339  
Residentia Meacensis aucta.

340  
Christianorum status in Cunocuni Regno.

341  
In Patres, ac Christianos periculum.

342  
Iusti Christiani Ducis magnus, & constans animus.

343  
Bonziorum clades.

344  
Duo latrones in Cruce baptizantur.

345  
Valignanus Sociorum feruor exilarat.

346  
Petrus Dia cum quindecim Socijs venit in nouam Hispaniam.



poli quoque posita sedes, ad quam transfuit, Patris Euerardi consensu, Sebastianus Lassus Vega, quod ante Mexicano Collegio donarat. Digna est memoria huius viri erga Societatem propensio. Nam quemadmodum ipsemet ad Patrem Generalem scribit, cum esset ex Vegarum gente, memor quantum Ioannes Vega in Sicilia, eiusque liberi Societatem ornassent; cum filios sibi omnes mors rapuit, heredem Societatem scripsit: quod ipsum pari studio coniux Maria Leonia fecit. Ad hanc Prouinciam visendam extremum sub annum Plaza venit, quem & manere, ut ipse Petrus Sancius postularat, Euerardus Prouincialem iussit, magna eius Prouinciæ felicitate duos virtute præstantissimos fundatores sortitæ Sancium, & Plazam. Unde licet palam intelligere quanto plus in rebus gerendis, præsertim in religiosa administranda republica, polleat solida virtus, & familiaris consuetudo cum Deo, quam admirabiles populo suæ eloquentiæ, suæ scientiæ dotes, & vsus, & gratia mortalium Procerum.

347  
Plaza nouæ  
Hispaniæ Vifi-  
tator.

348  
Peruianæ res.

349  
Aloysius Lopez ad Inquisi-  
tores delatus.

350  
Variæ inde vul-  
gi opiniones.

351  
Prouincialis de  
delatione in  
Vifitatorem  
conficius puta-  
tur.

152  
Prouincialis &  
Vifitator in quo  
inter se dilecti-  
parent in Pro-  
uinciæ regimi-  
ne.

Dum hæc Prouincia secundo prouehitur cursu, nouæ in Peruvia turbe concitæ, Aloysio Lopio ad Sancti officij Quæstores delato. Is multis ante annis Rector Collegij Cusquensis in Collationibus de conscientiæ questi- uibus super sacrorum Quæstorum decreto, per quod iubebant certa crimina deferri, nulli alij re indicata, responderat, si crimen incideret, de quo ambigeres an deferri necesse esset; licere super ea re consilium sapientis exquirere, nec iustè id posse prohiberi. Id responsum in vnius Limanorum Patrum schedulis Prouincialis, qui iussu Quæstorum scripta Collegij omnia recognouit, inuentum concepsit. Ille inter cuius scripta schedula fuerat, siue falsâ religione incitatus, siue aliunde inductus à Damone, nomen Aloysij detulit, qui primò aliquot menses, tanquam custodia, septis Collegij circumscriptus, deinde etiam in carcerem abductus non sine strepitu, ut sit, linguarum, præsertim crimine non palam certo vulgato, sed quoque ex ingenio confingente, eoque in populo, cui miseranda nonnullorum naufragia suspitionem deterius exacerant. At Societatem grauius torquebat delatoris exemplum, cui confisum à Prouinciali, qui consiliarius sacrorum Quæstorum erat, scriptum, non omnem scrupulum exemisset, ut non nemo suspicaretur, delationem nequaquam ipso Prouinciali inscio factam, ægrè ferente Vifitatoris moram: nam quartum iam annum in Peruvia sederat Plaza, longâ, sed necessaria mora: non solum ut longa die, & vsu regionis vastitate perlustranda, gentisque moribus cognoscendis, quoniam ea prima erat inspectio, quid ferret nouus ille Orbis, quomodo Societatis res componendæ absque errore deprehenderet; sed etiam quia res inciderant in offensione Proregis, ut nullo modo abeundum putaret. Ad hæc Prouincialis nequiquam omnino vitæ, administrationisque genus probabat. Multa sibi, multa alijs Acoſta indulgebat: frequenter vsurpans in Peruvia, non alia expetenda miracula in virtutis testimonium, quam conseruatam integrè castitatem. Quæd cum absurdè dictum non sit pro locorum ingenio; tamen nec quæuis virtus satis religioso viro debet esse: nec verum erat, ubi pudicitia tot, tamque validos haberet hostes, diligentiam tum in cetera eius custodia, tum in vitæ asperitate remittere. Itaque Plaza, quem ardor virtutis potius in contrariam nimiam seneritatis partem rapiebat, metuebat ne familiaris rerum diuinarum tractatio, studium orationis, legum domesticarum custodia, & vniuersa religiosa disciplina ab se constituta, se absente corrueret, nisi planè confirmatam relinqueret. Acoſta interim eius & potestatem supra suam, & oculos grauissimè ferre: nec verò dissimulare: sed conqueri palam, & inde offensum dicitare Proregem, & reprehendere, quòd se Plaza Aloysio Lopio nimium tradidisset. Lopij consilio trahere eum moram in Prouincia, quoad literæ Roma perferrentur, per quas inberetur in Prouincialatu succedere. Hæc eius offensio, præsertim aduersus Lopium, aperiebat suspitioni viam: sed vehementer eiusdem mos affirmabat, quòd non semel aliàs Proregis, & Quæstorum sacrorum auctoritatem interpretauerat, ad

248

monopolium

quod in Peruvia

habebat

152

152

152

152

152

152

152

152

152

152

152

152

152

152

152

152

152

152

152

152

152

152

152

152

152

152

152

152

res Societatis suo arbitrio administrandas, quæ vnica est religiosarum familiarum  
 pernicies, cùm aliunde petuntur, quàm ex Institutis ipsis, gerendarum rerum prin-  
 cipia. Cùm primùm in Peruuam venit Portillo suadens, vt tantisper Lima conce-  
 deret, id sacris Quæstoribus videri dixit: cùm à Portillo missus Cusquam Aloy-  
 sium Lopium Reçtoratu summonit, eandem causam attulit, quòd ita videretur sacri  
 officij magistris. Plaza autem Visitatori & Prorex inuitò, & Quæstiores commen-  
 darunt, vt quæ statueret, cum Acofta consultaret. Quæ omnia faciebat, vt delatio-  
 nis Lopij Acofta non infcius crederetur. Ceterùm protectò Plaza in Mexicum,  
 tamen querimonix domesticæ quieuerunt, externis tamen turbis nouæ additæ, vt  
 infæquens annus docebit.



HISTO-

Partis Quartæ Lib. VII.

# HISTORIÆ SOCIETATIS IESV PARTIS QVARTÆ

A. D. 1580.

Liber Octauus.

Soc. 41.

I  
Collegij Illyrici  
institutio.



2  
Aquauiua Pro-  
vincialis pro E-  
uerardo Pontifi-  
cem rogat, ne  
id Collegium  
Societati tradat.

3  
Pontificis res-  
ponsum.

4  
Quare id Colle-  
gium Laureti  
positum.

5  
Thomas Radius  
primus Illyrici  
Collegij Re-  
ctor.

6  
Epidauricæ  
Missionis initia.

7  
Ad Maronitas  
missi Io. Bapt.  
Elianus, & Io.  
Brunus.

EVENIMVS ad annum seculi octogesimum, Eue-  
rardo supremum, ac toti ferè Europæ funestum vel pesti-  
lencia, vel malo nihilo minus tetra, præter nomen. Hoc  
anno cum Gregorio Summo Pontifici ex institutis Colle-  
gij tanquam fidei propugnaculis animus aueretur; Mo-  
roni Cardinalis Illyricæ Nationis patroni admonitu, Illyri-  
cum additum est. Merebatur id præsidium Gentis in fide  
constantia, & discrimina multa, grauique, quibus obli-  
debantur. Quippe cum vel in potestate Turcarum mediterraneus ille tractus sit,  
vel in proximo hostem habeat, itemque Schismaticos, & Hæreticos: ad hæc  
commercia cum Hebræis Orientalibus; periculum erat, ne commixti inter Gen-  
tes Catholici disicerent opera eorum. Iamque innalescebat ignoratio diuinarum  
rerum: obsolescebat diuinorum mysteriorum vsurpatio: quodque inde necesse  
est consequi, labebantur mores, & vitia exuberabant; eo propiore exitio; quo  
minor præsto aderat Sacerdotum obstantium copia. Et huius disciplinam Col-  
legij Pontifex Societati imposuit. Qui dum Provincialis Claudius Aquauiua ab  
Euerardo ad onus deprecandum missus, enumerat quàm multos de Societate tan-  
alioqui pusilla, paucorum institutio adolescentium angustis inclusos parietibus  
distineret non sine publici boni damno; excepit: Nonne professionis vestre est  
quascunque terrarum oras, ac gentes adire, vt eas conuertatis ad Deum? En  
quos dispersos cum labore eratis quæsituri, nos vobis tradimus congregatos.  
Credite, non est vbi labores vestros fenerari possitis maiore cum lucro. In e-  
quo numero Nationes vniuersas excolitis: èque semente non magna messem lon-  
gè maximam præparatis. Sedes Collegij Laureti optata: itemque impensa et  
ædis sanctæ vestigialibus attributa: tanquam ei Nationi, apud quam suam Cel-  
lam aliquandiu voluisset hospitem esse benignissima Dei Mater, hospitij vicem  
rependeret. Primus Rector Thomas Radius missus ab Vrbe est. Fermè triginta  
capitum instituta familia: quæ quo pacto decem ferè post annis translata Ro-  
mam, postremò ab Societatis disciplina abducta sit; referetur in tempore. Ip-  
sam in Dalmatiam Pater Bartholomæus Sfondratus missus est cum Episcopo  
Stagni Visitatore Apostolico: cui cum ad salutem eius gentis sedulo nauasset ope-  
ram; Epidaurum secessit expeditioni inchoandæ, de qua anno proximo dice-  
tur.

Ad Maronitas Ioannes Baptista Elianus, cum Ioanne Bruno, ceptis biennio  
ante prosequendis remissus. Vbi primùm in Urbem Ioannes Baptista reuenerat,  
statum rerum diligenter Cardinali Carasæ, summoque Pontifici renuntiabat.  
Ante omnia populi bonitatem, & paratissimos ad omnem disciplinam, & obli-  
quium animos demonstrat: tum difficultates, quibus maximè ab salutarium  
librorum, ab supellectilis sacræ, ab doctorum hominum inopia conficerebantur  
exposuerat: quæque tot leuandis incommodis ex vsu viderentur, addiderat.  
Nominatim de fingendis ære typis vnde Chaldaicæ, Arabicæque linguz libri  
excuderentur: de accersendis Romam adolescentibus, qui religionem, ac literas  
in sancta Vrbe sub ora Christi Vicarij (velut nationibus alijs Gregorij pietati  
suppe-

suppeditarat) condiscerent: de mittenda in Syriam sacri apparatus bona copia. Quæ; & id genus alia cum libentissimè Pontifex audisset, probassetque iamque auctoritate eius, & benignitate, tum industria, & studio Eliani ipsius, qui & libellos Arabicè verterat, & præfuerat imprimendis, comparata essent; maturum visum est repeti legationem. Ad ceteram liberalitatem adiecit Gregorius non mediocrem, ad solatia quoque tenuiorum, pecuniam. Diploma item confirmati Patriarchæ, & ad eundem plenæ potestatis insigne Pallium misit. Fidei quoque profrendæ formula perlata est Arabicè concepta, atque edita typis, in quam cuncti animarum quouis modo custodes iurarent. Multa etiam Patribus ipsidem Iulius Antonius Cardinalis Sanctæ Seuerinæ, quæ cum Iacobitarum, Cophorum, & Armenorum Patriarchis tentarent, agerentque mandauit. Euerardus hæc maximè profecturos admonuit, vt à quo, quem in locum, & quam ob rem mitterentur crebrè reputantes, darent operam, ne Christi Domini Vicarij sanctæ menti, ac liberalitati deessent: neque operi præstantissimo, torque miserè pereuntibus animis, ijs præsertim circa locis, quæ, cum Dominus IESVS CHRISTVS ipsarum causâ tot olim cum laboribus peragravit; documentum sunt, quàm ei sint caræ, quidque conandum sit hominibus, qui sacra eius vestigia sequi se profiteantur. Eniterentur autem, vt idoneos se diuinæ gratiæ administratos redderent: primùm quidem innocentis, & irreprehensæ vitæ exemplis, tum sinceræ caritatis significatione, erga omnes pietatis christianæ præferentes præcordia, ac purum studium eorum salutis: ad hæc pro captu populi exponendo veritatem, & quicquid vel moris, vel consuetudinis alienum inuenirent, reuocando ad catholicam normam, ad eademque retinenda edoctis, comiterque pellectis Pastoribus: memores tamen vbique prudentiæ, ac modi essent: quia, vt languor ac mollitia nunquam cæpta percoquunt; ita calor, ac zelus præferuidus sæpe opprimunt. Igitur ad alendam cælesti fomite in sese erga animas caritatem; lumenque à Patre luminum hauriendum, suæ conscientiæ examina, statâ meditationum tempora, ceterasque Ordinis religiosas actiones, ac frequens cum sempiterna Maiestate commercium sedulò conferrent: mutuo se auxilio, consilioque cum perfectâ consensione adiuuantes. Res verò ciuiles nullo pacto attingerent, ne literis quidem, quas Romam, aut quopiam darent: tantùm contenti sancta modestia ciuiliū Præfectorum gratiam, & patrocinium religionis negotio demereri. Hisce cum mandatis profecti, diuino ductu, tertio Kalendas Iulias Phœnicæ Tripolim sospites aduehuntur mira opportunitate, cum vigesimo iam ferè die pestilentia constitisset. Hic obuiam habuere Episcopum Georgium à Patriarcha missum. Ad Monasterium inde Canubinum progressi gratulatione maxima cum festo omnium campanarum sonitu excipiuntur. Patriarcham lecto morbus affixerat: qui ad eorum aspectum tollens in cælum manus, & oculos, plenus lacrimarum, nullum faciebat sinem Gregorio Summo Pontifici, Cardinali Carafa, Deo denique grates agendi. Tum verò gaudio exilire, cum partem sacri instrumenti, quod Sanctissimus Pater mittebat, aspexit, Diplomata Apostolica, balsamum ad sacri Chriſmatis consecrationem, sacrum Pallium, librorum Arabicè impressorum vim ingentem, pulcherrimis ad eam rem formis à Sanctissimo Domino comparatis, magnum sacrorum Calicum numerum, multa ad sacrum oleum habendum decora vascula, Altarium frontalia octoginta, formas quoque ad fingendas hostias complures, Rosaria, pias imagines, & alia id genus copiosissimè. Nec minor ceterorum, quàm Patriarchæ gratulatio extitit. Addidit alacritas tanta Patribus spem, & animos. Ergo vtendum tempore rati, ne in cassâ modò officia communis lætitiæ defloresceret; sed in solidum, perpetuumque religionis exuberaret prouentum; continuò dant operam, vt Synodum Patriarcha edicere. Instabant Assumptæ in Cælum Deiparæ solennia, cui ad Monasterium Canubinum sacra ædes, ad quam veteri religione populus confluere ex circumiectis solebat Pagis; Tum verò multo plures fama missorum à Pontifice Nuntiorum exiente ad benedictionem Apostolicam concurrere. Quibus annibus è sua tenuitate Monasterium

8  
Pontificis liberalitas.

9  
Euerardi monita ad Maronitas proficiscentibus.

10  
Patres summa gratulatione excepti.

11  
Patriarchæ ingens lætitiæ ad pontificiorum donorum aspectum.

12  
Synodus indicitur.

alimento subministravit: nam perantiqua est ei Cœnobio aduersus omnes hospitalitas. Magnus in ea celebritate rerum sacrarum, libellorum, Rosariorum, vestium sacerdotalium, & calicium diuisus est numerus, cum plausu populi lætissimo, omnibus extollentibus Sanctæ Romanæ Ecclesiæ pietatem: in ea se, proque ea millies obituros mortem profrentibus, ac lætâ qualescunque detestantibus. Proximis inde diebus Synodus habetur in Templo, vbi perpensa gentis bonitas: nam nisi Patrum modestia obstitisset, cum duas sellas possuissent, sedere humi Patriarcha, ac reliqui volebant, & alioqui nullus apud eos sedium usus est. In eo conuentu postquam Ioannes Baptista Arabicæ Legationis causas exposuit, & quam ob rem conuentus haberetur, pronis auribus, & animis ad obsequium paratissimis auditus: subiecit de confirmato à Pontifice Patriarcha, & misso ad eum Pallio: Nostis, inquit, inde ab anno millesimo ducentesimo quintodecimo, cum Hieremias vester Patriarcha confirmatus est ab Innocentio Tertio Romano Antistite, ceteros deinceps eandem Sedis Apostolicæ auctoritatem adhibuisse. Quem sanctum, ac necessarium morem cum Reuerendissimus Michaël Petrus conseruandum putasset, Sanctissimus Dominus Gregorius magna voluntate auctor est factus, hoc misso Diplomate, ac Pallio: quæ dicens vtrumque spectandum obtulit, usumque, & honorem Pallij breuiter explicauit. Dein prosequens: Sed vt rite, inquit, cuncta fiant; Sanctæ Romanæ Catholice Fidei formulam ad vos Sanctissimus Dominus misit, qua vera complexi, internoscere errores, fugere, atque execrari possitis. Ex huius professione cuncta, quæ sumus acturi æquum est auspiciari, nisi si cuiquam vestrum aliter videretur. Cum valde omnes assentirentur, prosternuntur in genua, ac Patre clara voce in verba præeunte, vniuersi formulam enuntiant, in eamque, sacris Euangelij tactis viritim iurant. Formula erat, quam Pius Quartus edidit, multis adiectis, quæ propria eius Ecclesiæ conditio postulare. Post hæc Patriarcha concepto iureiurando, quod ad confirmationem, & susceptionem Pallij exigitur, ab Archiepiscopo Sarchis (erat germanus frater ipsius Patriarchæ) ad id à Pontifice nominato, confirmatur, & Pallium accipit, ac sibi statim circumdat. Quæ cum fierent, & ante oculos curas Apostolicas haberent, immensa repleti lætitia, & insolito instincti motu vniuersi pariter in clamorem erumpunt ingentem, Lau Deo, & Kyrie eleison ingeminantes, simul Gregorij Pontificis, & Caracæ Cardinalis, & Patrum interferentes nomina, nec vllum inueniebant finem clamandi, cum interim quicquid erat aris campani validè personaret: & Patres, & pauci Latini, qui intererant, illis clamantibus vbertim flerent: quod in populo tam remoto ab Italia, inter steriles saltus, quodque caput est, inter Infidelium, Hæreticorum, & Schismaticorum pestifera senticeta tantam aduersus Romanam Sedem propensionem caelestis Pater ingenerasset. At illi non antequam à Patribus, vt sibi temperarent, admoniti sunt, quieuerunt. Alijs subinde conuentibus, quæ ad consensionem sacrorum dogmatum pertinebant, proposita. Catechismum confecerat Pater Ioannes Brunus, quo, præter sinceram doctrinam fidei, Orientalium Hæreticorum errores complexus, eos accommodatis generationibus confutabat. Eum libellum & à Patribus doctis probatum, & Arabicæ sermone à Ioanne Baptista versum, atque editum typis detulerant: eundem cognoscendum Synodò, & excutiendum proposuere, vt si cui quid difficultatis oboriretur, in medium proferret, perque eius explicationem cetera magis confirmarentur. Non defuere, qui magna libertate, quæ videbantur, opponerent: cumque per accuratam collationem illustrata essent omnia, omnesque planius edocti, atque in omnes partes factum sibi fati profiterentur, summa voluntate receptus est Catechismus. Hoc posito religionis fundamento, aliud Patres addendum putarunt, vt Canones aliquot Synodis conciperet, quibus Orthodoxas, & contrarias Hæreticorum accolarum erroribus sanciret sententias. Inellegebant enim, quo pluribus opportunum est lupis ouile, hoc pluribus esse mutandum sepimentis. Illud præterea fore, vt & immorando eorundem traditioni dogmatum, interius ea quisque cognosceret, & quæ ipsimet decreverant,

13  
Eliani oratio Arabica ad Synodum.

14  
Iuxta formulam Pij Quarti fides omnes profiterentur.

15  
Patriarcha Pallium accipit.

16  
Lex in Synodo acclamaciones.

17  
Catechismus Io. Brunus examinatur & approbatur à Synodo.

18  
Catechismus Io. Brunus examinatur & approbatur à Synodo.

sanxissentque, eadem haberent cum ipsi, tum posteri cariora. Conditi igitur à Ioanne Bruno sunt Canones de Sacrosancta Trinitate, de Processione Spiritus Sancti à Patre, Filioque, velut ab vno principio: de duabus in Christo naturis, itemque voluntate duplici, & operatione: de Trisagio catholicè usurpando, prætermisso Petri Gnaphgi additamento: de Purgatorio carcere, & Oratione pro mortuis, deque proprio cuiusque statim à vitæ fine iudicio: tum de Sacramentorum numero, materia, forma, ritibus, vsu, administro, vbique explicatis, nominatim quæ locus requireret. Addita ad extremum de Reformatione apprimè salubria decreta. Quæ omnia prudenter, ac doctè à Ioanne Bruno latinè comprehensa, & Arabicè ab Eliano reddita; cum ad extremum publicè essent miro consensu recepta. Chirographo firmata sunt Patriarchæ, ac ceterorum. Postquæ latissimas acclamationes (formula est eis acclamandi Kyrie eleison) Gregorio Pontifici, & Cardinali Carafæ, & Apostolicis Nuncijs, Augusti die sextadecima dimissa est Synodus. Canones, & Decreta Synodi Romam postea perlata, magnopere qui videre sapientes, & ante omnes Cardinalis Carafa, laudant. Sub finem Synodi non incommodè accidit, vt Episcopus Dioscorianus ad Canubinum veniret, qui inuitatus à Maronitis, vt quid sentirent Nuntij Romanæ Ecclesiæ de duplici natura, voluntate, & actione in Christo Domino, non dedignaretur audire, haud grauatè adfuit. Illico posita quæstione Ioannes Brunus ita disseruit. In Christo Domino si fuit vna tantum natura, vt Dioscoro placet, hæc vel est diuina tantum, vel humana tantum, vel ex vtraque mixta. Non vtiq; fuit diuina tantum, quia non potuisset crucifigi. Continuoque Episcopus: Humana tantum fuit, inquit. Et Brunus exemplo: Quomodo igitur Christus Deus est, si humana tantum in eo natura est? Quomodo miracula edidit sua virtute? Et Elianus adiecit: Quid porò factum est de natura diuina? Obmutuit Episcopus. Ingens consecuta approbatio doctrine, quam Nuntij Apostolici tradebant. Magnus plausus in tam celebri confesso Episcoporum, Sacerdotumque ceterorum, ac Nobilium Maroniticæ gentis. Magnum pariter ad veritatis Apostolicæ venerationem factum incrementum, quam luis penè oculis viderant, ita redarguere tenebras Hæreticorum. Iam digredientibus absoluta Synodo Presbyteris, & Episcopis, quod reliquum erat instrumenti sacri distributum est, parte eius pecuniæ, quam suos in vsus Patres acceperant, ne quem indonatum dimitterent, & subtilem, ad cumulandam benignitatem Sanctissimi Patris, conuerla. Supererat graue negotium, vt tres Episcopos, qui, vt supra memini, dignitatem sibi arrogauerant Patriarchæ iniussu, in eius gratiam & obsequium restituerent. Fuit opus laboriosum, ac molestum. Tuebantur se veteri more, quo volebant licere inconsulto Patriarcha consecrari Episcopos: graues Romam vsque in eum calumnias perscripserant: denique animos contumacia obstinarant: sed, Deo tandem adiuuante, & Maronitarum præcipuis, huic quoque malo facta est medicina. Sed Patres cum res in communi satis viderent compositas, vt ad priuatas etiam Ecclesias pertineret vtilitas, Diœcesim quoque lustrandam sibi putarunt. Ergo Patriarcha, vel quopiam Episcoporum comite, dant sese in viam. Magna gratulatione quacunque iter haberent excipiebantur, obuiam populis cum Episcopo effusus: turba mulierum ante domos, & in tectis patrium carmen, vt in festis celebrioribus genti solenne est, concinente. Conuocatis in vnum Sacerdotibus, primisque paganorum adhibebant opportunas cohortationes, decreta eadem, quæ Catechismo, Synodoque proposuerant, explicantes pro captu auditorum. Superat prope fidem ad depellendam inscitiam quantum vna vox, & commercium linguæ profuerit, cum suo idiome, sine internuncio, & interprete edocerentur. Nec equidem magis aliunde factum crediderim, vt in tanta obseruantia, tantoque obsequio aduersus Romanam Ecclesiam, multa tamen tam diu resederint in moribus, ritibusque nominatim damnata Pontificum litteris, quàm doctoris inopia. Addidere Patres ad euulgandam etiam nunc magis eorundem Decretorum notitiam, & ad posteros propagandam, illud quoque subsidium. Præcipua eorum capita

18

Canones à Io. Bruno conditi.

19

A Synodo approbantur.

20

Io. Brunus cum Dioscoriano Episcopo de duplici Christi natura disputat.

21

Tres Episcopi cum Patriarcha conciliantur.

22

Cum Patriarcha, &amp; Episcopis Patres Diœcesim vistant.

Arabicè multis exemplis describere, tum singulis in aedibus sacris vnum aliquod exemplum tabellis affixum prope Altaria relinquerebant. Hoc igitur ritu paganos Ecclesias peragrantes edocebant Præfides, populos solabantur, & incitabant, Rosaria diribebant, explicata qua vrentur ratione, quam & vernaculo libello vulgabant. Catechismos item spargebant; scrutabantur libros ipsorum ad tollendos errores, peruersas consuetudines abolebant, pijs inductis. Religiosis viris, ac feminis, alijsque egentioribus de pecunia Pontificia stipem largiebantur gaudente populo, & animo ad cultum, & constantiam religionis acrius, & que firmante, vt nunc demum refloresceret Libanus, sponsoque caelesti digna specie, & gloria vestiretur.

23 Eodem vere, quo Maronitica, instituta est Anglicana Missio: de qua mox, cum stilum ab Italia ad Septentrionem transferam, fusè narrabitur. Ad Salutis in Alpibus Italiae finibus item iussu, impositaque Pontificis Petrus Regius, & Ioannes Anthonius Grassus, Cæsar Casullus, & Ioannes Baptista Righius, profecti. Periclitabatur in ea plaga summè Religio, septem iam Hugonottis Ministris tartareas spargentibus faces, cum discrimine totius Italiae, nisi maturè occurreretur. Euennus inter pericula assidua capitis, & bellicos tumultus egregiè respondit optatis, vt insequentem anno, ad obsecundandum prono operis cursui, penè duplicandus fuerit numerus operarum.

24 Vere eodem Hieronymus Natalis suarum peregrinationum supremam, ac beatissimam obiit in patriam. Superiore anno reuerlus è Germania absoluto opere Annotationum in Euangelia, plenus bonorum dierum, annum agens septuagesimum tertium decessit in Probationis Domo ad Sancti Andreae tertio Nonas Aprilis summo mane, vt videretur, cum idem esset dies Domino resurgenti sacer, in occursum triumphantis properare, & vocari ad gloriae partem, qui tolerantiae particeps fuerat. Staturæ fuit modicæ potius quam pusillæ, vultus in modestia, ac religione admodum viuidi. Porro animo indefessus, industrius, acer ingenio non solum ad rerum humanarum, diuinarumque scientiam promptissimo, sed etiam ad res gerendas, viasque negotiorum ineundas sagacitatis, & efficacitatis eximia: Societatis Institutorum post Generales, ac Polancum haud dubiè peritissimus: quippe quem ipse Ignatius ad multas circummisit Prouincias ad promulgandas Constitutiones, & explicandas. Cumque iussisset Sanctus Pater, quem is gessisset se eo in munere, primores Patrum perscribere, trium virorum testimonia, quæ non auctoritatem modò, sed etiam religionem ob personarum sanctitatem habeant, Antonij Quadrij, eius, cui tam multum debet India: duorumque in clytorum virorum Confalij Sylueriæ, & Ignatij Azebedij liber afferre. Inter ceteras laudes Quadrij scripsit, illud mirum accidisse omnibus, quòd Natalis, quæ voluisset, effecisset in Lusitania:

25 & sæpè contra sententiam, voluntatemque multorum: & tamen nullus esset in Lusitania, cui non abundè satisfecisset, eiusque acta summè probaret. Sylueria admirabatur, quòd semper idem, & quodammodo immutabilis in sancta grauitate, caritate, prudentia, humili libertate, prouida constantia persisteret, & alias his quoque maiores laudes accumularet. Azebedius Olyssipponensis tum Collegij Rector affirmavit tam intimè eius animo Societatis Institutum impressum, inque negotijs consuecendis, ac rebus ordinandis tam se expedire, tanta cum alacritate, prudentia, simplicitate, ac reliquis virtutibus gessisse; vt videretur ad id officium, propter quod Ignatius miserat, conformatus à Deo, & eiusdem singulari consilio lectus. Non immerito post hæc in aliorum præconijs. Solum ironiam non iniucundam adscribam, qua Prouincialis, tanquam notaret vitia, præstantissimas virtutes expressit. Quoniam notare, inquit, Natalem iubemur, quòd omni obedientiæ genere Domino seruiatur, parebo. Primum vir duplex videtur. Nam cum sit natura iracundus, victoria sui, & prudentia se quasi phlegmaticum gerit: hætenus duplicem voco. Deinde cum videatur in litteris, ac rebus agendis non sanè nihil intelligens, in obedientia intelligere videtur nihil. Præterea potest videri maledicus: sibi enim obtrahat, & opinor iniuria, & fortè est debitor famæ. Ad vltimum, Pater, is homo eiusmodi est, qui nobis honorem,

26  
27  
28  
29  
30  
31  
32  
33  
34  
35  
36  
37  
38  
39  
40  
41  
42  
43  
44  
45  
46  
47  
48  
49  
50  
51  
52  
53  
54  
55  
56  
57  
58  
59  
60  
61  
62  
63  
64  
65  
66  
67  
68  
69  
70  
71  
72  
73  
74  
75  
76  
77  
78  
79  
80  
81  
82  
83  
84  
85  
86  
87  
88  
89  
90  
91  
92  
93  
94  
95  
96  
97  
98  
99  
100

pecuniam, & alimnorum optimos, si quid horum habebamus abstulit: nuncque idem, si rediret, efficeret, nec esset, qui quereretur. Nam cum Rhetor non sit, habet tamen quandam vim, quę eiusmodi sit nescio, illud scio, quicquid velit efficere, nec nisi optimę velle. Sanę non aliorum modõ Patrum de Societate, atque etiam exterorum virorum Principum, qui hominem nossent, sed etiam Ignatij, quod potest instar omnium esse iudicium, ea fuit opinio, vbi implicatum negotium, atque arduum esset; aptiorem ad omnia explicanda, ac transigenda ex voluntate, Natali non facilę inueniri. Itaque Beato Patri postremis annis pessimę valenti substitutus Vicarius est: ab eodem iterum in Hispaniam missus: tum à Lainio, ac Borgia ad Societatem prope vniuersam recognoscendam: postremõ Vicarius Romę Generalis relictus à Borgia. Ac primis illis temporibus, cum haud dum certę erant editę singulorum ministeriorum regulę, monitis Patris Natalis ferę cuncta Societas vtebatur. Nec adeo mirum est tam solita ei cuncta succedere. Nam ad cetera diuina, humanaque dona adhibebat curam insignem. Præmeditabatur rerum agendarum vias, conficiebatque ephemerides: in quibus non solũ præcipua, quę gessisset, sed vitę suę seriem totam explicabat: vnde erat necessę augeri in dies magis, roborarique prudentiam. Collegium Romanum summę amabat. Nec secus quã prouidus Parens, si quid inter peregrinandum ex piorum liberalitate colligeret; ad eius leuationem penurię seponebat. Germaniã quoque fuit perstudiosus: quõd optimę poni in ijs Oris ad tuendam religionem contra Hereticos existimaret labores. Solebat dicere à Societate non solũ ceteros mortales, sed etiam religiosas familias adiutum iri. Cumque singulari quopiam beneficio vellet eam Deus afficere, ad id præparare insectationibus, ac vexationibus exercendo: quod & aliã memini. Haud dubię siue mentis sagacitate, siue diuinitus, Claudium Aquaiuinam, quem vnice amabat, præcognouit futurum Generalem: quem & aliquando Iuuenem, cum Euerardus creatus est Generalis, ad Patres Congregationis in Romano Collegio eruditę concionatur, tanquam iocans monuit, vt à tam multorum Sanctorum Patrum, quos citauerat, lectione, studia ad Constitutiones Societatis transferret: in his curas eius versaturas. Tam verõ tenax fuit exempli; vt adolescentem propinquum suum Romam ad studia literarum missum domum redire iusserit: ne quo pacto amori aduersus carnem, & sanguinem in Societatem aditum aperiret. In eadem Probationis Domo sub noctem mediam, quę Augusti Kalendaris consequuta est, Euerardus Præpositus Generalis ex populari morbo difficilis pituitę, quę cum febris, capitisque dolore latissimę Italiam, atque exteras peruagata Prouincias, mortalium vim immensam confecit, magna pietate decessit, octauo initio Generalatus anno, sexto & sexagesimo ætatis. Natus erat Mercurij (vulgõ Marcour) in pago, Ducatu Luxemburgensi, Prouincia obsidem in Deum ac Regem suum notissima, ex parentibus honestis eoque in loco primarijs, at non opulentis. Vir bonus, & innocens, ac sine querela: apprime prudens, sciensque vitę spiritualis, ac regendi religiosos cœtus. In Collegio primum Perusino cognitus, quod primus rexit: tum in Belgio Commissarius, ac Prouincialis: deinde Assistsens: postremõ Generalis Præpositus. Quo tempore totus incubuit in eam curam, vt germanum Societatis spiritum conseruaret, aleretque, Summario Constitutionum excerpto ad communem omnium vsum, ac legibus singulorum ministeriorum ordinatis: tamerisi prædixit fore in Societate, quod euenerat in Sancti Dominici familia, vt quintus Generalis formando legibus, & institutis Ordini summam manum imponeret. Suz igitur administrationis illum cardinem, illum verticem statuebat, vt conseruaretur Ordo, ac peculiaris forma, quam summa Sapientia per Patrem Ignatium deposerat. Itaque nihil monebat, inculcabatque grauius, ac frequentius, quã vt abstinerent homines de hoc Cœtu à negotijs, quę aliena essent ab Instituto. In ijs enim nequaquam adfore Dei auxilium, quod ea nollet à nobis. Quare nil mirum fore, si aduersos exitus sortirentur: nam neque coronam propositam nisi legitime certantibus. Ex altera parte intra Instituti sese cancellos continentibus, haud dubię affuturam cœlitus opem, vt is rerum esset successus, qui diuinę glorię maximę congrueret.

29  
S. Ignatij de  
Natali opinio.

30  
Natalis Collegium Romanum summę amabat.

31  
Tum Germaniam.

32  
Aquaiuinam Generalem futurum præcognoscit.

33  
A sanguine conuulsis auenit.

34  
Euerardi Generalis mors.

35  
Eius munia ante Generalatum.

36  
In quo bonam Societatis gubernationem ponebat.

37  
Aliena à Societatis Instituto non accipienda.



38 Monita ad Provinciales, ac Rectores. grueret. Præterea Provincialibus, ac Rectoribus studiosè curandum, vt Admonitorium, & consiliarium vterentur opera. Nam quando hæc adiumenta Societatis ijs dedisset, hanc esse viam, qua diuina prouidentia eos docere vellet, ac regere. Idcirco Admonitori semper aditum apertissimum esse debere, obuiaque benignitate occurrendum. Itemque Consiliarijs tribuendum permultum: & hanc esse viam coniungendæ suauitatis, ac fortitudinis; si res prius cum Domino in oratione tractetur, deinde cum Consiliarijs, tum demum prodeatur ad opus secundum præscriptas à Societate leges. Monebat præterea præsertim, qui recens ad gubernaculum admouerentur, ne se abripi sinerent vigore virium recenti, & nimio secundo auræ afflatu, vt qui nondum flatus aduersos erant experti: sed continerent se, ac pedetentim progredierentur, noua non attentantes iniriid, nec nimium multa complectentes, Cupiebat visitationes quoque Prouincialium esse cum mora: vt ipsi coram, quasi experimento, & vsu statum rerum pernoscerent, & quæ decernerent confirmata vsu relinquerent. Nolebat in retinendis, quos existimarent sibi viles operarios, esse Præsides supramodum tenaces: vt si rerum commodius agenda- rum spes in alienis Prouincijs appareret, priuatim quasi commodum communi præferrent. Itaque Prouincialem Austriæ Laurentium Magium, qui leuiter con- questus erat, hominem sibi creptum, alioque misso malè compensatum; incre- pauit quod ijs de foro vocabulis vsus esset. Nam nec eripi, inquit, quicquam potest, quibus nihil est proprij, nihil iure debitum: nec qui mittuntur in aliorum vicem, eo consilio mittimus, vt compensationem faciamus: sed vt pro viribus pro causa Dei, & communis Societatis vtilitate laborent. Hoc modo Modera- tores Societatis formans, eo quoque vires intendit, vt externi Principes pro- phani, aut sacri nihil Societatis Institutis officerent. Certauit quamplurimum ne quispiam à Societate versaretur in Aulis: quin etiam certum hominem Hispano Dynastæ in confessarium sibi petenti, planè negauit, ne morem induceret, vt certi postularentur: cum sæpè fieri possit, vt ij maximè postulentur, quos tamen ipsis Principibus, tum Religiosis priuatim, tum demum vniuerso Ordini minime expediat concedi. Tractaturus cum Principibus negotia, res apud se multa meditatione præparabat: eaque qua digesserat serie, atque adeo iisdem sententijs, ac verbis exponebat. Atque ita paratus accedens ad omnia, ac præmunitus adue- sus ea, quæ possent ab religiosa modestia, prudentiaue, in ipso quasi consilia auertere, non solum transigebat è sententia id, quod habebat in manibus; sed etiam quorumcunque veniret in congressum, eos gratissimo Christi odore per- fuso, & Societati conciliatos relinquebat. Neque ignorabat religiosam seueri- tatem in loco vrbaniitate graui condire; vt cum in Procerum Belgicorum co- pellabant, mores referrentur, nec sine commendatione; interrogatus à Ioanne Marchione Bergenfi, quid illis de hominibus ipse sentiret; Respondit sibi vi- deri homini, qui praua crura sint, necessariam esse talarem vestem: quæ dicitur oportunitas plaustum consequuta, stultam illam commendationem excussit, gra- tia ab ijs quoque inita, quos refutabat. Ceterum ita erat modestia, sanctaque obscuritatis amans; vt cum latinè, græcè, hæbraicè, item humanas, ac diuinas disciplinas probè nosset; nunquam nisi locus postulare verbum emitteret, vnde homine idiota eruditior videretur. In itineribus, quæ fermè conficiebat pedes, è publicis diuersorijs legebat obscuriora, & cibos maximè vulgares, religiosæ stu- dio paupertatis. Eodem studio asperrimam aliquando hiemem Tornaci egit, pedes in sporta scæno referta ob frigus continens, quo posset orationi, studiisque animum intendere. Rebus ad vsum vitæ concessis, sic dicebat vtendum Reli- gioso, ac si nouo perpetim munere eas diuina bonitas daret. Nam earum ius vo- to sic abdicatum; vt si loqui res possent dicerent: Nihil nobis iam tecum est, quibus renunciaisti. Qua ex consideratione volebat intelligi, quàm parcè, ac modestè, quàm pio, & grato animo vtendum rebus foret, intuendo eas dumtaxat tanquam Domini annonam ad famulos suos pascendos: simul pietatem eius- dem admirando, atque adnitendo fidele ministerium pendere. Cum creatus est

39 Admonitori- bus, & Consul- toribus vtendū.

40 Monita ad no- uos Superiores.

41 Visitaciones cum mora à Prouincialibus agendas.

42 Subditorum di- spositionem pa- tenter feren- dam Superiori- bus localibus.

43 Principes So- cietatis Institu- tis officere ca- uebat.

44 Suos arcebat ab aulis.

45 Principes sibi Confessarios nominare non amabat.

46 Qua prudentia negotia cum Principibus tractabat.

47 Euerardi humi- litatis studium.

48 In itineribus incommoda.

49 Paupertatis affe- ctus.

50 Quid de Reli- giosa paupertate sentiret.

est Generalis, acceptis ab germano fratre tenuis admodum fortunæ litteris, quibus paupertatem ei suam commendabat; respondit: Posteaquam esset Generalis creatus; nihil sibi accessisse amplius, quam ut maiori cum onere vniuersorum Societatis I E S V Religiosorum famulus esset: neque vel postremo eorum vlla re ditiore esse, eaque libertate non solum paupertatis studium conseruauit; sed etiam primo quasi germine spei inanis propinquis extincto, multarum tricarum semina oppressit. Obedientiæ necessitatem in religiosis conuentibus, & præsertim in Societate obsequij nautici similitudine explicabat; nam quemadmodum si vnusquisque Nautarum pro arbitrio velit Nauim propellere: neque ad vnum exequendum Naucleri imperium vniuersi consentiant, non certus teneri cursus, non vitari naufragia possunt; ita Religiosos, nisi vnus obseruent Gubernatoris nutum; neque singulos, neque cæterum vniuersum ab discrimine procul esse. Et quoniam id præcipuè Societati conueniret; idcirco summo eius Gubernatori Deo curæ esse, ut non nisi vel admitteret, vel retineret in hac sua Nauicula tractabiles homines, & ad parendum intentos. Ita ijs, qui cooptantur in Societatem quatuor præcipuè gradus scandendos. Primum ut cuncta, externa ab sese abdicent. Deinde etiam affectiones exuant. Tum exerceantur in rebus sensui, iudicioque suo aduersis. Postremò totos se Præsidium potestati permittant. Qui vni ministerio idonei non sunt, quòd alij cuiuspiam voluntatem addixerint; nulli fore idoneos, quòd vbiq; eandem voluntatis propriæ pestem reterenturi sint. Ad perfectam verò æquitatem animi erga omnia eo maximè alumnos Societatis impelli debere, quòd Deus id omnino velit. Nam qui condidit Institutum, in quo perfecta indifferentia necessaria est; in ijs qui ad Institutum illud accedunt, sine dubio vult illam inesse. Nouitios, dum primi calor spiritus viget, mollesque, ac dociles, & quamuis in formam tractabiles reddit, fingendos: èque mortificationibus deligendas, quæ non tam noceant corpori, quàm spiritui profint; sensumque subiugent: ut sunt improuisa iussa, & mortificationes nec opinatæ, & his consimilia. Magistro Nouitiorum exhortationes non tam ex libris, quàm ex vfu, experimentoque dicendas. Non enim hanc esse scholam litterarum, sed virtutum. Itaque eò intendendam curam, ut instituto Societatis intimè cognito, & regulis discernendorum spirituum, singulos item Tyrones optimè norint, & ad Instituti Societatis modum, & ad eam virtutum quasi figuram, quam propriè illud exigit, non eadem omnes, sed aptissima cuique ratione, singulos forment. Per gratiam vocationis dicebat excitari homines ad propriam religiosæ disciplinæ normam complectendam, & consecrandam: tanquam viam, qua Dei voluntatem exequi, & salutem inuenire æternam possent, idque persuasum habentes viuo quodam sensu, & efficaci: similiter, atque excitaretur is, qui audiret in suo agro thesaurum inuentum: nam si audiret repertum in alieno; non magis afficeretur, quàm historica quapiam narratione. At audiens repertum in suo; statim lætitia gestiens concitaretur ad opus, ad comparanda ferramenta, & quicquid foret vsui thesauro effodiendo: inde diuitias, inde dignitatem; vitam quietam, cuncta bona sibi, ac suis promittens. Ad gratiam verò vocationis alendam, augendamque tres præcipuè è Societatis legibus valere. Primum ut cuique gratum sit quicquid animaduersum in ipso fuerit, referri Præsibus: nam desiderium eiusmodi argumentum est hominis suam imbecillitatem cognoscentis, qui iudicet per sese nec adipisci virtutes, neque cognoscere satis, vel corrigere vitia sua posse: quæ humilitas, proficiendique voluntas acceptissima Deo est. Deinde ut è rebus vitæ necessarijs sibi datum iri deterrimas ad maiorem profectum in spiritu suum existimans; simul sit æquissimo animo talia paratus excipere. Postremò ut ab omnibus, quæ mundus amat, & amplectitur abhorrens, contraria ijs amplectatur, amet, exoptet, quo Christi Domini vestibus indui, & decorari insignibus possit. Hos pacis, hos diuinæ gratiæ conseruandæ quasi fontes esse. Quippe animis ita preparatis, nil posse molesti contingere, nihil aduersi: at perpetuum Dei patrociniū, qui superbis restitit, & humilibus dat gratiam, præsto esse. Fuit Euerardus corpore procero,

latis

51  
Quid de obedientia.52  
Quales volebat Societatis homines.53  
Quales Nouitios.54  
Quales ad eos exhortationes habendæ.55  
Gratiam vocationis quid operari diceret.56  
Quæ iuuent gratiam vocationis.57  
Euerardi corporis, & animi ratio.

58  
Sacramentis  
munus tran-  
quillè moritur.

59  
Oliuierus Ma-  
naræus Vica-  
rius Generalis  
creatur.

60  
Generalis Con-  
gregatio indi-  
citur.

61  
Pontifex in fu-  
turam electio-  
nem Instituit  
leges seruari iu-  
bet.

62  
Ianuarij Duch-  
Patria, & edu-  
cacio.

63  
Copiosè lacri-  
matur dum ad  
Eucharistiam  
accedit.

64  
Societatem in-  
greditur.

65  
Societati multa  
donat, sed hæc  
secular.

66  
Infirmirate pro-  
batur in tyroc-  
inio.

67  
Medicis obse-  
quentissimus.

68  
Absoluta Philo-  
sophia Gram-  
maticam docet.

69  
Vilia muner-  
a obit.

70  
Cubat super as-  
seres vt alij le-  
ctum cedat.

71  
Colloquia cum  
socijs non nisi  
à Deo.

latis humeris, ceruice prominente, capite grandiore, fronte exporrecta, facie candida, ac liberali, oculis placidis, ac plerumque demissis, ore venerando, barba modica, nec densa: moribus grauis, & compositus, præfenti animo ad quæcunque ageret, diceretur, in loquendo parcior, ac in quouis audiendo in primis benignus. Notabile fuit in supremo morbo, cum vis mali tota capite subisset, tamen vsum mentis ad extremum vsque spiritum retinuisse. Diuinus Sacramentis; benedictione insuper Pontificia præmunitus, toti Societati benedidit. Eo ad Domum Professorum iustis funebribus rite humi dato, congregati ex formula iam concepta Professi sex & viginti, Vicarium Oliuierum Manaræum subrogant. Is Congregationem ad nouum creandum Præpositum in die octauum Idus Februarias anni insequentis Romam edixit. Pontifex cognita à Patre Iulio Fatio Euerardi migratione, Bonum Prælatum amissum dixit: tunc percontatus, quæ in interregno esset administrationis forma, quæ deinde creandi Præpositi ratio; vbi cuncta cognouit: Renuncia, inquit, Patribus istis, velle nos omnino, vt in istis electionibus integrè, atque exactè Institutum suum, ac leges seruent: quodd fatis intelligimus quanti id referat ad Societatis commodum, Deique, & huius Sanctæ Sedis obsequium. Natali, atque Euerardo duobus emeritis, & quasi triumphalibus viris, adijciatur iuuenis stipendia meritis non multa, sed gloriosissimè, Ianuarius Duchus, in Gallia Cisalpina, Brixia natus, Parentibus opulentis, & claris. Is Patre puer orbatus, Romamque missus in Collegij Germanici, disciplinam, vitæ innocentissimæ opinione contubernaliu ad se omnium, amorem, ac venerationem conuertit: illa opinione feliciter vteretur ad contumaciorum leniendos spiritus, & pietatem in familiari vsu disseminandam. Quanta verò diuinitus ipse dulcedine repletur, ostendebant, præter cetera, lacryma, quibus ad diuinam accumbens mensam ita madefaciebat solum; vt ex eo vestigio monstraretur locus, in quo Ianuarius orasset. Ad Societatem anhelans, per alia ex alijs impedimenta, quatuor ipsos retardatus est annos: quo tempore, cum Patriam conatus reuifere, cuncta reperisset inimicitij inter suos turbulenta, ac plena periculis; multa incommoda pertulit, sæpè in armis peruigili nocte traducta. Tandem Patrimonio luculento, & octoginta aureorum millibus, quæ Patruus donarat, paupertatem euangelicam pretiosior rem existimans; anno millesimo quingentesimo septuagesimoquarto, quatuordecimo Kalendas Nouembris, die suo natali, nudus Christi Domini nuditatem sequutus est. Quinque dein & viginti aureorum millia testamento Societati legauit, cuncta secum Deo dicandi studio: tamesi ea liberalitate Societas, ac nimium alioqui seruentes hominum sermoues incitaret, tanquam recipiendis locupletum filijs, caperet hæreditates, vt noluit. Firmissima erat valetudine, sed siue ex intentiore ad corpus macerandum studio, siue ex incommodis paulò ante perlatis in Patria, siue quodd veller Deus virtutem eius in infirmitate perbere; in medio Tyrocinijs cursu tentari cæpit morbo, quo paulatim contabescens, sex penè annos circumtulit mortem: ita Medicorum dicto obsequens; vt ne annum quidem vitæ eorum iniussu gustauerit: quin etiam miraretur quempiam esse tanta cupiditate, vt ad infringenda Præfectorum mandata, pertrahi ea legeret. Ad hæc nihil vnquam aut præcipuum postulauit, aut recusauit commune. Philosophiæ curriculum confecit, Perusiæ annum vnum Grammaticam docuit. Domi ex quotidianis muneribus quamplurima, & vilissima occupans, etiam beneuolentibus anteibat. In Tusculanum si quando mitteretur, iucundissimum illi diuerticulum erat coquo inferuire: & id genus ministeria tanta deditate aucepabat; vt vix quispiam intelligeret ea ipsum appetere humilitatis causa. Ipsi Domui Tusculanæ aliquot menses præfuit: euenitque, vt repetino Fratris Coadiutoris aduentu, cum alia non suppeteret culcitra, eam, in qua cubabat ipse, clanculum illi tribueret, super asseres fractum suum corpulentum sternens. Intelligebat spatium sibi vitæ non longum fore: eoque studio dedit operam, vt sciret temporis breuitatem multitudine, præstantiaque rebus

factorum. Consuetudo eius cum Socijs, vel in colloquijs de Deo, vel in piorum lectione librorum versabatur. Inter legendum locis, qui vehementius afficerent, interstans, eosque collecta parumper mente versans, quasi dulce pabulum gustandum animo per otium porrigebat. Idem faciebat cum extraordinario quopiam motu diuinitus tangebatur: in eam vnam rem viribus animi conuocatis, Deo suo vacabat, identidem ingeminans: Loquere, Domine, quia audit seruus tuus. In perpetua vixit cura dolendi peccata, quæ puer aduuserat. Ea cura cum supremis diebus ad anxium vsque pauorem aggrauesceret, Natali Sanctissimæ Dei Matris, vbi Sacrosanctum Christi corpus suscepit, vocem interiorem audiuit iubentem benè sperare, quicquid admisisset esse iam condonatum. Ita mirum in modum recreatus, Confessario confirmauit, nihil se de venia dubitare. Haud leuius indulgentiæ diuinæ pignus fuit, quòd cum doloris morfu ex interclusa respiratione acerbissimo, ab diuinarum rerum consideratione retardaretur; precatus Deum, vt tantisper dum confessioni, communionique operam daret, illa immanis acerbitas leniretur; sic voti compos est factus, vt ijs temporibus, quasi factis cum dolore inducijs, summa corporis, animique tranquillitate frueretur: mox verò vbi ab Valeudinarij Procuratoribus de finienda oratione admonebatur, continuò in pristina tormenta recideret. Quæ tamen constantia in omnes partes admiranda tolerabat. Nunquam ingemuit. Nihil vquam ad solatium petijt. Nihil quod offerretur ad curationem reiecit. Imò cum Medici ad leuandum anhelitum, & doloris punctionem, quam ex interclusa alicubi anima suspicabantur coarctari, perentatis nequicquam consuetis remedijs, ad longè asperissimum descendissent, vt latere dextro inter costas conficisso, aditum ad præcordia aperirent; hanc Iannarius carnificinam ita volens, ac latus excepit; vt non constringi, non causticum ad carnem macerandam adhiberi voluerit: cumque Chirurgus loco primum scalpello patefacto, ac perentata intromisso digito profunditate vulneris, quod non satis amplum reperisset, iterum scalpellum exercuisset amplificandæ plagæ; non ingemuit, non oculos, non vultum mutauit: cum tamen, vt Ludouico Massellio suo Confessario interroganti aperuit, cruciatum sentiret acerrimum. Ab sectione releuari nonnihil visus, paulò post subitò desicere cepit: quod ille sentiens, iam ceteris præsidijs diuinis instructus, vstratas pro morientibus preces recitari iussit. Tum iacuit diu sine sensu immobilis; cum repente oculis apertis sese in alterum latus conuertit, vbi Crucifixi effigies stabat, & continuò animam in eius quasi manus efflauit sextodecimo Kalendas Octobris, feria sexta, paulò ante lucem. Eam conuersionem periti nequaquam iudicauerunt fieri ab homine sic exinanito, & moriente potuisse. Neapoli sancto item sine excessu octauo Kalendas Maias Consaluius Melendius, vir ad Societatem adiunctus in Boetica anno ante duodecimo; cum Christophori de Royas Cordubensis Episcopi Prouisor laudatissimè fuisset: dein Madritano Collegio præfectus. Ob insignem prudentiam, atque virtutem, à Rege, & Nuncio Apostolico ad cognoscendos Sacerdotum, ac Religiosorum mores in Boeticam missus est: quod ita nonnullos, quorum res agebatur, offendit; vt confictis criminibus ad sacrum Quæstorum Tribunal eum vocarint: quibus vt explicaretur molestijs, ac rerum ab se gestarum rationem redderet, vocatus Romam, dum Neapoli magno cum domesticorum exemplo, externorumque versatur, in grauissimos incidit, diurnosque morbos. Paucis verò antequam moreretur diebus, cum vno, eodemque tempore multis, acerrimisque doloribus torqueretur, inter suscipiendam diuinissimam Eucharistiam, incertum an corporis oculis, an tantum illustrata mente, vidit Christum Dominum, qui ostendens ei multitudinem, acerbiteratque cruciatuum, quos olim in terris causa nostra susceperat; addebat: Hinc intellige quanto sint minora, quæ tu pateris: qua ex visione quoad spiritus superfuit, solatium cepit maximum. Prouinciæ Siciliæ Drepanitanum Collegium accessit, accersitu Ciuitatis. Nicolaus Barlotta vnus ex Magistratu Iuratorum rem vrsit in primis: ex priuata verò nobilitate Marianus Mongiardinus, qui dein se, suaque Societati,

Hist. Soc. Iesu Tom. 4.

K k

atque

72  
Lectioe spiri-  
tuali recreatur.73  
Peccatorum  
dolore afficitur.74  
Peccatorum  
condonationem  
audit.75  
Ad confessio-  
nem, & com-  
munionem  
morbi dolores  
illi parantur.76  
Insignis tole-  
rantia.77  
Ad Crucifixum  
mirè conuersus  
moritur.78  
Consaluij Me-  
lendij obitus.79  
Visto ei ante  
mortem oblata  
Christi pacien-  
tis.80  
Collegij Drepa-  
nitani institu-  
tio.

- 81  
Marianus Mon-  
gardinus se-  
c. Iva Societati  
dedit.
- 82  
Anglicana Misi-  
sio.
- 83  
S. Iguanius il-  
lam in vobis ha-  
buit, sed morte  
preuentus non  
instituit.
- 84  
Qua occasione  
postea instituta  
est.
- 85  
Robertus Per-  
sonius Missionis  
antesignanus  
cum Henrico  
Garnetto.
- 86  
Ex Londinensi  
carcere Tho-  
mas Poundus  
litteris ab Eue-  
rardo Nostro-  
rum missionem  
postulat.
- 87  
Alanus cum  
Pontifice de ca-  
dem agit.
- 88  
Pontifex consi-  
lium probat &  
Alanum ad E-  
uerardum mit-  
tit.
- 89  
Euerardo mul-  
tae occurrunt  
difficultates.
- atque aedes dedit, in quibus hodie Collegium est. Marci Antonij Columnæ Pro-  
regis studio Ecclesia Sancti Michaelis attributa: partimque publicè, partim priva-  
tim Ciuibus conferentibus, census annuus operis viginti alendis desponsus. Pater  
Emmanuel Ximenius natione Lusitanus, è primis Collegij auctoribus, primusque  
eius Rector fuit. Scholæ anno insequenti aperta.
- Iam magnæ iuxta molis, ac laudis expeditionem Anglicanam, vt tanti operis  
postulat dignitas, exequamur à capite. Maria rerum Anglicarum potente, in-  
que sanctæ fidei restitutionem intenta, vti ceteras Terrarum oras, ita nobilissi-  
mum illud Regnum caritate complexus Sanctus Pater Ignatius, Ribadeneyræ,  
quem mittebat in Belgium anno millesimo quingentesimo quinquagesimoquin-  
to addidit in mandatis, vt exploraret, si qua via posset Societati ad sancti operis  
partem aperiri. Verùm exitum res non habuit, tum ipso Sancto Patre, tum  
paulò post etiam Regina erepta mortalibus. Vbi verò Regnum inuasit Elisabe-  
tha, paulatimque pestiferas opinioniones alere cœpit, prisca sacra amoliri, Ecclesiæ  
Sacrosanctæ hierarchiam conuellere, seque non modo humanarum, sed etiam di-  
uinarum rerum per impudentissimum sacrilegium Gubernatricem ferre; multo  
maior Præpositos Societatis, hominesque priuatos cupido cœpit tantæ indolis  
Nationi, tam quondam catholica fide, ac sanctitate florenti, vel cum certo ca-  
pitis periculo, opis ferendæ. Tentataque res est non semel. At deerat hominum  
copia, præsertim gnarorum linguæ, ad gloriosum conatum, per vincula, per  
mortes sustinendum porrò, ac prouehendum: Interim accessere ad Societatem  
Angli alij, atque alij ingenio, ac virtute præstanti: annoque millesimo quingentesimo  
septuagesimoquinto tam multi recepti Romæ; vt diceret Euerardus:  
Iam haud dubiè Deum aduersus Angliam comparare bellum, nequaquam irritò  
omine. Nam in ijs fuere Robertus Personius princeps hoc anno expeditionis, &  
rerum deinde gestarum pars maxima: atque Henricus Garnettus post multorum  
certamen annorum iam cruentus Cælo miles ascriptus. Iamque è Seminarijs An-  
glicanis redierant in Patriam Sacerdotes egregij, & Catholicis miræ commodi-  
tatis: qui cum ab disciplina ferè Societatis prodijissent; aliquem de ea videndi  
cupidinem populo excitarant. Ad hæc, ipsa per sese faustissimis natalibus iam  
in Londinensibus custodij Societas orta erat. Nam Methamus, & Thomas Poun-  
dus vitæ sanctimonia, eruditione, ac stirpe conspicui, datis è custodia ad Patrem  
Generalem litteris, Societatem fama duntaxat cognitam, vt eius & consilij, &  
præcum, rectèque factorum communicatione munirentur, enixè precati, facillè  
impetrarant. Hi, cum alijs è nobilitate Catholicis, flagitiosorum Receptaculum  
in Scholam disciplinæ cælestis, ac Templum Dei conuerterant: ita se inuicem  
extimulantes studia pietatis ardentè, assiduèque tractabant: & quoscunque nau-  
sciscerentur, ad bonam mentem conabantur adducere. Hæc ita cum essent,  
Guilielmus Alanus anno superiore dum Romæ fuit, Pontifici Catholicorum  
Anglorum vota exposuit, quàm auidè cuncti aliquos è Societate Sacerdotes ex-  
peterent. Ipsos esse, qui suorum Anglorum Duaci, ac Romæ magistri, atque  
institutores fuissent. Ergo si tantum afferrent solatij, atque emolumentum ij, quos  
instituerant; liceret ipsos intueri Magistros, & audire: quorum etiam regendis,  
consilioque iuandis ipsis Seminariorum Sacerdotibus valitura esset auctoritas.  
Adire Indiam Patres, ac profiteri suæ Vocationis esse inferre Christi cultum in  
omnes terras, ac restituere inter Hereticos: cur ergo pratermitterent Angliam,  
vbi amplissima esset parata messis? Eam orationem cum probasset vehementer  
Gregorius, agi cum Euerardo iussit. Is quanquam, vt dixi, summè Angliam  
adiutam cupiebat; tamen difficultatibus considerabat opus maximis interseptum:  
imminere certa in horas vitæ pericula: incerta fore etiam alimenta corpori su-  
stentando: nec discrimina impendère minora animis. Nullam ibi posse religiose  
disciplinæ teneri formam: agendum assiduè inter vitæ communis mortales. Non  
oculos Sociorum, non consilia, & vigilantiam Præsidium habituros. Ipsum quin  
etiam, quod per litterarum commercia ferri posset, auxilium incertum, secum  
prope nullum fore. In Indijs pacatiora omnia, & ferè vbique stationes colloca-  
tas:

tas : ad quas subinde instaurandis animi viribus ab aliena cura Patres receptum habeant. Hæc, & id genus multa incommoda cum prospiceret Euerardus ; tamen voluntate Summi Patris, operis præstantia, pretij magnitudine, demum diuino patrocinijs fretus, Oliuero in primis, & Claudio Aquauina Prouinciali, qui nomen suum in eam protectionem dabat, incitantibus, suscepit rem. Delecti sunt inelyti facti duces Robertus Personius, eo commodum tempore sine rheologicis studijs imposito, prudentia, & rerum agendarum solertia pollens, qui totam missionem regeret : atque Edmundus Campianus virtute, eloquentia, & diuinarum, humanarumque rerum scientia eximius : qui Pragæ ad Dei gloriam sextum iam annum varijs ministerijs cum fructu vberissimo desudabat. Itaque Socij Pragenles perægrè dimiserunt. Sed coniectabant, tum ex Campiani sanctissima vita, tum ex rerum Anglicarum statu, ad præclarum quid ab summo lectum Numine. Ille verò, quod videbatur magis in propinquo palma ; hoc ex periculis magnitudine audentior factus ; ad iter se lætus accinxit. Quam alacritatem Pater Generalis commendans, optima de successu ipse quoque auguratur, his verbis. Ex epistola Reuerentiæ Vestræ iam eam & in procinctu esse cognoui, & eius in obediendo alacritatem, ac studium perspexi : quod quidem gratissimum mihi fuit, tum per se, tum etiam quod spem mihi fecit non dubium fore, vt Dominus tali obedientia, & seruore vtatur ad multas res pro sui nominis gloria gerendas. Iter ingressus, ac penè toto pedibus confecto, Romam Sabbato sancto admodum labore fractus attingit. Octo dies substitit, non ad quietem, sed exposcendo diuino præsidio, obeundisque eam ob rem Vrbs Sanctæ Basilicis. Interim fama suscepta à Societate expeditionis Angli non modò Seminarij alumnis, sed aliqui ardentibus ; sed etiam alijs in Vrbe degentibus acres faces admouit. Imò alienigenas quoque succendit, memorabili per eam occasione Iacobi Sancij ad Societatem accessu. Is ex Pago Hispanensis agri oriundus, Gregorij Pontificis erga viros doctos liberalitate Romam excitus, aliquid operiens beneficij, vitam ducebat innocenter, ac piè : cum audito Anglicanæ expeditionis apparatu, ita rem suspexit ; vt statueret huc suas cogitationes conuertere : neque aliud à Pontifice postulare beneficium, quam vt se euntibus in Angliam Patribus aggregaret. Adit Sanctissimum Dominum, ac votum exponit, Gregorius nouum postulati genus admirans, benignèque collaudans : Dares ne, inquit, istius protectionis causa in Societatem nomen ? Cumque Doctor, si ab eius Sanctitate iuberetur, nihil facturum moræ responderet, subiicit Pontifex : Neutiquam id ego præceperim : Religiosa consilia planè libera esse debent : tute rem Deo commenda. Nec mora : Procinus in Sancti Petri Basilicam descendit : & ante diuinissimum Christi corpus effundens cor suum, inter alia dicebat : Tuus, Domine, Vicarius eò videtur vrgere, vt Societatem capessam : atque ego haud sentio me à te ad eam vocari : si in tuam cessura laudem res est ; en, Domine, paratus est famulus tuus : tantùm, quid placitum tuæ Maiestati sit, norim. Mirum dictu : Eodem momento temporis, vox ingens è sacro Tabernaculo erumpens clarè insonuit. Esto de Societate Nominis mei. Eam ad vocem corruens in terram Iacobus, duo planè admirabilia in se per eam effecta sensit : nam ita immutata voluntas est ; omnino vt arderet amore Societatis : deinde scientiam de Sanctissimo IESV nomine, & Christo Domino, adeo singularem accepit : vt quoties postea de ijs loqueretur, admirationem quantumvis sapientibus afferret. Aegidius certè Confalvus, tum Assistent, qui hæc ex ipsomet Sancio cognita vulgauit, neminem à se tam granditer, tamque magnificè disputantem de mysterio Redemptionis auditum asserbat. Atque ille quidem incunctanter Societatem petijt, admissusque est quarto Nonas Iunij, eam iam Roma Patres in Angliam discessissent. Et quanquam aditum illuc deinde non habuit, ne ob nationem suspiciones Hæreticorum inanes auerget, tamen in Belgium translatus, multas grummas in regij exercitus vtilitates exantlauit, quoad graui correptus morbo reuocatus in Galliam, inde postremò Hispaniam in Hispaniam remissus est. De cuius beato sine anno millesimo

90

Oliuero, & Aquauina sua-  
dentibus de  
missione in An-  
gliam decer-  
nit.

91

Mittit Rober-  
tum Personium  
& Edmundum  
Campianum.

92

Personus Pra-  
ga Romam ve-  
nit in Angliam  
discessurus.

93

Iacobi Sancij  
vocatio mirabi-  
lis.

94

Ab Eucharistia  
diuinam audit  
vocem ad Socie-  
tatem vo-  
cantem.

95

Cum vocatione  
scientiam hau-  
it de diuinis  
rebus.

96  
 Tredecim Roma in Angliam discedunt.

97  
 Bononiz à Cardinali Paleotto Mediolani à S. Carolo benignè excipiuntur.

98  
 Genevæ quomodo se gessere, & excepti sunt.

99  
 Campianus disputat cum Beza, & in ardem adducit.

100  
 Disputat cum alio Ministro, & penè de mente deturbat.

101  
 Rodulphi Sheruini feruor.

102  
 Genevæ discessi Rhemos veniunt.

quingentesimo octogesimo octavo dicitur. Ceterum Patres cum Rodulpho Emerfsono Fratre Coadiutore, & adiuncta aliorum Sacerdotum manus ex Anglicano Collegio, omnes tredecim numero, bona precatone Pontificis communiti, ingentibus animis, diuinaque fiducia pleni, ab Vrbe discessere quattodecimo Kalendas Maias, plerique pedibus, Campianus in primis, qui totum iter in Galliam vsque, præter exiguum spatium, quo mala valetudo non fuit, eo pacto confecit. Bononiæ Gabriel Paleottus, Mediolani Borromæus sanctissimi Cardinales magno studio complexi, mensaque sæpè dignati inclytum manipulum, Taurinum cum attigissent, quod miles Hispanus ex Belgio rediens rectam viam compleerat, inque Lugdunensi agro ciuilibus inter nobiles, ac rusticos gliscibat feditio; flexerunt iter Geneuam, comperto nihil in ea fore periculi. Habitu tamen, vultuque commutato: ne si agnoscerentur, in Angliam præmitteretur indicium. Urbem ingressi Magistratu sistuntur mediò foro sedenti: multis, vt apparebat, assistentibus Calviniani verbi Ministris. Interrogati an religionis notæ essent; respondent se esse Catholicos. Nullo inde offensionis argumento ad magnificum deduci hospitium iussi, laudè tractantur. Confluxere multi, præsertim inquilini Angli, cum quibus statim coortæ concertationes de religione acres, eminente Campiani feruore: qui, vt libenter gaudebat vniuerso comitatu inferuire; famuli habitu, cultuque assumpto, Patrium se Hibernum nominabat. Cum Beza diabolica eius Sinagogæ sacrilego Patriarcha de Ecclesiæ Anglicanæ administratione, ac potestate Reginæ in causis Ecclesiasticis adum est Sciebant enim Nostri vulgo etiam Geneuensibus illam Reginæ impudentiam execrandam videri: Beza verò ne Anglorum Hæreticorum gratiam perderet, improbare palàm non auidere: itaque ancipiti questione inuolutum Vxor explicauit, submisso in tempore literarum fasciculo, tanquam ex Gallia perlato, per cuius occasionem, astutus elabatur. Sed in digressu ab Vrbe alium è Ministris fore obuium Campianus aggressus, interrogat, quæ administratio Geneuensis Ecclesiæ sit: cumque ille respondisset à nouem regi ministris per suffragia cooptratis: iterum querit, quod caput sit: nullum ille respondit. Tum Campianus: Cur ergo Reginæ Angliæ, quæ istam sectam sequitur, quæ nullum habet caput, se ipsa Anglicanæ Ecclesiæ caput fecit? Negare id Minister primò ita esse. Sed planè reuinctus ne nihil diceret: Vocauit se caput, inquit, quia est christiana Regina. Tum Campianus: Rex igitur Galliæ maximè caput est, quia est Rex Christianissimus: Nequaquam, inquit, Minister: nam Elisabetha non quouis modo, sed catholicè christiana Regina est. Instat Campianus, & in effugio comprehendit: Igitur Rex Hispaniarum verius caput est, quia est Rex catholicus. Dum ita misellum Ministrum versauit; vt non modo de sententia, sed de mente propemodum deturbarit. Puderet me, pigeretque has ineptias prodere, nisi foret opere pretium cognoscere, qui semel ab recta aberrarunt semita, quæ abrupta, & præcipitia ne errorem constentur, tuto, planoque regressui præoptent: quantoque se magis vsque, ac magis pudendis plagis inuoluant, ne semel capti videantur. Rodulphi Sheruini, qui ex Anglicano Seminario vna ibat, eò feruor processit; vt sponderet se postera die cum Beza, vel quouis Ministro in certamen venturum medio foro: ea conditione, vt accenso ibidem igne, in eum, qui reuinctus esset, iniiceretur. Neque nihil effectum est. Multis deridationes iniectæ: vnus recepit se Catholicorum libros lecturum: dein etiam Romam iturum acceptis in commendationem literis à Personio ad Alphonsum Agazarium. Genevæ Christi præclara cohors digressa, primùm cum altissimis montium iugis, deinde cum vehementissimo æstu in Gallicana planitie constitata: pridie Kalendas Iunij Rhemos tenuit. Læticia, gratulatio, officia, quibus ab Alano, ab Antistite Assaphensi, qui præcesserat, ab vniuersa Collegij Iuuentute excepti sunt, non est facile explicare. Campianus rogatus, vt ad alumnos verba faceret; de præstantia Martyrij disputauit: dumque de igne, quem Dominus se dicebat venisse in terram missurum, loqueretur; in tantum exarsit, totiesque ac tantis clamoribus, ignis ingeminauit, ignis; vt audientes famuli, & quidam

quidam vicinorum, tanquam excitato alicubi incendio accurrerent: sed nimirum caelesti illo igni cor eius ardeat, quo demum in Anglia deflagavit. Eodem tempore superuenere ex Anglia duo, qui iam cognitam Hæreticis Iesuitarum profectioem, ac iussu Regina Portus diligentissimè afferari nuntiaverunt: ipsam quin etiam Personij, Campianique effigiem vulgo propositam, quò facilius, simul ac aduenterent, cogniti caperentur. Quæ audita exacuere Patrum prope-randi voluntatem. Tamen ne nimium ardore animi sui Campianus videretur abripi, Alanum consuluit, censeret ne laborum, atque discriminum expeditio-nis eius causa tum susceptorum, tum imminentium constaturum pretium, præ-ferim cum Pragæ agrum tam fertilem reliquisset. Cui Alanus in hæc verba res-pondit. Id, Pater, quod Pragæ per te fiebat, vnus vel alter de Societate vestra præstabit. Dein plus tu Angliæ, quàm Boëmia: Londino, quam Pragæ debes. Quanquam lætor aliquid oræ illi per te repensum, ob eam plagam, quam à Ioanne Wicleffo de gente nostra olim accepit. Ad hæc optimè nosti vnus lu-crum animæ laboribus, ærumnisque omnibus abundè præponderare: ac spero te plurimas quasiturum, vt est copiosior, ac maturior apud nos messis, quàm vnde venis. Quid ergo de operæ pretio maiore dubitas, cum demum in Anglia Martyrij corona tanto promptior, quàm in Boëmia sit? Hic sermo ex veneran-di eius viri ore ita in Campiani pectus descendit; vt solatium, atque incitamen-tum ingens postea ex eo se inter ærumnas profiteretur accipere. Sed Audoma-ropoli, cum domesticis pariter, atque exteris amicis, meliora expectanda tempo-ra suadentibus, colluctandum acerrimè fuit. Namque afferebatur sanire quàm maximè in Catholicos tempestatem, Sledum Doctoris Sanderfoni Angli famu-lum, cum simulatè catholicæ religioni se Romæ reconciliasset, antegressum in Angliam, nomina omnium, qui mittebantur euulgasse, & oris figuram: vnde expressos vultus portis affixerant. Itaque arctissima Portus tenèri custodia. Ta-men Personio, atque Edmundo, quando eo vsque processerant, visum est por-rò pergendum, ne ipsorum cunctatio timorem catholicis Sacerdotibus, auda-ciam Hæreticis adderet. Sed visum, non omnes vnà contendere, quò facilius exploratorum manus effugerent: sique quid eueniret; nequaquam vniuersam spem in casum darent. Ergo Personius, vt magis ad res agendas solers, ac exper-rectus, idemque totius expeditionis moderator præcedit, moniturus inde Cam-pianum, vt mercatoris habitu, si daretur ingressus, Dorobernium sequeretur. Se enim, si faciles inueniret aditus, & ipsum præmoniturum: si quid secus con-tingeret; aliunde tentaret accessum. Deo duce, Caleri naue conscensa, Dorober-nium tenuit, Ducis militaris ornatu, comitateque ac prudentia conciliatis sibi exploratoribus, non solùm euasit incolumis; sed etiam certum mercatorem, Campianum significans; si adueniret, commendauit, vt esse molesti nollent: si-mul per litteras aduolare Campianum iubet, Tum ad Portum Grauesendensem progressus, Londinum inde subuehitur. Ea Vrbs regia est secundum flumen Tamesim in ripa boreali porrecta sexagesimo ab mari milliario, opportunitate mira commercij. Nam stans interuallis reciprocante æstu, mare in flumen ita effunditur; vt non lintres modò, sed & naues etiam maximæ in aduersum nihilo operosius subeant, quàm si secundo amne laberentur. Ergo Personius nocte subuectus ad Thomam Poundum in custodia religionis causa degenem, iam-que, vt supra demonstrauit, Societate donatum; contendit. Ab eo statim Georgius Gilbertus accessit. Is iuuenis erat nobilitate generis, naturæque donis præstantibus ornatus: qui cum in Puritanorum secta adoleuisset; Parisijs à Patre Thoma Darbischiro valde commotus, tandem Romæ Personij opera penitus errores eiecerat. Inde reuersus in Angliam de matrimonio agitabat, ho-nestissima conditione oblata; cum ad Personij aduentum, cura omni mortali se-creta, ad religionis restitutionem, seque totum, ac res suas addixit. Itaque cum totius esset expeditionis columen, resque ad Regni Consiliarios, ac Reginam permanasset; non minùs quàm Iesuitæ conquirebatur: eoque non longo post tempore, vt ab Hæreticorum manibus vitæ eius, ac bonis insidiantium summo-ueret-

103

In Anglia por-tus custodiun-tur, & effigies personij, & Campianij præstant.

104

Alanus Cam-pianum ad Angliam missio-nem hortatur.

105

Personius, & Campianus in Angliam diuer-sa via contende-re statuunt.

106

Personius Cale-to Dorober-nium venit ha-bitu militari non agnitus.

107

Londinum ve-nit.

108

Thomam Po-undum custodia decentium adit.



109  
Deinde in interiora Insulæ penetrauit, ac citus ab Henrico Norton, & multis Nobilibus reconciliatus cum Ecclesiâ.

110  
Campianus Angliam ingreditur.

111  
Campianus Alanus reputatur.

112  
Personum in Angliam penetrat, & disseminat.

113  
Campianus Londinum venit.

ueretur, Romam venit: ubi sanctè vitam concludit. Hanc in his literis memoriam hominis virtus, & humanitas incredibilis, cum summo rerum, ac vitæ discrimine Patribus exhibitâ, merebatur. Apud eum non diù Personius initio constitit: nam statim ab Henrico Norton accitus, in Insulæ interiora perrexit. Qua in peregrinatione felices, vberesque obtulit Deo primitias, multis reconciliatis Ecclesiæ sanctæ Nobilibus. Primus omnium fuit Thomas Tresshamus Eques auratus: ex alijs insignes Guilielmus Carisbeus item auratus Eques, & Baro Comptonus, magnæ in Aula claritudinis, & Franciscus Dimocus vir illustis, & Carisbeus alter Equitis modò nominati patruus, qui multos in Aula annos solutè admodum vixerat, siue suorum consilio, siue ex curiositate cum Personio de religione congressus; primum omnium dixit, necesse esse, ut Pater sibi ostenderet Deum esse: quòd cum Personius, ut licuit, fecisset ex tempore; inde intelligens, quo redacta res esset, anno insequenti de ea re disputationem luculentam euulgauit. Extemporaria autem illa dictio sic apud Hæreticum perfecit; ut mox planè à Campiano conuersus, non multis post mensibus Londini sanctissimè obierit. Soror autem Dimoci Maria nomine magni ingenij, animique femina, quæ diu in Regiæ versata aula, frequentandis Hæreticorum concionibus eo infaniq̃ venerat, ut crederet Infernum nullum esse; propter quemdam conscientie morsum, pellecta à Fratre, ut Personium audiret, non solum blasphemiam illam eiecit, sed etiam paulò post abiectis rebus mortalibus transgressa in Galliam, in vita monastica, quamdiu vixit, cum magno omnium exemplo annos plurimos egit. His faustis exordijs Personio rem diuinam aggresso; interim Campianus Caleto, cum Rodulpho fratre, in Portum inuehitur, Dorobernij, latus ac spe bona plenus, quòd is dies erat Sancto Ioanni Baptistæ Natalis, quem sibi Patronum ascuerat; eo quod Titularis erat Collegij Oxoniensis, in quo aliquandiu vixerat Campianus, & magistratum publicum totius Vniuersitatis in eo gestarat. Statim vè navi descendit, dubia luce fauente, posuit humi genua, Deoque se planè deuonit, ac dedit ad omnem paratum successum, quem summa illa bonitas tribuisset: tamen merùm cum periclitaretur, sublata in Cælum mente orauit, ut saltem annum vellet sibi laborum, ærumnarumque concedere, antequam morte donaret: quòd votum abundè Deus compleuit: nam quatuordecim & eo amplius menses liberos ad laborem tribuit. Hunc ingressum ipsemet ad Patrem Generalem scribit his verbis. Dei consilio factum interpretor, ut cum dies ipsos quatuor, ventos secundos expectassem, quinto demum, qui festus Ioanni Baptistæ fuit, Diuo Tutelari meo, cui causam, iterque sepe commendaueram, vesperti nauigarem. Postridie summo mane Dorobernium appulimus homulus meus, & ego. Hi minimum absint, quin caperemur. Coram Prætoris Ciuitatis iussi comparuimus. Ille multa coniecit nos esse, qui eramus, hostes hæreticarum partium, amantes auitæ fidei, dissimulasse nomina, religionis causa domo absuisse, eius propaganda studio redijisse. Vnum vrgebat Alanum esse me: quòd quidem ego iurando, si opus esset, interposito, me negaturum profitebar. Tandem decernit, idque crebrò repetit, cum certa custodia ad Regni Procere transmitti oportere. Neque scio quis illi nouam mentem iniecerit, præter Deum: cui tantus interea supplicabam, Diuo Ioanne adhibito præcatore, cuius auspicijs eo perueneram. Repentè prodit senex, cui Deus benè faxit. Placet, inquit, nos dimitti. Valète. Auolauimus. Hęc, & his similia, quæ hinc experior, cum apud me reputo; confirmor in sententia, comprehensum iri, cum ea res ad maiorem Dei gloriam spectabit, non prius. Morosius autem inquisitum in ipsum est, quòd intentiores habebantur custodia, suspicione increbescente iam Personium fefellisse oculos exploratorum, atque in Insulam penetrasse. Illud verò iudicandum est, quòd cum placuisset initio Prætori Campianum, ac socium equis imponere deportandos ad Procere, iamque parati starent equi; eos ipsos Campianus, ubi potestas abundi facta est, conduxit. Pari felicitate Londinum subiectus sub lucem, in Thomam Iamium incidit, ex ijs, qui præmoniti à Personio

ad Ripam Tameſis ſubinde apparebant. ſi fortè appelleret, excepturi. Ab eo ex coniectura agnitus ad Georgium Gilbertum deducitur: quæ ipſe ſic narrat. Londinum attingi, duxit me bonus Angelus neſcientem in eandem domum, quæ Patrem antea Robertum exceperat. Accurrunt nobiliſſimi iuuenes: ſalutant, veſtiunt, ornant, armant, emittunt ex Vrbe. Vbi Perſonius, & Campianus congreſſi ſunt: duas ante omnia expediendas conſuere controuerſias, quibus inter ſe Catholici diſtrahebantur: vt coniunctis viribus, animiſque validius impiorum impetus propulſarent. Altera erat controuerſia de ieiunio: altera de adeundis Eccleſijs Proteſtantium. Vetus erat conſuetudo in pleraque Anglia ſexta feria, & peruigilijs Beatæ Virginis ieiunandi: eamque conſuetudinem ſeniores catholici Sacerdotes conſtanter tuebantur: non modò quia à pueris inſuenerant; ſed etiam quia inde uſque ab Anglicanæ Eccleſiæ exortu ab Sancto Auguſtino purabant inductam, Gregorij Magni auctoritate: qui cum illum in Angliam miſeretur, admonuit, vt non Romanæ Eccleſiæ tantùm conſuetudines; ſed & ſi quas laudabiles in alijs obſeruaret Eccleſijs, prout videretur, induceret. Sacerdotes verò in Seminarijs extra Angliam educati, vt aliam hauſerant viuendi viam, tantùm volebant Romana ieiunia. Ergo ad tollendum ſchiſma Patres conuentum conſent habendum. Vile domicilium vltra Tameſim, quò minimo cum periculo conueniretur eligitur. Hic quam maximo potuit veterum, ac recentium Sacerdotum coactò numero, reque diligenter expenſa, conſtituitur, nihil è conſuetudine veteri mutandum: ſed quibus in Prouincijs vigeret mos ieiuniorum; eum Sacerdotes quoque conſeruarent. Grauior erat quæſtio altera. Nam cum grauib; pœnis Hæretici Præſecti vrgerent Catholicos, vt adirent eorum Eccleſias; quidam id metu præſtabant: alij opinantes fas eſſe in tanto periculo, ſaltem præmiſſa conteſtatione ſe id non facere, quòd religionem nouam probarent; quod è doctiorum quoque numero non nemo docebat: ſed facilè conuentum, nequaquam licere: quòd ea itio ſic, vti imperabatur, non modò periculum rectæ fidei, ac cenſurarum Eccleſiaſticarum nexus afferret; ſed planè ab tacita profeſſione hæreticæ diſciplinæ ſeiungi non poſſet. Auxit hæc conſpirans tam hominum Societatis, quàm ſecularium ſententia conſtantiam Catholicis: & acriter pnpugit Proteſtantes, aucto inde numero Recuſantium (ſic enim appellant adire ipſorum Eccleſias abnuentes) fuit & illud conſultandum. Thomas Cottamus, nomine in Societatem Romæ dato, cum eſthica feбри conſumeretur, Lugdunum tentandi Cœli cauſa: inde cum deterius potius haberet Rhemos miſſus; meliore iam valetudine, & Sacerdos creatus perrexit in Angliam. Medio Junio Dorobernium appulit, cum Ioanne Harto, atque Eduardo Riſtono Sacerdotibus, atque Eliſæo Iuriſconſulto: qui cultu, ornatuque militari Hauardum ſe nominabat. Cottamus ex indiſijs, quæ peſſimus proditor Sleddus præmiſerat, tenetur: bonaque fide ab Solleno Doroberniensî Prætore traditur Iuriſconſulto, qui (vt dixi) Hauardi nomen aſſumpſerat, vt quando Londinum tendebat, hominem ad Cobbamum Baronem Portuum Præſectum duceret. Iuriſconſultus nihil in præſentia reluctatus, vbi tutum fuit: Auertat Deus, inquit, vt ego eò demum veniam, Carnificis vt ſam miniſter: ſædumque miniſterium ab Sacerdote catholico ducendo, Catholicus aſpicer. Vbi Londinum venerimus ego mihi conſulam: item tu tibi Pater conſule. Ecce autem, dum Cottamus non ſiſtitur, vis in Cauponem, apud quem captus Dorobernij fuerat, conuertitur: qui mox, cum Londinum veniſſet, ad inquirendum verſus, fortè in Hauardum incidit: tenet hominem, iubet quem ſponſoderat ſiſtere, vel ipſum ſequi. Cum is datis vadibus ſponſodiſſet omnino vel ſe, vel Cottamum certa hora aſſuturum, Patres quid agendum ſit conſulit. Hi cenſuere, quamuis ambo ſoluti viderentur ab omni præſtandæ fidei officio, cum iniquè, ac per tyrannidem exerceretur ea inquiſitio; tamen ne ea res fraudi cuiſpiam innoxio eſſet, tum ad conteſtandam veritatem, bonitatemque Catholicorum, expedire, vt Cottamus ſiſteret ſeſe. Is iam ſe paratum ante obtulerat; quare multa cum voluntate, & gratiarum diuinæ Maieſtati actione ad Vicarium Cobbamî, nomine Andream, pergens, vltro ſe

114

Perſonium re-  
petit cum quo  
controuerſias  
inter Catholi-  
cos expedir.

115

Conuenius Sa-  
cerdotum ad  
controuerſias  
diſtincendas.

116

Thomas Cot-  
tamus in An-  
gham venit.

117

Ex indiſijs præ-  
miſſis ab prodit-  
ore Sleddo ag-  
nitus traditur  
catholico ocul-  
to ducendus in  
cuſtodiam.

118

Londini Dimi-  
titur à ductore.

119

Repetitur Cot-  
tamus à Cau-  
pone.

120

Hic illum repe-  
tit ab eo, cui  
ducendum tra-  
diderat.

121

Cottamus vltro  
ſe tradit in cu-  
ſtodiam.

122  
Comprehendi-  
tur Robertus  
Ionsonus & pe-  
nè omnes alij  
comprehensi  
essent, nisi casu  
coassissent.

123  
Diligentius cu-  
studuntur ad-  
tus in Angliam.

124  
Patres Patrie  
proditores im-  
putantur.

125  
Nova edicta  
contra Iesuitas  
& Collegiorum  
Alumnos.

126  
Campianus  
scripto causas  
aduentus Pa-  
tres compre-  
hendit.

se in custodiam dedit, nobili inde morte, vt infra dicitur, transmissus in Cælum.  
Ceterum parum abfuit, quin inter eas consultationes vnâ vniuersi Patres, Sacer-  
dotesque comprehenderentur. Adeuntem ad ceteros congregatos Robertum  
Ionsonum conspicitur Sleddus. Indicat Vicepræfeto, suspicari se eum hominem  
catholicum esse: sequeretur euntem: in ea domo; in quam se immitteret, haud  
dubiè alios inuenturum. Præfetus rogat Sleddum, vt simul eat. Is cum nondum  
se manifestum Catholicorum tortorem ferret, ne pro proditore agnosceretur, ab-  
nuebat. Præfetus nec se iturum ait: nam forte erat Catholicus; quanquam dis-  
simulabat. Proditor instat, ac minatur. Iamque ad Tamesim Robertus perue-  
nerat, & lintre conscenso properabat trans flumen. Dum certat Proditor, relu-  
ctatur Præfetus, audit circumfusâ multitudo, de qua re sit altercatio: fit signum  
vt lintre consistat: Robertus demum capitur; & ducitur in vincula: vnde & ipse  
ad gloriosam deinde productus est palmam. Verum diuino haud dubiè consilio  
factum est, ne, vt contendebat Proditor; sinerent destinatum ad locum progre-  
di; & cunctis simul comprehensis, prima tantarum rerum semina, quod Satan  
agebat, extinguerent. Inter hæc tamen increbuerat Iesuitarum, ac Seminariorum  
nomen, ac prodicionis contra Patriam, & Reginam initæ: eo promissis  
ad fidem, quæd hoc eodem tempore Nicolaus Sanderus Gregorij Pontificis au-  
xilio, coniunctis cum quibusdam Catholicorum Comitum in Hibernia viribus, ad-  
uersus Hæreticos ciebat bellum. Quare Angli sibi timebant tum à Pontifice, tum  
à Rege catholico: cui Lusitania nouissimè addita, tantum accesserat virum.  
Hac præparatione populi, Regina Idibus Iulij noua Edicta vulgat, quibus Iesui-  
tas, duorumque Collegiorum extramarinorum Presbyteros, atque Alumnos  
omnes denunciatur reos læsæ Maiestatis, & variarum in ipsamet, ac Rempublicam  
conspirationum auctores: ac proinde Progenitoribus, ac Tutoribus mæ-  
dat, vt suos primò quoque tempore in Regnum reuocent: Mercatoribus, cen-  
sisque omnibus grauissima proposita pœna, ne Collegijs illis, aut vllis ipsorum  
Alumnis pecunias transmittant: omnibus demum vniuersè in Anglia, ne quis eos  
domum, aut ad colloquia admittat, aut quouis modo iuuet: sed Præfeto viciniori,  
seu proximo Magistratui tum illos, tum qui eos vel hospitio recipere, vel  
fouere nouerint, statim prodant. Hæc talia cum essent, Patres vt inuidiosissi-  
mam opinionem adeo rebus gerendis aduersam sedarent, & aduersus quemcum-  
que casum veritatem præmunirent; quæ habebant à Præsidibus suis mandata,  
ne se vlllo pacto rerum ciuiliùm administrationi infererent, multis viris grauitus  
ostendere. Et Campianus veras aduentus causas scripto comprehendit, fallacia  
Hæreticorum, quibus plebi miserè imponunt aperiens. Aiebat veram, cur Iesui-  
tæ venissent, causam non esse, vt seditiones concitarent, quod aduersarij fabulæ  
iactabant; sed vt pacatè homines ab errore ad veritatem, à prauis moribus ad  
virtutem traderent: idque vel iureiurando probaturos: prolatoque Præfeti  
suorum præcepto, quo vetabantur res politicas atrectare. Ceterum Sanctissimam  
Domini eam esse mentem; vt nunquam ab sancto illo cæpto desistat, modis  
omnibus Anglicanam hæresim tenter euertere: ipsis pariter Societatis Moderato-  
ribus certum, ac fixum esse, opus in nomine Domini cæptum tueri constanter,  
ac prosequi: neque vllis periculis cedere, dum habeant quos mittant: sed  
prius defuturam aduersarijs ad mactandos homines vim, quàm alijs ad succedendum  
caritatem. Proinde intelligerent Anglicani Hæretici, eos, qui venissent,  
ad omnem euentum paratos esse; nec quicquam magis cupere, quàm pro Deo  
gloria vitam effundere. Prius tamen quò veritas illustretur; rogare, vt sibi po-  
testas disputationis publicæ fiat. Huius scripti autographum Campianus apud  
se retinens, vt secum, si fortè ipse in manus Hæreticorum veniret, caperetur,  
exemplum apud Thomam Poundum suo subscriptum nomine deposuit, quo  
posset, cum vsus ferret, Proceribus fieri causa testator. His ita Londini gestis,  
mul vt periculorum ingruentem tempestatem declinarent tantisper; simul vt lætè  
diuina

diuinas faces spargerent; partita inter se Insula, Campianus ad Prouincias Oxoniensem, Barcherientem, Northantonam, & alias versùs Occalum: Personius versùs Septentrionem ad Glossestrenses, Vigornienses, Erefrordiensis excurrit. Deducobantur à iuuenibus nobilibus, qui, & ad vitam suppeditabant necessaria. Modum peregrinationis Campianus ita describit. Partem aliquam regionis ob equito penè quotidie; ingens omnino messis est: sedens in equo meditor concionulam, quam ingressus in domum perpolio. Deinde si qui me aduent; colloquor, aut confitentes audio: mane peracto sacro verba facio, aures afferunt sitientes: sacramenta percipiunt frequentissimi. In ijs administrandis passim inuamur à Sacerdotibus, quos vbique reperimus. Ita fit vt & populo satisfiat, & hæc Prouincia minùs laboriosa nobis reddatur. Presbyteri nostrates, ipsi doctrina, & sanctimonia præstantes, tantam opinionem nostri Ordinis excitarunt; vt venerationem, quam nobis exhibent Catholici, nonnisi timidè commemorandam existimem. Quo magis videndum est, vt subsidiarij, quibus nunc maximè indigemus, eiusmodi sint, qui hæc omnia probè sustentent. Ante omnia concionibus habendis exerceantur. Diu euadere manus Hæreticorum non possumus: tot oculi, tot ora, tot hostium insidiæ. Habitu dementissimo sum, quem sæpè commuto, itemque nomina. Lego ipse litteras, in quarum prima pagella scribitur: Campianus captus est. Hoc iam ita decantatum circumsonat aures meas quocunque venio; vt mihi timor ipse timorem excusserit. Anima mea in manibus meis semper. Hoc afferant meditatam, qui supplementi gratia mittuntur. Verùm quæ solatia in hoc negotio miscuntur, ea non solum formidine pœnæ, sed etiam pœnas quaslibet infinita dulcedine compensant. Conscientia pura, robur inuictum, ardor incredibilis, opera insignis, numerus innumerabilis, summi, medij, infimi, omni ætate, & sexu. Hic inter pios Hæreticos, si qui sunt paulò æquiores, prouerbiū inoleuit: Catholicos esse, qui argentum resoluunt, quod debent: adeoque, si qui Catholici iniuriōsus quempiam tractant; expostulatur eo nomine, quòd à talibus minimè istud fieri conueniat. Hætenus Campianus. Cùm igitur primùm domum cuiuspiam diuertebant, salutabant eos domestici, quasi externos, & ignotos: dein cùm fieri tutò poterat, ad conclauē interius adducebant, in quo Oratorium adornarant. Ibi omnes è familia prouoluti in genua, Sacerdotis benedictionem postulabant humillimè: tum interrogabant, quamdiu apud eos mansuri essent, quod esse tempus quàm longissimum, voluissent. Si die postero discessuros se dicerent, quod ferè solebant, ne longiori mora periculum crearetur; omnes eo ipso vesperi ad peccatorum se confessionem parabant: postridieque diluculo, audito sacro, sanctissimum Ecclesiæ Sacramentum sumebant: tum habebatur concio: rursus impertita benedictione, Patres cum faustissimis precationibus, ac desiderio summo dimittebantur. Nulli erant, qui de longioribus sacris quererentur: imò si Missa quæuis horam ferè non expleret; agrè satisfactum sibi putabant. Si Sacerdotis copia esset, octauo quoque die conscientiam expiabant. Lites inter Catholicos vix vllæ. Denique ea fere omnium vita, vt appareret fieri diuinitus cum tentatione prouentum; atque insectationem eo tantùm valere; vt quasi pietatis faciem ventilans, non extingueret, sed vehementiùs inflaret. Extremum sub Autumnum recepere sese Londinum versùs. Campianum satius visum est non redire in Urbem. Itaque facta sibi optio, quascunque liberet Prouincias peragrandi; Lancastriam, & Eboracensem tractum delègit. Personius Londini nouas turbas inuenit. Venerat è Polonia valetudinis causa Iacobus Bosgranius Sacerdos è Societate ex Anglicana quidem familia nobili ortus; sed puer extra Insulam enutritus vt neque linguam, neque rerum Anglicarum prope quicquam nosset. Ignorabant aduentum eius Patres: neque ille audiuerat de ijs: cùm statim interrogatus, veller ne Ecclesias adire Protestantium; aditurum sese respondit. Bonus homo fraudem non intellexerat: tantùmque agi putabat de aduendis spectatum, vt fit, atque etiam concertatum. At Hæretici ea professione læti, potestate facta vti liber ageret; rem latè spargunt:

Hist. Soc. Iesu Tom. 4.

L I

Inuen-

127

Personius, & Campianus in diuersas partes discedunt.

128

Campian litterar.

129

Quam cautè in Missionibus se gererent Patres.

130

Londinum conueniunt.

131

Iacobus Bosgranius è Societate Protestantium Ecclesias inscius adire promittit.

132  
A fratre acci-  
ter, repeten-  
ditur.

133  
Errorem tuum  
purgat, & in  
vinculis detine-  
tur.

134  
Libri contra  
Societatem im-  
pressi.

135  
Personus Apo-  
logiam parat.

136  
Imprimi cu-  
rat.

137  
Alia Apologia  
pro recusanti-  
bus Hæretico-  
rum adue Ec-  
clesias excelsa.

138  
Personij libri  
in vulgus spar-  
gantur.

Inuentum Iesuitam, qui doceret, suoque confirmaret exemplo, Ecclesias adiri fas esse: quem sermonem Bosgrauij germanus, moribus alioqui non admodum severis, cum accepisset; hominem adortus, docet quid fortè per imprudentiam commiserit, quantum periculum crearet pusillis, quantam Catholicis, & Societati, & familia Bosgrauia notam inuulserit. Cohorruit, ille execraturque fraudes Hæreticorum, quicquid à se peccatum sit faciliè emendaturum spondet. Adit protinus Pseudo-Episcopum: qua se aditurum Ecclesias dixerit, ratione exponit, in eaque postans sententia, datur in vincula, quorum exitum infra reddemus. Præter hunc sermonem de Bosgrauio Charci Caliniiani Ministri, & Hammeri libri cuncta turbabant. Poundus, Campiani scriptum si veniret in manus hominum de re catholica fore existimans; euulgarat non sine profectu, vt dolor ostendit Ministrorum. Illud igitur, & vniuersum Iesuitarum Ordinem, Sancti item Ignatij vitam miris modis exagitat, addito libro, quem nuper in Germania à Paulo Floreno, & Christiano Franco in Societatis vituperationem, à quo ob hæresim exterminati fuerant, compositum, Anglicè conuerterat. Hanc ergo flammam restincturus quàm occisimè Personus secedit in Catholici nobilis domum, in libros Charci, & Hammeri censuram aggreditur: quodque planè tantis in angustijs, tot inter assidue intentas aures, tot vigilis, interdium noctuque oculos mirum videatur, viam tentat, qua librum typis excudat. Guilielmus Briukleas excellentium partium vir vltro operam defert, omnia comparantur, conducuntur Impressores, vel Catholici, vel qui vellent reconciliari Ecclesiæ: Typographia instituitur in Villa prope Londinum miro silentio, pari festinatione. Conatus est Diabolus inturbare præclara ccepta, capto, & in questionem adducto BrinKlei famulo: sed eo nihil enunciant, in publicum repente apparuit Charci censura. Tot ibi mendacia auctoris, ceterorumque eodem è grege patefacta tam apertè, ad hæc ita explicata Societatis Instituta; vt Charci elucubratio ad illustrandum, non ad obscurandum nomen Iesuitarum valuerit. Nam iubebat Personus præsertim considerari, quænam Florenus, & Francus, quorum auctoritatem Charcus tantum celebrarat, in Societate criminarentur; apparebat enim esse dignissima laude, atque odio duntaxat virtutis irrideri. Criminabantur nimiam religiosæ disciplinæ custodiam: iuniores absumi: Castitatem cum scrupulosa contentione aduersus vel minimas commotiunculas conseruari: in administratione omnia ad formam quandam supra humanam exigi: meditationibus cerebrum frangi, & alia id genus: quæ luce clariùs demonstrabant, non vitia eorum, qui accusabantur; sed accusantium mores. Haud minore felicitate scriptus, impressus, vulgatus est liber ad Recusantes purgandos. Iam enim publica edicta erant Comitia, quibus grauis multa decerneretur, si quis ab Ecclesia Protestantium abstineret: iamque præcipui Catholici perducti erant in custodiam, & multi capiebantur in dies: nec rursus deerant, qui in supremo illo periculo dissimulare fas ducerent, docerentque. Ergo Personus ostendens non per contumaciam, neque planè vllam ob aliam causam Catholicos abstinere ab Ecclesijs Protestantium, nisi quia conscientia impediebat; id tot, tamque apertis, atque evidentibus rationibus confirmavit; vt aduersarij ipsi refragari non possent: nisi Atheorum more vniuersam conscientia rationem penitus negligendam censorent. Hi libri statim vt impresserant, Londinum à Villa furtim inuehebantur, ibique in Sacerdotum manus centeni, aut quinquageni distributi, eodem tempore in vniuersas Regni oras diuulgabantur. Cumque lictores Catholicorum domos erant de more ad eos tollendos scrutaturi; non deerant copioso numero iuuenes nobiles, qui proxima nocte eos ipsos libros in Hæreticorum ædes, & officinas inferrent, perque plateas, & ipsam per Aulam disseminarent: vt alicui interim læsione prodesset, atque Catholici non possent accusari tanquam soli eos habuissent. Non tamen hæc sine sollicitudine perpeti, maximisque periculis administrabantur. Quin eo res demum angustiarum deuenerant; vt primores Catholicorum contra eundo nil nisi exasperatum iri, malum, nec posse diutius

vitas Patrum conseruari existimantes, cedendum parumper tempore planè statuerent. Itaque Wilsonum, eum, qui Seminariorum rem procurarat in Anglia, astate iuxta, ac præstanti virtute venerandum Sacerdotem, allegant ad Personium: ipsos quidem maximè gaudere, proficereque Patrum aduentu, atque præsentia; multùm commoueri, excitarique constantia: tamen quoniam videant in eos, & causa eorum in ceteros Catholicos tempestatem adeo insanam exciri; rogare, vt tantisper extra Regnum secedant, ac se tempore meliori referrent. Viaticum, tutamque abnauigationem ipsis curæ fore. Ad quæ Personius, gratijs actis de solitudine, consilioque Nobilium, quæ non dubitaret ab optima mente profecta, responderet: Homines Societatis, vt non sua sponte in Angliam venerant; ita excedere non posse iniussos. Tempestatem satis iam dudum visam, cum planum sit Dæmonem vbique talibus inceptis talia obiectare impedimenta. Ad omnia se cum diuina gratia paratos adesse. Catholici agerent sanè securi; nihil ab Societatis hominibus, nisi commodum habituros, neque domos eorum adituros, nisi accersantur. Ad extremum benignitate, qua viaticum deferrebatur vsuros se, vbi per Superiores euocarentur. Non ingratum accidit id responsi, magnique animi specimen Optimatibus. Atque adeo ipsi ad se primi Patres accibant: neque permisit Deus gloriosa incepta segni formidine interrumpi, nec paterna eius in tantis periculis custodia deerat. Euenit aliquando, vt domo, in qua Personius diuersabatur, ad eum capiendum obfessa, in contiguum scenile transgressus, interque scenum delutescens, satellitum manus effugerit. Sed illud multiplicem Numinis tutelam clariùs ostendit. Eduardi Ristoni germanus frater Londinum è Lancastria venerat, maximè, vt Personium videret. Admonitus Pater, ad hominem adit in publico hospicio, cui signum erat Rosa rubra, diuersantem in ædium parte, ad quas post vestibulum ad dexteram per portulam intrabatur. Sed cum inuenisset in magno conuiuiarum numero; aliud tempus condicunt. Fortè inter conuiuias vnus erat è grege delatorum. Is ad Franciscum Valsinghamum supremum Regni Secretarium defert indicium, visum à se hominem vestitu cineraceo, procera statura, ore, ac demum totius figura corporis, Personium esse, Dominico die vesperi in ea hospitiij parte, vt sponderat, affuturum. Latus indicio Secretarius; milites post hospitiij portulam furtim collocat, qui aduenientem teneant. Vbi clauso die tutum spondebant iter tenebræ, & minutus innabat imber; Personius cum seruo ad hospitiium redit, ac vestibulum ingressus, quia illam dextrorsum portulam clausam reperit: coepit de loco ambigere, perturbataque memoria, interrogat, exturba, quæ in atrio versabatur, multa: num hospitiium illud, sit Rosæ candidæ. Negat turba: ille circumspiciens, memoriæque excutiens, atque adeo noscicans locum, iterum instat: Nonne id Rosæ candidæ hospitiium est? Illis iterum negantibus, pergit querere, vbi eo signo hospitiium esset. Ostendunt quoddam admodum inde procul: quod cum Pater nequaquam id esse, quod quereretur, intelligeret; rursus querit, num aliud sit propinquius. Demonstrarunt in eadem vicinia Cauponulam: quod cum abiisset, nullis vestigijs repertis eius diuersorij, quod volebat; notat diligenter loca, & noscicando progrediens statuit omnino, quod prius adierat, id esse, vbi expectaretur, hospitiium. Redit eò, insistitque de integro querere: Num Rosæ candidæ ea Domus esset: quod toties fecit, vt iam homines quidpiam suspicantes intendere in eum oculos inciperent, admurmurantesque capita inter se conferre: ac statim insolitus Patrem terror inuadit, vt quò se verteret ignoraret. Eduardus abierat Catholicos conquestum, qui concionem de more eo vesperi audirent. Eius frater confidit se tenebat in cubiculo, ne alienis interuentoribus locum aperiret. Ita factum est, vt in nullum è notis Personius incideret: eaque portula hospitiij nunquam aperiretur, neque eam pulsare ipsi in mentem venerit. Denique confusus, cum tenebræ essent grates, & imber densior, seruo in aliam domum misso, ipse mæstus in domum eiusdem vicinæ, vix ab eo hospitiio quatuor interiectis domibus distans, inferit sese. Erat Domus Thomæ Gerardi Equitis

139  
Catholici lega-  
tum ad Perso-  
nium mittunt.

140  
Personi ad eum  
responsum.

141  
Personius in  
sceno latens sa-  
tellites effugit.

142  
Indicij tenden-  
tur ad capien-  
dam Perso-  
nium.

143  
Patrum abest  
quin capiatur.

144  
Dicitur fortuito ad Thomam Gerardum.

aurati, cuius filius Ioannes Gerardus virtutis eximia Societatem postea sequutus est. Nihil poterat ei domui contingere magis, præter, ac supra vota. Fit concursus ad hospitem, & gratulatio, & plautus. Vnus dolebat Personius, quod sciebat se expectari, & hospiti die postero abeundi necessitatem esse. Incipit ergo narrare quid euenerit: illi interpellant, iubent curam ponere, sibi à Deo missum. Post solennia Catholicorum officia, cubitum omnes eunt. Vix quietem vllam admisit Personius, cum in silentio noctis fores vicinorum pulsari, sonique insolitum strepitum audit: atque se Deo commendans in omnes casus vigilabat intentus: neque frustra ea erat cura. Collocati in insidijs satellites, vbi post longam expectationem, qui in primis petebatur, non apparuerat

145  
Alij capiuntur pro eo.

Ristono sacerdote, septemque alijs captis, in vicinis etiam domibus Personium conquisierant: ac, Deo ita volente, cum contiguas explorassent, non attigere illam, in qua degebat. Secretarius Valsingamus ad eam usque noctis partem vigiliam protraxerat, auidèque cum appropinquasset, sensit cum præda satellites: seiscitatus, num cineraceus ille adesset; vbi negatum est, noctem perditam ait. Vbi primum illuxit, Personius, ad hospitium Rosæ rubæ accedens, planèque locum agnoscens, auebat interrogare de amicis hospitibus: sed

146  
Ad alios Catholicos diuertit.

ob nocturnum strepitum, veritus ne quam suspicionem moueret, paulum procedit, inque nobilium adolescentium catholicorum vnà simul in contubernio studentium coronam infert se, vni eorum duntaxat de facie notus. Cæptis sermonibus superuenit Nuncius Personium captum esse in hospicio Rosæ rubæ. Commouetur Pater ore non nihil. Quare is, cui notus erat, eum seducit, & quid esset interrogat. Pater rem ordine, quaque via ipsum diuina bonitas seruauit, exponit. Adolescens admirabundus, ac plenus gaudio: Vis ne, inquit, hocce omnes læticia impertiamus? Vt libet, inquit, Pater, si fides certa est. Introducuntur omnes: res singillatim narratur: fit gratulatio maxima. Et quoniam

147  
Mutat vestes, ne agnoscat.

non amplius tutus erat ille color cineraceus, cum pro indicio haberetur, totum alijs vestibus induunt, & emittunt. Ita Deus hominem seruauit, qui expeditionem illam tot deinde spatio annorum, summis laboribus, curis, periculisque sustineret. Quod si memoria constitisset in hospitij nomine; vel si tam multum, ac sæpè circa id versatus in aliquem è notis incidisset, quod erat facillimum factu, cum sic expectaretur; vel portulam inuenisset parentem, vel clausam pulsasset, vel vnus aliquis è turba non semper negasset tantum id hospitium esse Rosæ candidæ; sed adiecisset aliquando esse Rosæ rubæ; vnde sui erroris potuisset admoneri: vel denique si, vti ceteræ vicinæ, ita contiguam ijs Thomæ Gerardi domum satellites explorassent; nihil propius erat, quam vt Hæreticorum vota succederent. Sed Deus, qui volebat semen relinqui, ne vniuersa insula, iacturam multorum in vno faceret; nec deesse, per quos ex ea Gente æternæ gloriæ destinatos, ad propositi sui exitum adduceret; ex hoc, alijsque periculis fidelem suum administrum eripuit. Iam exitus instabat anni: quosque nominauit Thomas Cottamus, Iacobus Bosgrauus, Robertus Ianssonus, Eduardus Ristonus, præterea Rodolphus Sheruicus, & alij permulti dati erant in carcerem; cum violentius Hæreticorum furor exarsit, & varias à Proditoribus, atque Apostatis, etiam Diabolus exciuit procellas: quæ vnà cum Campiani, aliorumque nobili morte, ad ornanda insequentis voluminis exordia, si Deo cordi fuerit, referentur. Hoc progressu cæpta expeditione Anglicana; Missio Suecica euentum inferiorem expectatione sortitur. Nihil, omisum à Possuino est industriae, ac laborum. Verbo, scriptisque Regem, ac Secretarios, qua maxima

148  
A Deo in Angliæ salutem ad multos annos seruatur.

in Dominum poterat constantia, prudentiaque tractauit. Irriti euentus non vna fuit sententia. Hi credere non ausum Regem, quæ rectè intelligebat fortiter exequi. Alij nunquam sincerè toto hoc in negotio versatum; sed ad sua commoda iudicatum Catholicos. Quippe cura ad recuperandum aurum Neapolitanum adiecta; eam ob rem Pontificis, Regisque Catholici gratiam adamal-

149  
Suecicæ Missionis manus extitit.

se: sed intra gratiam item Hæreticorum. Vt Dano, Saxoni, fratique suo, facti sui rationem reddens, ostenderet ex vna parte pecuniæ magnitudinem, pro

150  
Variæ huius rei exillimare causæ.

facti sui rationem reddens, ostenderet ex vna parte pecuniæ magnitudinem, pro

pro qua pretium extaret simulationis: ex altera nihil misis vltro citroque Legatis in religione immutatum, cuncta perseverare, vt erant ante Lutheranicam. Pontifici verò supplicasse, vt dispensaret certis in capitibus ad simulationis integumentum: at ea delecta capita, quæ sciret nunquam impetratum iri. Alij crediderunt, Regem, qui præ se omnes sapientes contemnebat, ex ingenio suo novam quandam religionis formam architectatum, minus ab catholica abhorrentem: ideoque & Liturgiam affinem catholicæ edidisse, nec penitus Pontificiam auctoritatem negligendam putasse. Illud quidem certum est multa ab eo homine verè cognita. Lutherum, Zuinglium, aliosque profanos novitatum auctores nullo in pretio apud eum fuisse, sed in magno Patres antiquos. Quo grauiore miser Domino Deo tanta secum clementia vso dabit apud Inferos pœnas. Illud quoque prope est certum, si seridè, & audenter complexus rem foret; ita populum, & plerosque Proceres animatos fuisse; vt multò minore motu, quàm sibi fingebat, resistit religio sancta potuerit. Quòd si etiam tam sancto in cæpro Regnum, ac vitam dedisset; quid illo beatus? Et verò quid sceptrum terræ ad Regnum Cæli sempiternum? sed non omnes intelligunt verbum istud. Ergo Possseuinus cum videret nullam superesse spem operæ cum precio in Suecia ponendæ; modestè, atque ita vt relinqueret commercio patentem viam, & infixos in animo Regis acres aculeos, relictis etiam scripto responsonibus ad multas eius quæstiones, quas in Bibliotheca selecta dein vulgavit, commeatum petijt, discessitque vnà cum Patre Guilielmo Good, ac Laurentio Noruego die Sancti Laurentij sacro. Porro Noruegus prospero, vt memoratum est supra, opus ingressu exorsus, eò gratiæ, atque auctoritatis apud Regem processerat: vt eum ad Collegium instituendum, sibi que in disciplinam dandum compulisset, in quo Sueci adolescentes bonis litteris informarentur. Nec malè res procedebat, catholicis è Belgio iuuenibus ad docendum accitis. Verùm post Possseuini reditum infracti eius conatus sunt. Bonus Pater vbi cognouit tam obstinatè Regem dispensationes petere, ne si non impetrarentur, obtentu illo Rex vteretur ad hæresim conferendam; in omni sermone ab eo consilio conabatur auertere: interdum acrius, ac fortius, quàm Regis, & quidem suo iudicio, sapientis, ferre stomachus, posset. Neque solum id agrè Rex tulit, sed suspicari quoque cœpit, aut certe simulauit Noruegum apud Pontificem obtulisse, ne postulata concederet. Ergo siue offensione hinc orta, vt Rex volebat videri, qui cum Noruegum dimitteret, ad annum duntaxat dixit velle eum abesse, si fortè interim Pontifex steteret: seu potius quòd felices eius conatus vellet abruptere, ne nimidum procederent, cum adolescentes non pauci catholicam religionem cum litteris haurirent: alijque præterea frequentes conuerterentur, ac Pater lingua Gentis, & dicendi facultate, & dexteritate animos hominum pelliciendi multum valeret; Collegium soluit, scholam Hæreticis reddidit, conciones Laurentio interdixit, postremò è Suecia iussit excedere. Substitere apud Reginam Stanislaus Varseuuius, & Gaspar Visocius, cum Vberto; & Ardulpho Sacerdotibus nonitijs, quorum Vbertus ex Belgio aduenerat in ijs magistris, quos Laurentius aduocarat: Ardulphus ab Collegio Germanico secutus erat Possseuinum, vterque bonus Sacerdos, & iam Suecicè aliquid loquens. Hic fuit Suecæ missionis exitus impar votis, sed nec penitendo, neque cum simplici fructu. Per eam occasionem Olomucij, & Branspergæ Seminaria instituta: permulti adolescentes ad Catholicam fidem, alijque perducti; cuncto in populo excitata pristina pietatis memoria: illatus Carechismus Romanus lingua Suecis vernaculis, alijque vtiles scripti libri. At Valteneis Virginibus auxilium, ac solatium, quasi de cælo allatum. Vastenzæ Gothiæ Orientalis Oppidum est, situ, & venerandis ossibus Sanctæ Brigittæ, & Beatæ Catharinæ eius filie in primis nobile. Hic Cœnobium Virginum olim florentissimum à Sancta Brigitta ortum habens, adhuc stabat, quasi in horrida sylua amœnus hortulus, numero Virginum ad duodeciginti redactò. Omnibus præerat Abbatisa Catharina Benedicti nominè, veneranda non ætate magis, quàm sanctitate: quæ religionem catholicam non in sitiantum

151

Possseuinus cum Socijs à Rege recedunt.

152

Possseuinus cum Socijs à Rege recedunt.

153

Possseuinus cum Socijs à Rege recedunt.

154

Possseuinus cum Socijs à Rege recedunt.

155

Possseuinus cum Socijs à Rege recedunt.

156

Possseuinus cum Socijs à Rege recedunt.

157

Possseuinus cum Socijs à Rege recedunt.



153  
Possevinus mo-  
niales ad pro-  
fessionem ad-  
mittit, & Ab-  
batissam confir-  
mat.

154  
Poloniae res.

155  
Collegij Polo-  
cienfis initia.

156  
Palatinus Col-  
legio inchoan-  
do se opponit.

157  
Arcis Prae-  
fectus Collegium  
promouet.

158  
Gymnasium  
aperitur quin-  
que auditori-  
bus.

159  
Martinus La-  
terna cum Re-  
ge ad bellum  
proficiscitur.

tantum, sed etiam in ceterarum Virginum pectore castissime conseruaret. Verum tredecim iam annis praerat, nunquam naeta legitimum Antistitem, per quem confirmaretur. Septem item Virgines aliquot iam annos expectabant hominem, cui rite profiterentur. Has igitur primum Stanislaus Varleuicius ad Reginam comitatus, deinde etiam Possevinus mirifice inuenit. Possevinus protradita sibi à Pontifice potestate septem illas, prius fidem consueta professas formula, ad votorum solemnem Professionem admisit. Abbatissae, & quam Priorissam vocant, confirmauit praefecturam: omnibus sacrosanctam Eucharistiam impertijt, orationibus habitis ad formam quadraginta horarum, ante sacratissimum Christi corpus palam propositum. Quae gesta omnia tanto Virginum, ac Patrum sensu; ut hi cunctas arumnas abunde vna illa caelesti voluptate compensatas ducerent. Ipsae autem Virgines multa commemorabant admirandae ad ipsas tutandas diuinæ prouidentiae argumenta. Erat praeterea Vastensis schola centum fere discipulorum, cui praerat Ludimagister Hericus nomine, à Patre Laurentio Noruego tum literis eruditus, tum conuersus ad catholicam fidem. Ei quoque Patrum aduentus perutilis fuit: nec planè frustra sensim ipse studebat aliquid promouere sinceram pietatem. Adeo apparebat salutare fuisse Noruegi consilium per litterarum professionem insinuandi catholicam fidem; ut re ipsa nulla videatur fuisse causa, cur Rex eum amandauerit: nisi quod nimis verebatur successus; eandem enim ob causam quaedam eius scripta veniit legi. Quam verò in re catholicam lentus, & varius Rex erat Suecus; tam se constantem, ac strenuum ferebat Rex Poloniae Stephanus. Is Polociensi Ducatu ex Basilio Magno Mosconiae Duce, quem annum iam decimum septimum obtinebat, vi recepto; Arceque Polociensi, quam hostis firmissimè communiuerat, prope miraculo potitus; nihil habuit antiquius, quam ut Societatem in eum tractum induceret: eo consilio, quemadmodum ipsemet scribit ad Franciscum Sumierum Prouincialem, ut ad Deum rerum gestarum gratiam, fructumque referret; eorum locorum homines, quibus aut nulla religionis cognitio, aut schismate omnis contaminata esset, ad pietatem, atque Ecclesiae catholicae obedientiam adduceret: eosdemque arctius adiungeret sibi, ut qui perspicerent, Regem studia, & bene gestas res ad religionis venerationem, atque ad animarum salutem potius, quam ad utilitatem suam referre: tum litterarum cultura ad humanitatem perpoliret. Eadem de re litteras eo ipso die, quo in Arcem hosti ereptam ingressurus erat, ex Castris ad Patrem Scargam Vilnensis Collegij Rectorem dedit. Ergo ad Collegij exordia duo Sacerdotes Stanislaus Leciciensis, & Stanislaus Alandus, cum Georgio Nanceo adiutore lecti, exeunte Iunio peruenerunt, Scarga duce, quem Rex misit, suborientes ut quosdam motus auctoritate, qua apud Procères multum valebat, sedaret. Fuit haec statio Societati multos in annos patientiae, constantiaeque palaestra nobilis. Nam Polociensis Palatinus obfirmatissimus Calvinista nihil praetermisit, quo catholicum praediduum exercere, vexareque posset, ut ad fugam tandem capeffendam vexationis acerbitate compelleret. Iusserat Rex domum ijs, & Templum aliquod ex ligneis, quae fuerant Ruthenorum, & vacua tum erant, attribui: sed, causante Palatino, nil esse vacui, ipso die Sanctis Apostolis Petro, & Paulo sacro, Patre Scarga, cum vidisset patentem adiculam ipsas Apostolorum Principibus dedicatam, & domunculam proximam item desertam; Francisco Zulgo Arcis Praefecto, apud quem adhuc diuersati erant, fauente, in eam Socios induxit: locoque perpurgado cepit Societatis munia exequi die sacro Visitationis Deiparae: frustra Palatino, & Vladica Ruthenorum lites aggressis: nam Regis praeualuit auctoritas. Ludo literario aperto, quinque numero discipuli conuenere initio: sed castitas nil despiciit. Mox amplificatus est numerus: quin & Palatinus ipse, ac Ruthenorum Episcopus, alijque e primis suos liberos addidere. Interim alij alibi per Poloniam Patres, ac Nicolaus Sedconius in Samogitia hoc Regis patrocinio, & fauore praelarè rem gessit. Martinus Larerna Regem contra Moscum tendentem comitabatur, sua aduersus Dæmones, praeualque opinionem bella

bella & ipse gerens. Audiebatur libenter à milite, & audiebat ipse non paucos de criminibus confitentes: multosque etiam ex nobilibus Deo, Ecclesięque reconciliauit. Polonia Prouinciam Laurentius Magius ex Austria missus cęperat recognoscere, domesticorum pariter, atque exterorum gratulatione quam maxima, præsertim Francisci Sunyeri Prouincialis: cum interrupit opus nunciata mors Euerardi, qua extraordinarię potestates finiebantur: & subinde Sunyerus ipse geminato Prouincię luctu decessit. Is patria Barcinonensis dum Perusia Cuius, Pontificioque iuri dat operam, ad Societatem receptus, Romę in tradenda christiana doctrina, in concionibus ad vincetos in custodijs, & circa Romam in Oppidis exercitus: tum in Austriam missus, Philosophiaque Vienna explicata; in Poloniam Societatem primus inuexit: primusque eam Prouinciam, inde vsque ab ortu, Prouincialis administrauit. Vir perhumanus, ac mitis, rari exempli, carus & ijs, quos regebat, & alienis Septentrionalium nationum amantissimus, eoque ad mores sese gentis candidissimę totum fingens: & quicquid aliter assuetis difficile toleratu est, caritate Christi sic condiens, vt etiam suauē sentiret.

Regis Stephani conatus egregiē æmulabatur eius frater Transiluania Princeps Claudiopolitanum Collegium vrgens. Nondum tamen nisi in Kolosmonostra scholę habebantur. Interim concionibus ibi, & Alba Iulia nonnihil promouebatur. Pagi verò tres iam ad Collegij vestigalia assignati, ad fidem propē conuersi. Sed mentis illius sempiternę consilia inenarrabilia iuuat in Augustano fundando Collegio recognoscere. Alijs perstrinxi suscepta certamina, vt è statione, quam ibi iam dudum habebat Societas, Collegium ad instituendam quoque iuuentutem efficeretur. Duces Bauari, Augustani Antistites, Maximilianus Cęsar, Cardinales multi, Romani Pontifices Pius Quintus, & Gregorius Tertiusdecimus ad id efficiendum litteras, atque adeo internuncios misere, nullo euentu. Adeo Hæretici, quorum pars præpallebat, obstinauerant animos. Sed voluit Deus intelligi suum id opus: nec difficile ipsi ventorum quoque restatu nauim propellere. Quatuor fuere Fratres Fuggeri Christophorus, Vldaricus, Ioannes Iacobus, & Georgius. His duobus mortuis, multiplices relicta prole, moritur Christophorus celebs, & intestatus: ita hereditas ad demortuorum fratrum filios, & ad Vldaricum deuēnit. Is Haydelbergę degebat, secta Calvinianus: scripsit tamen ad coheredes, quoniam hereditas pecunię erat pergrandis, æquum sibi videri, vt è communi summa bona portio diuidenda pauperibus seponeretur. Consensere heredes: sed curarunt in conuentis scribendum, diuidendam pios in vsus: secreta summa, liteque coorta de distribuendi modo, ac loco, alijs aliud transferre suam partem volentibus; Senatus Augustanus pronunciat eo standum, in quo pars heredum maior consenserit. Tum filij Ioannis Iacobi, qui tredecim cum filijs Georgij, qui quinque erant catholici omnes, & apud Societatem educati, consensu totam illam pecuniam erigendō Augustę Collegio destinant. Reclamare, indignari, fremere Vldarici Procuratores: sed frustra fuere. Vicie Dei ars admirabilis, qui fecit, vt hæreticus homo primū mentionem induceret partis ex hereditate in elemosynam segregandę, & vel inuitis decem florenorum millia in Societatis Collegium conferret. Addidere Philippus, & Octavianus de suo edes, cum peramplis hortis. Nec verò minor apparuit Dei sapientia, in Ciuitatis, ac Senatus ad eam rem eliciendo consensu. Septem circiter hebdomadis disceptatum est: & tandem, quod nunquam Ecclesiasticis agentibus, & infinitis commendationibus potuit, per Sæculares, & nonnullos Hæreticos impetratum est, vt ades haberet suas, scholasque Augustę Societas. Christophorus Antonius Bellingerus Urbis Præfectus optimē Societatis studens, sed futurarum turbarum metu, in hac causa lentior, narrauit deinde se ad eam suscipiendam prope diuinitus fuisse commotum. Nam visam sibi secundū quietem super caput lucernam, eamque, quod fulgore offenderet, extinctam voluisse, quod promptis obdormisceret. Itaque mandasse famulis, vt extinguerent, & ipsum se, ad eam rem, ore spiritum collegisse. Verū priusquam effla-

160  
Laurentius Ma-  
gius Poloniam  
vilitat.

161  
Francisci Sun-  
yerij Polonię  
Prouincialis  
mors, & laudes.

162  
Transiluaniz  
res.

163  
Collegij Augu-  
stani insignis  
fundatio.

164  
Christophorus  
Antonius Bel-  
lingerus Urbis  
Præfectus ad  
Societatem  
tuendam per vi-  
sum mouetur.

ret,

ret: vocem, incertum unde, pervenisse ad aures: lucernam ne extinxis: volo enim nostris lumen præbeat sempiternum: stude potius fomenta adhibere. Luce orta, cum tractari causam Societatis ignoraret, ad Templum eunti Octavianum Fuggerus occurrit: rogat, ut per eum liceat sibi, & fratribus Collegium Societatis Augusta ponere. Constitit Præfectus ad nec opinatam, & plenam invidia petitionem prope stupens: nec ausus abruptè negare; consultaturum super ea re ait. Paucis post horis Urbis ad se Cancellario accito exponit, qua posset illis occurrere. Cancellarius vir pius, ac sincerè catholicus, & vix duabus ante horis à Patre Gregorio Rosephio domiciliij tum Societatis Præsede tota de re edoctus, ac præparatus, continuò cœpit copiosè disserere, quàm foret vile Civitati consilium, quod Fuggeri meditentur. Quin etiam posse ipsum ex ea re nomen sibi parere sempiternum: quæ postrema vox, reuocata somnij memoria, ita visa congruere cum illa est, quam audiverat in quiete; ut statim lucernam Societati accommodans, ac monitorem vetantem extinguere Cancellarium interpretans; ad promovendum negotium cum eo conspiravit: quorum maxime patrocinijs res ad exitum felicem venit. Interim dum vetera quoque domicilia confirmantur, & Lanspergæ novi Templi extructio inchoatur, & Græci perducto iam ad fastigium gymnasio, ad latinæ litteras de Philosophia, deque Hæreticorum in religione controversijs disputatio additur; & res præclarè administratur tum ab alijs alibi, tum Norimbergæ à Canisio, quem Pontifex, Delphino Episcopo Brixienti missis, ad conuentum adesse iussit, & à Prouinciali Austria Henrico Bliffemio, qui item aduocatus est. Suavis Dei sapientia in Collegio Friburgi Nuithonum quoque fundando apparuit. Franciscus Bonhomius Vercellensis Episcopus, dum Heluetios Apostolica auctoritate visit, Collegio Friburgi excitando sedem percommodam existimavit, prouentum latè in omnem regionem vberem sperans; præterquam quod præfens vrgebat necessitas. Nam vel Beonam, vel Lesanam, & Geneuam Friburgenses Catholici filios inbuendos mittebant litteris magna cum religionis iactura. Opifices quoque passim locabant Hæreticis operas: eoque res familiaritatis venerat; ut Geneuensis Senatus ausus esset à Friburgensi petere, ut vellet coniungere dexteras, & communibus vitam, ac Rempublicam legibus temperare. Et quamquam qua debere constantia Catholici repudiarunt; tamen apparebat consistere periculum, non mediocre. Igitur re Bonhomius significata Pontifici, ab eo protinus iubetur conferre cum Hoffæo. Hic gnarus plerosque Collegiorum utilitate inuitos, posteaquam ea impetrare impendijs, quæ non prouiderant, deinde falsos, opera imperfecta relinquere; ipso initio quæcunque ad firmamentum, instrumentumque erant Collegij necessaria exposuit, atque ita, ut rerum copia deterritus Nuncijs ceptum omiserit non inuita Societate, cui Soboles ad noua examina minus exuberabat. Interim Sacerdotium Friburgi vacat: remque Collegij, oblitus alijs, non oblitus est sanctissimus Pater Gregorius: & in eam rem, in scijs omnibus è Societate, vltro addidit. Hisce natalibus meritò & Societati, & Civitati gloriandis ortum est Friburgense Collegium in Heluetia. Adiacet Heluetiæ ad Septentrionem Alsatia, magnam partem Argentoracensium Episcopo subiecta. In media ferè Diœcesi Moltzemium est itinere horarum trium procul Argentoracæ, Oppidum admodum frequens, multisque circa minoribus cinctum. Hi Argentoracensis Antistes optimus vir, & religionis Catholicæ percupidus iam diu expetitum tandem Collegium posuit in ampla domo, quod fuisse Xenodochium aiebant. Templo item amplo adjuncto, quod ante annos ducentos sexaginta Ioannes Episcopus, quem populus inter Sanctos colit, consecravit. Omnia erant neglectu, & quoque ruinosa, & squallida: quæ Fundator diligenter instauravit, in Collegij tota institutione non liberalitate solum, sed etiam pietate, atque indulgentia Patris vsus. Ita libera cuncta ad Societatis modum reliquit, amanter, ac prouidè suppeditaui. Iacobus Erhardus, qui præfesset, alijsque nouem, Moguntia plerique missi, felicia posuerunt initia. Ex vsu reuocando Sacramentorum refarcire pietatem aggressi. Ad con-

165  
Visiois interpretatio.

166  
Canisius in Conuentu Norimbergensi adesse iubetur à Pontifice.

167  
Collegij Friburgensis initia.

168  
Moltzemienſe Collegium.

ciones, & ad expiandas quoque conscientias Civium multi & Canonicorum Argentoracō ventitabant. Inducta in Collegio puerorum, & puellarum seorsim scholæ catechistica magno vlu, & plausu parentum. Idem in vicinis effectum Pagis agrestium postulatu. Litterariæ scholæ latior erat progressus, cum à pietate, primisque elementis inchoanda esset doctrina. Magnum anno insequenti Præsul exorsus ædificium, quo gymnasium Societatis, ac Seminarium, quod molebatur ambitu vno complecteretur. Ad Rheni, Mosellæque confluentes

169  
Confluentini Collegij initia.

170  
Paderbonensis missio.

171  
Aquisgrauensis missio.

172  
Cameracense Collegium dissipatur.

173  
Traiectense Collegium restitutum.

174  
P. Io. Zantenus hic cum Socijs allaborat.

175  
P. Adriani Adriani Louanij mortui laudes.

176  
Franciscus Toletus Louanium à Pontifice mittitur.

Historia Societatis Iesu Tom. 4. M m

bant. Rerum statu perturbatissimo Toletus inuento, quicquid raptim confici potuit, sedulè exequutus in Urbem reuertit.

Multa hæcenus diuinæ argumenta clementiæ prosperas inter, aduersasque res tanquam lumina emicantia retulimus hoc anno varijs in Prouincijs: eadem alibi, ac præsertim Lutetiæ Parishorum perspecta. Hic Cardinalis Borbonius annuinitio idoneas ædes loco saluberrimo, ac peropportuno in Sancti Antonij Vico comparatas, ad Professorum instituendam familiam addixit. Rex Societatem nouis literis, vt quæ sui Instituti sunt exercere posset, admisit. Fouebat Nuncijs Apostolicis, præterque Cardinalem Borbonium, ac Reginam Matrem, ipse Episcopus, vt putaretur facilè Senatus quoque auctoritas decreto regio accessura, cum Parochorum plerique litem grauem intentant. Ipsorum iniussu nulla administrare Sacramenta Societati contendunt licere: neque Pontifici fas fuisse hanc potestatem, quæ, vt ipsi interpretabantur, non ad adificationem, sed ad euerisionem pertineret, cuius iam impertiri. Causa erat eò incommodior, quòd schisma ipsos inter Catholicos Hæretici gaudebant existeri, ac præsertim Pontificiam conuelli auctoritatem. Dum hæc opponuntur Professorum Domui moræ; aduersus Collegium Academia se vertit, omnibus tentatis modis suo illud iniursummittere. Non erat hæc tam difficilis controuersia, quàm molesta, cum facile esset proferre, quæ proximis annis Patres gesserant, quòd Collegium in corpus Academiæ cooptaretur: quòd ne fieret, cum per Academicos stetit; nihil erat cur in præsentia quererentur, ipsum suo iure priuatum vti. Scholarum interim quàm florētissima iuuentute refertarum nomen in dies magis inclarescebat, cum pestilentia interuenit, tanquam ad pietatem Collegij, non minùs quàm scientiam illustrandam. Nam vt in dubijs, periculosisque temporibus amicorum fides cernitur; ita eorum, qui se pro diuino obsequio, & publicis utilitatibus deuonere, solidam constantemque virtutem grauissimi quique casus maximè probant. Vt igitur publicum ingrauescere malum, nec solum corripere, sed etiam exhaurire domos cœpit; Odo Pigenatus Collegij Rector, Viris Ciuitati præpositis Societatis opem, ad tantæ calamitatis leuamen, vltro offert. Quam inuitatam caritatem admirati illi, cum laude, suoque vicissim patrocinio prolixè delato, exceperunt. Tum in Collegium Patre reuersus, si quem diuinus spiritus ad sanctum hoc opus præcipuo incitaret impulsu, edere nomen iubet. Vixque sue è senioribus, siue iunioribus Patribus, Fratribusue reliquis fuit vilus, qui pestilentem illam prouinciam non auerteret, quàm solent mortales quæstuosas, & inuidendas ambiret. Tum Odo, ex omnino numero duodecim delectis, quorum sex in domicilio Domus Professorum aggrediantur: sex in Collegio, cum aliquot alijs, tanquam in subsidijs manentibus in eorum locum successuri, quos placeat Domino in sancto labore vltimum diem asserre; ijs, quos tanquam in aciem primos eduxit, ducem se, ac socium addidit. Nam, plerisque Sociorum per Collegia circa Lutetiam distributis, in Collegio iam prope vacuo Rectoris vsum non existimabat relictum; quin potius lectum illum manipulum, qui tam fortiter certum se pro Christo in periculum dabat, nequaquam tam difficili tempore deserendum; sed consilio, opera, laborum, periculorumque Societate iuuandum. Addebat, cum tam robustæ, perfectæque caritatis prouinciam, vel maximè ad Professos Patres pertinere exhiberet, circumspicentibus omnibus, neminem à se inuentum, quem non maiore cura incommodo, iacturaque Societas, & Ecclesia Dei, quam se ipsum amitteret. Forere iam, ac debacchari mortis impotentia, sterni totas familias, deesse solentis, expiandisque miseris adiutores; inhumata iacere cadauera extra Urbem: quæ & canes lacerarent; ybique tetra funera, & stragis funestissimæ imago. Agitur sex, quos dixi, vbi se confessione generali, votorum instauratione, tuis precibus, susceptisque Sacramentis præmunierant, atque incenderant, vt eorum maior, quam numerus contranitentium, mali vis; ita ipsi supra vires conari. His alloquio solandis: illorum audiendis confessionibus: curanda alijs sepultura: vti

177  
Galliæ res.

178  
Lutetiæ Domus prof. illa instituitur.

179  
Parochi litem illi intendunt.

180  
Academia Collegio aduertitur.

181  
Pestis Parisios inuadit.

182  
Rector Collegij ad curandos peste infectos Socios offert Ciuitati.

183  
Cum laude Ciuitas eos accipit.

184  
Duodecim designantur, sanctumque opus aggrediantur.

185  
Pestis strages miseranda.

sendis, qui passim letiferis faucij vlceribus iacebant, insistere: sibi nec diem, nec noctem parcere: tanto populi plausus, vt vbi apparent, salus cooriri videretur, illis certatim benedicerent, illis ad reficiendas vires domum, cibos, omnia libentissimè offerrent: ijs liberos Parentes mitterent, quibus benè precarentur: eorum vestes alij ex pietate contingerent: omnes diuturnam vitam sanctis operarijs exposcerent à Deo, ac vires ad sanctos labores continuandos. Demum prudentes dicebant: Nunc primùm perspectum Parisijs quid Societas foret: fortique hac caritate cum aduersarijs omnibus debellatum. Sed in pulchri huius stadij medio cursu, seuerum obedientiæ à Prouinciali præceptum, non sine increpatione, quòd iniussu in eum locum vitam coniecisset, Odonem reuocauit; qui alioqui ad iussa gestiens, hac in re ita obtemperauit, tanquam grauius in discrimen conijceretur, quàm vnde reuocabatur. Est enim id Crucis amantium: quàm velociter ad molesta festinant, & lentè gradiuntur ad prospera; tum ad his libenter, agrè ab illis eximi. Quia, Magni Gregorij sententia, nec perfectè obedijs, qui ad læta aliquid affert de suo: nec qui non affert ad tristia. Sed illud Patrem Odonem consolabatur, quòd apud ignaros non obediens, sed timidus sua nulla culpa videri posset: eoque promptiùs, quando non poterat caritatis victima cadere, obedientiæ se gladio immolauit. Ceterorum è numero tres Sacerdotes in hostias sibi Deus delegit. Omnium primus ineunte Augusto cecidit Pater Anatholius Reginaldus, vir, vt Prouincialis Claudius Matthæus appellat, sanctissimus, qui in Societate ita tredecim annos vixit; vt eximiarum virtutum domi, forisque exemplum haberetur insigne: modestiæ, lenitatis, obedientiæ singularis. Tres annos in Collegio Parisiensis perfunctus Ministri munere, nunquam aut commotiore perspectus est animo, aut molestia quempiam affecit. Videbatur planè à Deo factus ad eximiam sanctitatem: corde molli ac tenero: ad diuina tanquam siopte nutu tendente: vt inter orandum amore Dei totus ignesceret. Voluit Deus insignem famuli sui virtutem extraordinarijs quoque argumentis ostendi: nam è demortui corpore nulla hominum cura adeo suavis afflatus est odor: vt planè apparuerit, vitam eius omnem, tamque sancto in ministerio obitam mortem, quasi holocaustum perfectum, accepta in odorem suauitatis fuisse. Porrò suavis ille afflatus eo visus admirabilior est, quo celerius, ac fœditus pestilentium corpora computrescunt. Altera subinde succedit victima Emondus Morangius, vir fortis, & industrius, & ad cuncta Societatis obeunda munera peridoneus. Tertia mox tertio Idus Septembris Franciscus Bilques, ed gratior Cælo, quòd generosæ caritatis impetu stimulatus, dum alij Parisijs fugiunt, summis ipse precibus impetrauit, vt eò ad iuuandos morientes è Collegio Mussipontano accurreret. Horum in locum aliorumque, quos penè omnes vis dira percussit, statim alij, atque alij continenter submissi. Has Professorum Domus laborum primitias tulit. Tanta fortitudine, & caritate ea primùm recta imbuta sunt. In ijs, qui secreti ad idem opus, accurrendi nutum expectabant intenti, erat Bernardinus Castorius, Sed illi aliud virtutis experimentum Diuina Maestas parauerat. Cum Apostolici Nuncij rogatu, quædam exemplaria Bullæ Cænæ Domini, quæ Nuncius deinde Episcopis Galliæ diuisit, imprimenda curasset; iussu Regis ineunte Octobri datur in carcerem, vnà cum Bibliopola. Bonus Pater non callidè, non per fraudem, neque omnino offensionem metuens cuiuspiam, petenti Nuncio operam amicè nauarat: quin & Bibliopola, euidentis bonæ fidei argumentum, nomen suum exemplaribus apposerat. Senatus eam ob rem vtrosque iudicauit infontes. Quid enim quisquam aduersi suspicaretur, cum eius Bullæ exempla extarent anno millesimo quingentesimo trigesimo septimo cum Priuilegio Regis item Parisijs impressa, & commentarijs à Rebuffo explicata: itemque alia anno millesimo quingentesimo septuagesimo tertio in eadem Vrbe edita: & Nauarri Manuale, in quo eandem auctor illigauit, tum Lugduni, tum Parisijs excussum esset, & passim venderetur in Gallia? Hinc factum est, vt breuè honorificè liberaretur, non modo probantibus, sed & adnitentibus summo studio omnium ordinum hominibus. Ceterum

186

Populorum acclamationes in Nostorum laboribus.

187

Rektor à Prouinciali reuocatur, quòd iniussu se obiecit pestilentium ieruitio.

188

P. Anatholij Reginaldi pestilentibus seruitibus moris, & laudibus.

189

Tum P. P. Emondus Morangij, & Francisci Bilques.

190

P. Bernardinus Castorius iussu Regis in custodiam datur.

191

A Senatu innocens pronunciat.

terum dum Parisijs lectus ille manipulus aduersus pestilentie impetus tendit sine prodigis vitæ, quo æternam proximo pariat; haud ferè minora per periculum inter importunitatem Hugonotorum, alter manipulus aduersus errores dimicauit in Xantonum Vrbe, tractuque, & Insulis proximis. Missos aliquot in eam plagam superiore anno à Maldonato memorauimus: illis adeo prima conatum successere; ut tanquam ad prosequendam latè victoriam auxiliares aduocandi Socij fuerint. Igitur septem versati in ijs oris, ingentem vim mortalium, & quidem alicubi, nec magnis oppidis, millenos ad pristina religionis castra reuocauerunt: inter quos etiam insignem Piratam, qui in Sorie Naui, cum triginta uentem de Societate in Brasiliæ cursu in odium fidei interempti sunt, militabat. Oliuerius Hamelius Dux expeditionis huiusce fuit. Insulam, quam latronum appellant, quod Piratarum foleret receptaculum esse, duo nondum Sacerdotes Bernardus Roilettus, & Quintinus repurgarunt. Quinque ibi magna Oppida sunt. Pagi ferè triginta, vix vsquam vllis vestigijs castæ pietatis extantibus. Duo tantum Sacerdotes, alter muneri iam per effectam ætatem impar: alter homo nequam, & perditus, & multarum transfuga sectarum. Populus, quod neglecta religione necesse est, in barbariem, ferinosque mores corruptus: qui tamen sensim, paulatimque molliter pelliciendo cicuratus, incredibili auditate anres, animosque ad veritatis voces vertit. Itaque depulsa insectia, scelera ablegata, correcti mores, facies noua rerum inducta est: conseruandoque demum, ac promouendo operi, curatum, ut par Sacerdotum probatæ vitæ, doctrinæ non indignum mitteretur. In reditu autem Quintinum, atque Bernardum cum interceptissent Hæretici prædones; alij item Hæretici vindicauerunt in libertatem, veriti ne Catholici in possessiones ipsorum per liberandi eos occasionem irrumperent. Mussiponti decretum à Duce, ut Collegij Rector idem, atque Academicæ esset: ne religiosæ quieti externi homines Iuris ciuilibus, & Medicinæ Doctores obturbarent. Biturgibus Ioannes Niquettus fundator diem obiit extremum repentino potius, quam ex improbitate. Interfuerat mane sacro, & pridie communicarat: à prandio multa piè (ut solebat) de morte cum Patre Reginaldo Prorectore Collegij disseruerat, cum scabello insidens, ac preces matutinas detecto capite recitans, ceruice paululum inflexa, expirauit hora ante vesperam, octauo Kalendas Martij. Paucis ante diebus Maldonato narrauerat visum sibi secundum quietem apertum Cælum: seque ad gaudia euocari æterna. Quod Pater mente sua recondens, tantumque tum respondens, horam mortis incertam, ac proinde paratos semper esse oportere, deinde in laudatione eius funebri omnibus euulgauit. Vniuersa hominem Ciuitas luxit. In Societatem non receperant Patres, quia per ætatem, & valetudinem religiosi muneribus iam nequibat sufficere: de reliquo agebat tanquam vnus è Societate, quam amabat, colebat, admirabatur ex animo: atque adeo librum conscripserat ad Gallie Regem, in quo quanta ex eius laboribus in Regnum priuatim, ac publice manarent commoda persequens, hortabatur Regem, ut in singulis Oppidis stationem eius aliquam collocaret: sed reddi librum Regi, nequis fortè audo-rem alium interpretaretur, Patres noluerunt.

199 Nunquam est egregiorum virorum Hispania non parens Cælo secunda. Altero ineuntis anni die Balthasarem Loartem dedit è Placentino Collegio. Hic Gasparis Loartis frater, diuque sub Magistro Auila condiscipulus cum eodem ad Societatem pariter anno millesimo quingentesimo quinquagesimo quarto Grænatæ aggregatus, eius Urbis Collegio instituendo, rerum, quas possederat pleraque dedicauit. Vir fuit, animo, ut ad sentiendas proximorum calamitates admodum misericordis; sic ad leuandas industrio, ac forti, apprime deditus orationi, atque obedientie. In consilijs, quæ ad vitam suam pertinerent legendis sibi non magis, quam si nihil saperet, tribuebat. Præsidum autem sententiam, quam quasi certorum diuinæ voluntatis interpretum, præire volebat in omnibus, auidè complexus tenebat securus, ac fidissimè sequebatur. Non multis post diebus sexto Kalendas Februarij addidit Naualecarnerum candidissimam animam Ioannem

192  
Missi ad Xan-  
tones Socios  
vocat in cap-  
turam.

193  
Latronum In-  
sula per Bernar-  
dum Roilettum  
& Quintinum  
purgatur.

194  
Missionis fru-  
ctus.

195  
Nostri incidunt  
in latrones sed  
liberantur.

196  
Mussiponti  
Collegij Rector  
etiam Acade-  
miam regere  
iubetur.

197  
Io. Niquettus  
Collegij Bitu-  
rigenis funda-  
tor repente, sed  
sanctè mori-  
tur.

198  
Mortis præ-  
gium præuide-  
nti.

199  
Hispaniæ res.

200  
Balthasaris Lo-  
artus mors, &  
laus.

Joannem Brionium sexdecim in Societate, cum qua pastoritiam vitam commu-  
 tarat, annis exactis in ministerio coquendarum escarum, eiusmodi alacritate,  
 humilitate, ceterarumque virtutum exemplo, ut ob id maximè in Probationis  
 Domibus Villaregij, aut Naualcarneri habitus sit: magno vsui Tyronum Magi-  
 stris ea quoque re, quòd Nouitiorum perturbatos, ac nutantes ad eius collo-  
 quium missos non solum liberabat molestia, sed etiam implebat cælesti dulcedi-  
 ne: quamuis nihil ferè diceret, nisi quasdam sententias è libello de mundi con-  
 temptu. In ministerij sui loco decenti ad parietem Desparæ imaginem affixerat,  
 quam olim pastor, quòd præteriens videbatur sibi ab ea vocari, comparauerat.  
 Eam ingrediens, & egrediens salutabat: ante eam de genibus Rosarium percur-  
 rebat. Sabbatis autem, & peruigilijs, festisque diebus Sanctissimæ Mætris ma-  
 ximè insigni celebritate venerabatur. Patres quoque, ac Fratres, qui ad se  
 iuuandum venirent, ut venerarentur monebat. Acerrimus erat corporis sui ve-  
 xator, flagellis quotidie cadens: sæpè cilicijs, alijsque asperitatibus macerans,  
 vel publicè, vel in secreto. Quotidianam Meditationem ante diuinissimum Sa-  
 cramentum peragebat, reliquo tempore, diuinam ante oculos habens præsen-  
 tiam, neque nisi de Deo loquens: & quicquid ministerij sui causa age-  
 ret studens inde pietatem excerpere, & ad Deum transcendere, poterat haud  
 temere cum Apostolo dicere: Conuersatio nostra in Cælis est. Harum odio re-  
 rum Diabolus non desisteat negotium famulo Dei facessere, tum maximè cum  
 ad sese verberandum media nocte surgebat. Perstrepens horrendum in testro,  
 tanquam regulas, imbricisque omnes commiseret, ac frangeret. Quæ terri-  
 culamenta, cassosque fragores ille haud paulò magis infernæ bellæ horribili so-  
 nitu abigebat, validis ictibus non maiorem corpori suo dolorem, quàm obtur-  
 batoris superbiz per contemptum inurens. Alia quoque de eo miraculi instar  
 narrantur: sed virtutes, superque dictas, patientia singularis, & idem vultus  
 inter dolores grauissimos, quibus demum confliatus est admirabilitatis multò  
 plus habent. Facta potestate singulis diebus diuinum pabulum vsurpandi, cum  
 morem ad extremum vsque conseruauit. Pridie autem, quàm moreretur, si-  
 mul ac Pater Rector sacrosanctam Hostiam è Pixide protulit: Ecce Agnus Dei  
 pronuncians, in ecstasim Ioannes raptus, tandiu persistit sensuum impositus; ut Re-  
 ctori redeundum in Templum fuerit: cum diceret iam spiritu eum communi-  
 casse. At vbi ad sese redijt frater, non spirituali tantum communionem contentus,  
 veneranda mysteria rursus afferri precatus, ijsque magna pietate susceptis; non  
 multò post ad eum, quem sub inuolucris complexus erat, palàm fruendum ex-  
 cessit. Sed insigne Cacodæmonis odium quidam aduersus Patrem Rodericum  
 Consaluium notarunt. Nam cum is quædam de veneficijs scripta, ad maiorem  
 Diaboli talium dirarum architecti ignominiam, in latrinas potius, quàm in  
 ignem coniecisset; earum postea ruina sic obrutus est, ut vix ad diuina mysteria  
 recipienda superans, quarto Nonas Iunij obierit, in Collegio Madritano: vbi  
 literas humaniores magno bono iuuentutis, & Procerum quoque plausu quin-  
 tum iam annum docebat: libenter interim feriatis diebus, magnoque spiritu in  
 animarum auxilium auribus, & lingua desudans. Multò fuit Societati acerbior  
 Patris Balthasaris Aluari Toletani Prouincialis migratio, paucis ab inito Pro-  
 uincialatu mensibus, Belmonte ereptus est die Sancti Iacobi. Quo temporis  
 momento pia Virgo Burgis inter orandum ad videndum gloriosum valde Deo  
 accepti viri obitum inuitata in spiritu; vidit inter Angelorum chorum pulcherri-  
 mum, & virorum Ecclesiastico ornatu clarissima luce conspicuos viros quinque  
 Cælo lapsos, ad moribundi lectulum accedere: cumque qui medius erat vberio-  
 ri luce emicans, quem Sanctum Ignatium post fuisse didicit, egri manum ap-  
 prehendisset, accepta sinu beata anima, cum vniuerso Angelorum, & Virorum  
 illo spectabili choro auexisse ad sydera: duobus tantum residuis Angelis, qui  
 odoribus primùm cadauer suauissimis conuiuere: deinde per exequiarum mo-  
 dum thure sapius afflarunt. Beatæ quoque Theresæ IES V diuinitus significatum  
 est sublimi in Cælo sede donatum. Et sanè vir ea virtute fuit, quæ proum

201  
Tum Ioannis  
Brionij.

202  
Tyrones iuueni-  
de solatur.

203  
In B. Virginem  
maxime pro-  
penus.

204  
Mortifica-  
nis studiosus.

205  
Antè Euchari-  
stiam orare so-  
litus.

206  
Diabolus cum  
persequitur.

207  
Quotidie sacro  
uicetur pane.

208  
Roderici Con-  
saluij mors, &  
laus.

209  
Balthasaris Al-  
uari mors, &  
decora.

210  
Pia quædam  
Virgo eius ani-  
mam in Cælum  
duci videt.

211  
S. Theresæ ea-  
dem anima in  
Cælo collocari  
ostenditur.

cre-



- 212 *Patria, & genus.* creditu faciat quicquid singulare concessum ei narretur. Ortus in Oppido Ceruaria, Dioceseos Calahorra, loco perhonesto: cum annorum circiter quindecim castitatem vouisset: sexto post anno Societatem Compluti ante commissa, ut aiebat, expiandi studio, ingressus: ac Septimanæ illa eius temporis admirabili vitæ austeritate imbutus, totum se Deo, studiisque eum summa illa maiestate intimæ coniungentibus dedit. Inde Burgos, & mox Abulam ad theologica studia absolueda missus est. Hic propter alienas occupationes multior, quod non quantum purabat necesse, cognoscendis fidei, & christiani officij doctrinis liceret insistere; adfuit lux insolita, per quam, & theologica apprehendit dogmata, & in ambiguis officij quæstionibus sine errore, & angore animi statuebat sententiam. Eodem lumine sanctarum quoque litterarum intelligentiam accepit. His experimentis Deo fidere, & sanctæ obedientiæ ductum sequi assuescens: hinc enim factum est, ut profiteretur experimentis se in dies edoctum, quantæ in obsequio diuitiæ sitæ sint: ac frequenter haberet in ore, Deum qui onus infirmo imponit, eius infirmitatem non obliuisci. Sacerdos, & Collegij Minister factus, cum incommodorum assatum, ut ea ferebant tempora, domi essent, ad sese trahebat grauissima: quanquam in instituendis interim ad perfectam virtutem proximis eius, vel maximè elucebat diuina vis. Nam primum omnium studens arctissimè cum Deo sese coniungere, quod securis, ut aiebat, cuius excuta acies sit, plus exiguo spatio facit operis, quàm longo retula. Hoc sibi pariter persuaserat pertinere ad Institutum Societatis, non ad quemuis virtutum gradum; sed ad quam liceret excelssimum homines perducere: neque enim quenquam villo in Ordine, qui non posset suo in statu magis ac magis perfectior inde non curandum, quàm multos quis numeret pœnitentes; sed vel paucos conandum perpetuis incrementis reddere meliores: quippe & grauiter vindicturum Deum in spiritualis vitæ magistris, non culpas modò, à quibus non auerterint, quos instituebant; sed etiam prætermittam perfectionem, ad quam non euexerint. In hac sententia, quasi in fundamento firmiter animo constituto admovebat manum operi summo labore, curaque, & industria. Ante omnia seipsum Deo precibus commendabat: cum diceret, cum pœnitentibus non ita multum agendum, sed planè multum cum Deo. Fuitque opinio eum inter sacrum ab Angelis custodibus pœnitentium (nam ad hos præcipuè, tanquam ad communis operis consortes confugiebat) quæ ad regendas eorum animas pertinereat, cognoscere. Deinde securim quodammodo ad radicem applicans, operam dabat, ut à rebus creatis paulatim abstraheret, præsertim ab ociosis, ac superuacuis familiaritatibus, quas in Societate quoque plurimum detestabatur: vix intelligi affirmans, quantum animorum cursum ad Deum, & illapsum Dei in eo impediant: ac ne erga seipsum quidem volebat humanitas affici, munuscula, & omnes amoris priuati illecebras respuens: profertimque gratum etiam sibi fore, si interdum alios confessarios pro voluntate adirent. Hac libertate vtens, inque sui victoria non molliter exercens, ad orationis studium pertrahebat. Super omnia legem sibi præfixerat, ne cum pœnitentibus, nisi de rebus diuinis, loqueretur: vnde fiebat, ut ne ipsi quidem Dynasta, cum quibus ageret, alios auderet sermones iniicere. Ille autem, ut ex pleno, & ardenti pectore verba fundebat, tanta vi, tanta sublimitate dissebat; ut vel vnico sermone sapientiæ celestis amore audientem succenderet: quam vim in cunctis Societatis alumnis requirebat, ut ex eorum colloquijs reuertentur homines, non secus atque olim ab Caluario, percutientes pectora sua, ac dicentes: Verè filij Dei sunt isti. Ceterum intima vis, & subtilitas diuini magisterij, per quod Sanctus Spiritus eius opera ad excellentem perfectionem eos, qui cum illo agerent, erudiebat, explicari nequit; sed æstimari potest ex alumnorum præstantia. Nam ut alios taceam, Abbatissa Maria Diaz, & Teresa I E S V sanctitatis opinione inclita, aliique per totam Castellam virtutis eximia Viri, ac feminae ex disciplina eius profecti sunt. Vnde pariter, cum ferè, ut quisque est, ita discipulos formet; potest eius intelligi sanctitas, sed præcipuè ex illustrium personarum profectu. Cum ipsemet diceret:

219 *S. Theresia, & Maria Diaz ab Aluaro instituta.*

Qui vult rectè agere cum Magnatibus, ei magno spiritu opus esse. Nouem annos Abulæ ita versatus; hac virtute, scientiaque, & felicitate mystici magisterij spectata; instituendis Nouicijs Methymnæ Campi præficitur. Neutiquam expectationem sefellit; quin potius non Tyrones modo fingens; sed multos quoque veteranorum reformans, magnam Prouinciæ partem renouauit. Hic quoque cum Deo pleraque transigebat. Habebat in cubiculo Christi crucifixi effigiem, in quam intencis oculis, cum à Tyronibus consulebatur, tacitè rogabat Dominum, vt famulos ipse suos solaretur, doceret, regeret. Monebat Tyrones, vt inciperent curriculum perfectionis ex abnegatione perfecta suæ voluntatis, & iudicij. Hunc indicasse Dominum primum moueri gradum debere, cum dixit: Qui vult venire post me abneget semetipsum. Nec quicquam putarent se profecisse, quoad vnusquisque suo in corde Crucifixum non haberet. Obedientiam inde commendabat; quod non per interualla, vt ceterarum actiones virtutum, sed semper, & vbique in manibus ea sit. Quare magnum, ac perpetuum lucrum, vel detrimentum agi, rectè ne, an secus tractetur. Neque minus id sit, an grande, quod iubetur, spectandum. Nam concionari quam amplitudinem habet (inquirebat) si Deus hoc non vult? Quam è contrario vilitatem habet domum cuerrere, si hoc Deus vult! Ad hæc, in medijs occasionibus adfore cogitationes sanctissimas ei, quem obedientia munit: cui munimentum id desit; vel in secessu cubiculi æstuarum. Quippe nec posse cum Deo malè vsipiam esse, nec benè vsipiam sine Deo. Paupertatis incommoda monitorem vocabat, qui excitaret ad subleuandam curam in Cælum, eo psalmi versiculo: Renuit consolari anima mea, memor fui Dei: iraque suis intentos commodis monitore se illo priuare. Item, cum quid aduersi contingit, fungi res creatas officio suo: quod est ad Deum nos compellere. Cuius verò animus amore Christi faucius sit, eius corpus carere plaga non posse, ob ingenitam natura inter vtrumque concordiam. Inde fieri, vt, si Dominus non immittat dolores; per se is, qui amat, assumat. Erga Christum Dominum studebat omnes vehementer afficere, deplorans cæcitatem hominum: qui cum talem habeant fratrem, tam opulentum, liberalem, ac nobilem; suam ipsorum conditionem ignorent, vt olim Fratres Iosephi, illo in Ægipto regnante. Verba autem, quæ sanctissimo suo ore Dominus protulit, præcipuo gustu meditabatur, hac vtens præparatione: Domine (inquirebat) tibi, mihi que à tuo Patre æterno duo iniuncta munera sunt simul obeunda: tibi Magistri, mihi discipuli. Nam dixit: Hic est filius meus; &c. ipsum audite. Ergo quod tuæ gloriæ sit, exequamur iussa. Et quia Magistri est loqui, discipuli tacere; ego silebo, tu loquere, Domine, quia audit seruus tuus: & vt attentius audiam, oculos claudam: & quia tu non magister modò, sed & Dominus meus es; genua flectam: & quia non homo solùm, sed etiam Deus es, iungam manus, atque sustollam audiens te, pariter adorans, precans: nec vllò modo commouebor, ne è tam salutari doctrina verbum me vllum prætereat: quicquid inciderit molesti offerens tibi in specimen profectus, & pignus rerum maximarum, ad quas tua causa me tolerandas paratum sæpè in his orationibus obtuli. Commendabat etiam permultùm clientelas cum Sanctis: quos dicebat dupliciter rogari posse: vel precibus ad ipsos prolatis, vel orationem Dominicam, vel salutationem Angelicam; tanquam libellos supplices offerendo reddendos Domino, vt accedat ex ipsorum manibus gratia. Nec verò magis proficiebat monitis, quam exemplis. Quotidie se se, ad horrorem vsque audientium, flagello cedebat. Post sacrum frequens rapiebat in ecstasim: nec vnquam minus semihora in gratijs agendis ponebat: illud tempus, dum apud nos Christus esset, partem boni diei appellans: de qua monuit Sapiens cauendum, ne nos præteriret. Totas interdum noctes traducebat in contemplatione rerum diuinarum. Vestes nunquam, quod tota vita seruauit, induebat nouas. In cubiculo nullam sedem; sed tantùm scabellum habebat, nullo vel ad applicandum tergum, vel ad reponenda brachia adminiculo. Nil singulare in victu sibi patiens apponi: & ex apposis, quod maxime

220

Tyronum magister etiam veteranos reformabat.

221

Quid de obedientia sentiret.

222

Quid de paupertate.

223

Quid de rebus aduersis.

224

Qualis eius in Christum affectus.

225

Qualis orandi modus.

226

Quomodo Sanctorum auxilium impetrandum docebat.

227

Quotidie se flagellis cedebat.

228

In ecstasim rapitur post sacrum.

229

Noctes orando traducit.

230

Paupertatis amantissimus.

arri.

- 231 Arrideret non attingens: cum diceret buccellas optimas dandas Deo. Ad hanc  
Abstinentia sin- formam Tyrones instituebat, ut communia vnicè amarent: vel breuiorem vitam  
gularis.
- 232 Quare studendum potius, ut communia rectè, quàm ut multa præter  
Communis vi- xisset. Quare studendum potius, ut communia rectè, quàm ut multa præter  
tae cætorum.
- 233 Prouincie pro- curator eligi-  
tur.
- 234 in publicum prodierant, conuersa ad exposcendum à Deo proprium Societatis  
Iter habendi spiritum cura, dedit se in viam. Solitudinem non tam relinquens, quàm secum  
modus.
- 235 nunquam quotidianum Sacrificium, si fieri posset, intermitteret: nec vspiciam,  
Romæ nonnulli vel ipsa in Vrbe, nisi sancta loca inuiseret. Ad Lauretanam ædem ex itinere  
taucta inuisit. profectus, illic à Beatissima Virgine, ut sanctum Iosephum eius Sponsum præci-  
pua obseruantia coleret, quantum potuit ex eius dictis conijci, admonitus est;
- 236 nam summa cura obregebat singularia sibi dona diuinitus collata. Reuersus cum  
Laureti à B. V. Patre Borgia in Hispaniam; eius iussu Castellam Prouinciam visit. Nec multò  
admonetur, ut post Collegio Salmanticensi ab Euerardo præfectus, florentem literis iuuentu-  
colat S. Iose- tum, qua solebat priuatim, ac publicè orationis efficacitate, disciplinæque periti-  
phum. tia tractans, quasi nouam Collegio formam dedit: haud interim parcè operam  
ad externos quoque deriuans. Post triennium Villagarziensi Tyrocinio præpo-  
situs, cum non nemo de orandi eius modo dubitaret; totum vitæ suæ cursum,
- 237 & quos per gradus diuina se duxisset Sapientia, simplicitate, & humilitate magna  
Cum B. Borgia redi in Hispa- Patri Generali exposuit. Quæ cum Pater probasset Aragoniæ Visitatorem be-  
niam, & Castel- cit, magno Prouinciarum gaudio, ac bono. Aliquot dies, antequam inspectio-  
lam visitat. nem auspicaretur, in singulis Collegijs postulando à Deo lumini in secessu in-  
sistebat: vtiliter etiam ad incitamentum, ut idem Socij factitarent. Eo perfu-  
ctus munere, Peruuiæ Prouincialis eligitur. Reclamare illico Hispani propo-  
omnes domestici, atque externi: solus ipse in æquitate animum conseruans, te-  
cere: nam de se cum ageretur; hoc habebat perpetuum, ut paratus ad omnia  
non Præfides vllam in partem alloqueretur; sed preces ad Deum intenderet: ut  
Præfidum ipse consilia ad maiorem sui nominis gloriam regeret. Itaque ad Pa-  
trem Generalem scribens, rogat, ne vllò modo sententiam mutet gratia vllius  
hominis. Magdalena Vlloa grauissimè obstat, ut quæ profectum in pietate  
suum illi, totum debebat. Hanc placare ipse aggressus, quia commemorans,  
quandò posset vtilius, latiusque nouo illo in Orbe suam operam collocare, non  
audiebatur; sincerè addidit, nequaquam se credere, velle tam piam feminam,  
ut ipse, quod superesset vitæ, in mœstitia, atque amaritudine degeret: Nun-  
quam enim, inquit, poterit mihi angor, & scrupulus eximi, intelligenti, ubi  
Deus velit me esse, & alibi quàm vti velit, degeni. Verùm cum Pater Genera-  
lis simul dolorem grauium personarum, simul quàm Patris valetudini alioqui sit  
perditæ, nauigatio aduersaretur cognouisset, mutato consilio, Prouincia To-  
letanæ præpouit. Exhilarauit ea res omnes. Sed multò magis ipsum paucis  
post mensibus impositus mortali peregrinationi finis. Scaturæ fuit mediæ, om-  
nis figura ampliore, fronte magna, naso modicè incuruo, oculis mediocribus, se-  
rè semiclausis, ut etiam labris pressioribus ob animi in sese recessum: faciem in-  
rugarat, & malas depresserat macies, tum ex habitudine corporis sicciore,  
tum austeritate voluntaria. Barba erat ex fusco rufescens: totius oris, & corpo-  
ris habitus cum religiosa grauitate hilaris, & sanctimoniam spirans. Diligenter  
tota vita obseruauit, scripto excipiens, sensus, ac lumina, quæ illi Deus immi-  
tebat: idem faciendum cunctis negotia virtutum exercentibus dicens: esse  
enim cælestis ignis semina, quæ subinde, relegendo quasi excussa, torporem ar-  
cerent. Porro quàm cuncta aptè ad pietatem referret, illud exemplo fit. Cum  
ex puero audisset in Villa admodum tenui Dynastam habitare, quod ibi sua ha-  
bebat bona, statim tacitus ad Christum: Quid mirum, inquit, Domine, si tu,

cum in Cælo plenus gloria regnes, etiam in terra habitare velis? Hic habes hereditatem tuam animas nostras: & quia sancta Ecclesia debet custodire, vis in vitam æternam. Corpus anno millesimo quingentesimo nonagesimosexto Villagarziam, Magdalene Villos postulatu, magna ceremonia, & publica supplicatione, discipulis, Religiosis, clero obuiam profectis, translatum est: Capite iam villaregium ante deportato: & multa narratur edita viuo, ac mortuo supra naturæ modum, quæ vnâ cum vita proprio volumine Franciscus Salsedus de Societate vir grauis perscripsit. Prouinciali sublato, Patres Toletani professi Ioannem Emmanuelem Præpositum Toletanæ domus legere Vicarium: sed quia iam ante Euerardus Aloysium Gusmanum Domni Toletanæ præfecerat: & quanquam nondum adierat munus, tamen Pater Generalis perstiterat in sententia, vt adiret; eundem Pater Oliuerius iam Vicarius voluit Prouincialis loco esse, præsertim quod ei labori propter tenuissimam valetudinem Ioannes Emmanuel ferendo non erat. Obijt Barcinonæ sextodecimo Kalendas Nouembris Iosephi Ayala Madritanus ortu, domo opulenta, vir christiana pollens eloquentia, viris principibus valde carus: sed eorum gratia nonnisi in eorum æterna commoda intra religiosæ obedientiæ limites, ac citra professionis laxamentum vsus. Multum ei Barcinonense Collegium, multum Valentina domus debet: huius enim auctor, illius perfectior fuit.

Inter hæc Lusitania miseris modis, pestilentia, bello confictata; multiplici Religiosorum virtuti campum aperuit: præsertim, cum Regis Henrici occasu, successoris iure in incertum relicto, res ad disceptationem, vimque deuēnit. Tum acutissimè quisque obseruare, quod sermo, quod nutus, aut vultus hominum Societatis inclinaret, & pro libidine spargere in vulgus, & ad concertantes deferre. Quippe insita plerisque altissimè opinio est Societatem in multa ciuiliū se negotiorum intrudere, & quam in partem accedat, momentum facere. Quam opinionem, ad nouæ huius contra se phalangis, quasi hebetanda arma, sœuit Sathan, aluit quorundam ex aulicis iniquus dolor, suspicans in deterius arripuit vulgus, & confirmauit. Cum tamen seuerè proprijs legibus sancitum sit, ne tale quicquam instituti huius sectatores attrectent: & illud præterea additum, vt si qua dissidia christianos inter Principes, ac Dominos existant, sese in medio sustentantes, partes, quamuis inter se contrarias vniuersali quodam amore in Domino complectantur. Quod cum hoc, si vnquam, tempore, tanta in causa Præpositis excubantibus, accuratissimè seruetur, tamen Philippi Aulam, totamque Castellam vehemens rumor peruasit, rationibus Catholici Regis Lusitanos Patres aduersari. Eodemque tempore ita Conimbricæ contraria temere enata suspicio increbuit; vt cum armis populus ad Collegium teneret, cunctaque curiosè latibula explorarit, num arma, armatique pro Philippo delitescerent in insidijs. Ita populis, quod singulis hominibus, euenit, vt pro diuersitate studiorum in suspensiones rapiantur diuersas: adeoque arduum negotium est inter sese aduersis satisfacere: cum præsertim, quo facere vulgus nequit, vt studio factionum suos animos prorsus liberet; idem nec posse alios credat. Ceterum Euerardus cum rei grauitas intentionem postularer curam; Patrem Sebastianum Moralem coram mandatis instructum Roma transmittit in Hispaniam, qui ex itinere, purgata apud Regem Catholicum Societate, in Lusitaniam pergeret, Prouinciæque administrationem recens, vegetusque susciperet, Emmanueli Rodericio post sexennium quiete concessa. Ita Deo benè iuuante factum est, vt apud Principes, rerumque peritos Societatis fama æquabilis, & illibata constiterit. Profuit Conimbricæ ipsa Collegij inspectio. Nam cum passim vel cilicinas, vel comparatas ad publicam verberationem vestes, vel flagella pendentia cernerent; & vno in sacello cunctos Tyrones genu flexo, qui ad matutinum examen fortè secesserant: in altero inter multas ardentes faces eleganti ornatu sacrosanctum Christi Corpus propositum, & multos orantes inuenissent (cum per eos dies ferè vbique Societas ad propitiandum Numen, præter corporis acres afflictationes, perpetuam, succedentibus sibi alijs atque

244

Eius corporis translatio.

245

Franciscus Salsedus eius vitam descripsit.

246

Iosephi Ayala mortis, &amp; laudes.

247

Lusitania fame, peste, ac bello premittit.

248

In Aula catholici Regis Patres Lusitanos aduersari Regis habentur.

249

Conimbricæ à Lusitanis putantur stare pro Rege.

250

Sebastianus Morales Societatem apud Regem purgat.

251

A scrutatoribus Collegij Conimbricentis spiritualia arma pro temporalibus inuenta.

252  
PP. interuunt  
peste infectis.

253  
Antonij Men-  
des mors.

254  
Eboræ peste  
contacti.

255  
Michælis Va-  
sæi mors.

256  
Item Melchior  
tis Oliueriæ.

257  
Item Ludouici  
Henricij.

258  
Item Alexandri  
Villategij.

alijs per vices haberet preceationem dies, ac noctes) His, & id genus inuentis armis, non sine pudore abscessere: cognito quod intra ea testa genus militie tractaretur. Accessit non ad abitergendas modò suspiciones aduersas; sed ad planè redintegrandam Lusitanix gentis erga Societatem beneuolentiam, perfecta in leuando pestilentix malo constantia. In Viculo prope Conimbricam, (Cellas vocant) quem sæua lues primùm corripuit, Sacerdos cum socio ita trimestri spatio miseris opem tulere: humana quoque præsidia è Ciuum pietate Conimbricensium, sed maximè ab Collegio suppeditantes; vt ea vox Oppidanorum esset, officia quam multa, quæ illi præstabant, nonnisi sanctos homines, aut Angelos præstare posse. Re igitur benè gesta, cum in Sancti Sebastiani nomine etiam ædem sacram incolæ extruxissent; domum incolumes reuerterunt. Sed noua subinde violentius coorta flamma Conimbricam ipsam inuasit. Continuo duo Sacerdotes in excitatam ad id extra mœnia domum salutis mittuntur: quorum vterque calamitatis particeps factus. Sed Pater Antonius Mendes Cælo maturus diuino iudicio habitus, eum iam annum vndeagesimum in virtutis schola vixisset. Inita dein ratio est, vt mutatis subinde operarijs, par auxilium ægrotis, minore inferuentium periculo præberetur: secreto extra Vrbe loco, in quem fessi sese reciperent. Sæuius Eboræ in gloriosos operarios, ac vitæ pro salute Ciuum prodigos pestilens flamma exarsit. Martinum Aluari primùm magnæ expectationis, magni in virtute profectus adolescentem, septimo religiosi famulatus anno extinxit: tum Sacerdotes duos Franciscum, & Gasparem Rodericos insignes operarios: illum octodecim, hunc anno amplius in Vineâ Domini excolenda exercitum. His extra Vrbe sublatis, è selectis ad Vrbanorum auxilium vnus desideratus Laurentius Freitas, qui egregijs ingenij dotibus, multarumque rerum scientia clarus, virtute verò planè absoluta annorum viginti trium, quos Christo Domino militauit, annos septem latinæ literas, octo Philosophiam docuerat. Iamque Ecclesiasticis munere, simul & conscientix questionum interpretis magna cum laude, & fructu fungebatur. Is salute sua pro communi neglecta, omnes ferè Reipublicæ partes à suis desertas Moderatoribus vnus obibat: idem corrogabat distribuenda in pauperes: idem diuidebat: idem infantibus, puerisque vrbe sedulò prospiciebat: idem opera, alloquio præstè omnibus erat: vnde factum est, vt eius funus luctu prope publico Cinitas decorarit. Olyssippone dum cæpti superiore anno labores continuantur; Michael Vasæus vndenigesimo religiosè vitæ anno obedientix vir, contemptusque sui laude spectandus, reddita auctori in eo sancto opere vita breui, æternam recepit: cui non multò post, qui in laboribus fuerat socius, mercedis quoque consort accessit Melchior Oliueria ætate iam grandi, cuius partem maximam sub leui Christi iugo traduxerat, haud ille quidem leuiter, cum animum ad ineunda ob Dei gloriam grauissima quæque pericula promptum in primis, & magnum fortitutus esset: quod præter annuam operam in hac morbidorum curatione intrepidè positam; quæ superiore anno de eius expeditione Africana, & captiuitate narrata sunt, testantur. Et tamen quem non tot ærumnæ consumperant, dum ad Sancti Felicis sedem respirandi causa mittitur, populare grauedinis malum extinxit. Memorandum quoque est Patris Ludouici Henricij in Olyssippone Collegio excessus. Hic ob indolem virtutis præstantem, miramque suauitatem acceptus omnibus, nec modò virtutum, sed etiam natalium splendore illustris, laudatissimè annis ferè viginti in perfectionis stadio decursis, in morbidorum animis, corporibusque curandis semestri nauata opera, non alio vtens antidoto, quàm aspersione lustralis aquæ, quam secum quoquò pergeret in ampulla gestabat; tandem contagione infectus, cum vesperi, quodd nullum in proximo instare videretur periculum, sine custode relictus esset; postridie mane mortuus inuentus est, Crucifixum, quem è vicino acceperat, complexum tenens. Admèmerandum est multis nominibus ijs, qui animam suam amicorum, idest hominum causa, quos Christiani omnes, Christo Domino interprete, proximos habent, posuere, Alexander Villaregius, qui in Africam, vnde redemptus ipse roma-

tar; alios Regis iussu redempturus. Cum pecunia magna reuersus, fideliter suo perfundus munere, dum Septa pestilentia laborantibus, animosè operam nauat; eadem contagione perens, ita decessit, è vita; vt sui magnum desiderium cunctis reliquerit; ijs præsertim, qui eum in Sebastiani Regis exercitu viderant, prælarè Christi Domini in Cruce fixi effigie, militum animos erigentem, pluribus interdum glandibus, vt ipsi confirmabant, nullo damno scitum; quique prælarè eius erga captiuos omnes merita recordabantur; vt prædicarent Dei ipsi beneuolentis consilio factum, vt ad lenandas captiuorum calamitates ille paciter caperetur. Is est, qui primus è Iaponia Romam venit, ad maxima omnino gerenda idoneus, si modum fersori interdum adhibuisset; tamen dignus à Deo existimatus, qui in Europa, Asia, Africa ob diuina gloria laudem multa pareretur, & faceret. Claudatur finesta narratio Cardinalis, ac Regis optimi officia memoria; qui cum Societatem vnice adamasset semper, studium erga eam suam testatum posteris voluit; non modò Eborense Collegio, & Academia condita olim, fundatisque nuper Olyssipponensi, ac Bracharense Collegijs; sed etiam hac testamenti commendatione, perhonorifica. Præterea, inquit, obnixò contendo, atque effragito, quod mihi tum ab eo in primis præstari cupio, quem tunc mihi tandem successorem iura decreverint; tum ab ijs omnibus, qui yllò vnquam tempore legitime succedent, vt & ceteris semper Religiosorum hominum Ordinibus præsidio sint, & Hieronymiana, Franciscanaque, ac Dominicana familijs præsertim faueant. Religionem verò Societatis IESV, eiusque Collegia, atque Academijs tueantur, & foveant; quippe in quibus tam multa sunt, quæ ad honorem Dei redundant; tamque multi instituuntur, & educantur; quorum vbiq; officia vsui sint futura; quique tanto cum fructu operam suam collocare possunt in ijs gentibus ad fidem Christi perducendis, quarum ad hoc maximè Regnum spectat, saluti consulere. Quibus verbis illud quoque, quod sæpè commemorabat, demonstrat; quanti existimaret momenti idoneum numerum Sacerdotum institui, qui non è Lusitaniz solum incultioribus Terris; sed etiam ex Infidelium Regnis ignoracionem pietatis expellerent; quæ illi causa vnica erat Societatis Collegia instituendi. Extremum vitæ diem, cui voluit assidue Patrem Leonem Henricum interesse, piè, vt omnem vitam traduxerat, obiit Almerinè pridie Kalendas Februarij; quo die annum ætatis sexagesimum octauum complebat. Iusta illi funebria Societas tum alibi, tum præsertim Ebore sic peregit; vt hominum expectacioni suspicantium nullam tanta vni benignitati parem gratæ memoriæ significationem inteneri posse, abundè sit satisfactum. Hic sibi matrem ipse tumulum extruxerat; sed quoniam regnarat; vetusto more in Regum Bethlemici Templi, quod Olyssipone erat, inferendus fuit sepulchrum; quo vbi tertio post anno translatus est, non sine admiratione incorruptum corpus, & nil graue olens inuentum narratur.

Hoc anno, pace cum Idalcane redintegrata, ceperunt Salfettana Ecclesiæ respirare; & Patres ad earum procuracionem regressi. In Vrbe Goa emptis edibus in vsu valetudinarios Collegij, constitutisque aliquot ibi Patribus, qui in eadè Sanctæ Mariæ Rosarij propinqua dabant operam proximis, initium quoddam Professorum Domus est factum. In his ædibus sub cura Sociorum ipse quoque grauitè ægrotans Prorex voluit curari; facillè non ad corpus modò recreandum; sed & ad animi augendas vires idonea adiumenta excipiens. Inchoata Ciuali quoque est domus; cum Ferdinandus Castrius eius Urbis Præfectus in Eborense Academia à puero educatus Sacerdotum par secum duxisset, ac duos Fratres, quos Ciulani excipere propensissima voluntate; voluitque Præfectus Templi adificacionem inchoari, cui ab Sanctorum Apostolorum Principibus Petro, & Paulo nomen attributum. Puerorum quoque cæpta Classis ad trecentorum frequentiam.

In magna erat omnium expectacione suscepta anni superioris exitu ad Mogores expeditio. Echebar Rex aduentu Patrum valde lætatus, cum statim ad se

259

Henrici Cardinalis, ac Regis in Societate beneficiæ.

260

Pia eius mors.

261

Funus à Societate ei splendide peractum.

262

Eius corpus post triennium incorruptum repperit.

263

Salfettanarum Ecclesiarum, quies.

264

Goæ Professora Domus inita.

265

Ciuali etiam alieta, & puero- rum Classis.

266

Expeditio ad Mogores.

- 267 Missam à Rege pecuniam remittunt Patres. voluisset deduci, & multis allocutus esset insigni benignitate, iussit hospitaliter accipi, missa ingenti pecuniæ vi, qua vterentur: sed illi vniuersam remissere, explicata religiosæ paupertatis professione, panno, ac solum necessarijs vitæ contenta: quam Rex abstinentiam plurimum commendauit, haud talem vitæ dicens Sacerdotibus suis: deditque negotium eos alendi Dominico Patrio, qui
- 268 Regis Mogoris qualitates. Inuenere Regem ætate fermè quadragenarium, oris colore non ab simili Europæo, ingenij sagacis, ac magni: Christianis ita fauentem; vt etiam quosdam desertores impios ad regressum pecuniâ, & beneficijs incitarit. Sacellum, quod Patres statim exornarunt, iuuenis, primum Mahometanorum more stans, cœuice, humerisque profundè inclinatus: deinde more Christianorum flexo genutum ritu Ethnico totus hūmi prostratus adorauit, dicens: Dignum esse Deum, qui omnium gentium ritibus adoraretur: sententia non improbabili, si ex vera prodiret sapientia. Deinde cum rursus tribus filijs, & aliquot intimis comitantibus Sacellum reuiferet, spectaturus effigiem Beatæ Virginis, quam in Indiam Roma à Patre Martino Syluio, delatam Goa Pater Prouincialis in hanc expeditionem ob picturæ maiestatem miserat, calceis positus, nudo pede intravit, & idem facere comites iussit. Attulerant præterea Patres, quod ipsemet sacros libros postulauerat, regi quatuor linguarum Biblia septem tomis compacta, opere eleganti, & magnifico Regi donanda. Quæ vbi primùm obtulere, Rex singulas assumens partes, detracto cidari, capiti reuerenter imposuit, & osculatus est, nominatim quod esset Euangelium percunctatus: tum suum in conclaue magna omnes cura recondidit. Instituit subinde disputationem, præcipuis Mahometanorum Sacerdotibus conuocatis, quos Mulassos appellant: qui tercio congressu ita reuicti sunt, vt non alij modò intelligerent; sed ipsi quoque profiterentur, nihil restare, quod contra afferrent, interque se maximè dissentirent. Duobus eos capitibus Rodolphus premebat grauissimè. Nam si Mahometes propheta verus est, inquit, vestrum est id confirmare idoneis testimonijs. Non enim cuiuscunque quiduis de se affirmanti credendum est. Idonea potè testimonia Prophetæ sunt, quibus nos quicquid de Christo docemus ostendimus. Imò ipse vester Alcoranus multa loquitur de Christo perhonorificè. At vos quæ habetis diuina oracula Mahometem canentia? Quin ipsemet, quamuis fraudulentus, minimè potuit negare se peccatorem, atque Ethnicum fuisse, eum caruisse peccato Christum, & natum ex Virgine fateretur: vnde intoleranda eius manifesta sit arrogantia, talia cum profiteatur, tamen se maiorem Christo Prophetam affirmare non dubitantis. Ad hæc nostrum Euangelium reliquis literarum libris vsquequaque congruit: Alcoranus repugnat, planèque aduersatur vniuersæ diuinæ scripturæ. At veritas vna est: vt Deus est vnus. Disputata quoque multa de mortuorum anastasi, de supremo iudicio, quamquam ob causam Deus patitur fieri peccata, quæ in eius redundant iniuriam. Planèque de omnibus satisfactum. Patrum responsa eò Mulassos acerbis vulnerebant; quòd cum Psalterium, & Pentateuchum reciperent; reliquos veteris Testamenti libros prohibebantur legere. Quare & Rex, vt qui Alcorani ineptias fastidiebat, id sæpè Mulassis ad inurendum dolorem obiectabat: vt deum nodum, quem nequibant soluere, incidere animum induxerint, abrogando libris diuinis auctoritatem. Sed adhuc ab suomet Alcorano laqueis inextricabilibus inuoluebantur: nam cum lex ab eo christiana laudetur, necesse est veram esse. At si vera est; verè ergo edocet vnam esse Ecclesiam: neque extra eam vllibi salutem: atque adeo neque in Alcorano. Tum Mulassi ad poscenda versi miracula. Fuitque eorum vnus de grege, qui ignem se cum Alcorano ingressurum, idem si vnus Patrum cum Euangelio staret, profiteretur. Quod Rex vehementer probabat, tum propter curiositatem, tum quia dicebat Mulassum illum hominem esse sceleratum, & planè supremo dignum supplicio, cupereque, vt eo pacto meritò daret penas: sed Patres ab eo consilio deterruere; non tentandum Deum, nec quærenda miracula.
- 269 PP. Sacellum ingrediuntur Deumque multo modè adorat.
- 270 Cum filijs, alijque nudis pedibus ad B. V. accedit imaginem.
- 271 Corona deposita sacra scripta capiti suo imponit.
- 272 PP. Mahometanis cum Sacerdotibus discutunt.
- 273 Mahometem non potuisse esse prophetam conuincunt.
- 274 Euangelium veteri correspondere testamenti, Alcoranum dissentire ostendunt.
- 275 Fidei dogmata explanant.
- 276 Rex in Alcorano vitare incipit.
- 277 Mulassi miracula exposcunt.
- 278 PP. Deum non tentandum respondunt.

racula, ubi alia essent ordinaria via veritatis noscenda. Se quidem minimè ignes formidare: idque ut cognosceret, iuberet protinus rogam incendi, & in eum pro Christi lege conijceret. Quibus verbis, quanquam non facilè, tamen ad ultimum acquieuit: qui illud ex Evangelij lectione facebatur intelligere se Christi miracula maiora esse, quàm ut humana possent virtute perpetrari. Verùm non posse intelligere, quemadmodum filium Deus haberet. Id si explicaretur, se, quamuis vniuersum Regnum amittendum esset, si aliter nequiret, Goam iturum, ut ibi Christianus viueret. Utque nulla homini superesset excusatio, id quarenti aliquando Regi, vnus Mulassorum, quem Patres antea edocuerant rem omnem, itemque alter causam sacræ Dòmini Passiõis exposuit. Itaque Rex liberalior erat verborum, quàm rerum. Ac primùm cum metiri suo res vellet ingenio, eoque diligentius oporteret eum doceri; nunquam inducebat animum serid aures præbere Christianæ doctrinæ: rarò audiens, & breuiter, & aliud agens: quod quidam dissimulandi studio factitate eum interpretabantur. Ab infinitis voluptatibus, & ampliùs centum concubinarum consuetudine tenebatur implicitus: totus in ludicra opera, & spectacula, quibus Elephantos, Tauros feroces, aliasque belluas committebat, intentus: vnde fiebat, ut statim atque Sanctus Spiritus bonam cogitationem eius menti iniiceret, diuinum semen vel infernæ volucres rapèrent, vel exortæ spinæ obruerent. Fecit tamen potestatem, qui vellent fieri Christiani, ut impunè liceret: cum diceret, cum in suo Regno pateretur versari Ethnicos, iniuriâ exclusum iri Christianos: quanquam rogatus, ut eam voluntatem literis testaretur; pertinaciter abnuit, suam satis esse vocem affirmans. Dedit vnum è liberis Lusitanicè edocendum, quem Patrum volebat etiam cura institui. Patres precibus, & sacrificijs propitiando Deo in primis occupati: ac Pater Monserratus diuturno morbo exercitus: Rodolphus in linguam Persicam addiscendam sic incubuit; ut paucis post mensibus Regem sine interprete alloqueretur. Ut simul aliquod daret christianæ pietatis documentum, & materiam ipsi exercendæ caritatis haberent, & consuetudinis inuendæ eum indigenis; statuerunt Nosocomium instituere: & Rex consilio probato ad impensam suppeditatum sese recepit. Inter prauas Ethnicorum memorata antiquius etiam num vigeat consuetudo, ut in mariti rogam vxores sese conijcerent. Inuitauit ad id spectaculum Rex aliquando Patres, multùm commendans constantiam, fidemque feminarum: at Rodolphus, quanquam modestè, tamen liberè monuit, videri non esse illam virtutem: quin vtrò sibi mortem consciscere naturæ vetitum sempiterna lege: quin & ipsum peccare Regem, si talia probaret. Libera hæc vox totum emanauit in populum; atque alios quidem admiratio cepit fiduciæ Sacerdotis Christiani, qui ausus esset Regem ita affari. Ethnici autem conquirere, quòd ipsorum leges, & pulcherrimos mores euersum iret. Quas res ad Patrem Euerardum scribens, clausulam hanc addit. In hac extrema epistola communicabo eum Vestra Paternitate lætitiâ, qua perfruor in his oris: maxima ea est quòd proximus obeundæ in odium fidei gloriosæ morti sum: quia confessi sumus, & non negauimus Christum Dei filium esse: quorum posterius audire hæc Natio nequit, & aures statim obstruit. Prius quicumque dixerit; iam sine vllò iudicio reus est mortis. Nosque coram Rege, & vniuersa eius Aula diximus Mahometem Antichristum esse. Itaque ad supplicium sumendum nulla mora est nisi vita Regis. Accedit, quòd Ethnici quoque odere nos, quia publicè reprehendimus consuetudinem, quæ hîc inoleuit, ut vxores superstites in rogam mariti se comburendas coniciant: ac Regem monuimus peccare eum si talia velit.

Ita incertis rebus Mogoriæ Missionis, quod tantùm optabat Rodolphus, ut sanguinem pro Christo funderet, videntur assequuti Patres Georgius Ferdinandus, & Gomes Amaralius. Hos, ut superiore annali retuli, Pater Bernardinus Ferrarius ad Moluchas ducebat in supplementum: sed cum negotiationis Molucensis Mioparo, in quo ibant, data ab Iais fide, in eorum portum com meatum paraturus iurasset: Barbari, apud quod fides, ac perfidia tantidem sunt, impetu facto multos occidere, atque in iis Patres, quos dixi, dum audiendis vectorum confessionibus occupantur.

279  
Dubio, quod  
Regi occurrit  
satis sic.

280  
Non tamen  
conuertitur Rex.

281  
Alios fidem amplecti consentit.

282  
Filium Lusitanicè edocendum tradit.

283  
PP. Nosocomium instituunt.

284  
Immanis consuetudo feminarum coniciendi se in rogam virorum.

285  
Rodolphus ad monet Regem id non licere.

286  
Rodulphi literæ ad Euerardum.

287  
In Moluchis Georgius Ferdinandus, & Gomes Amaralius sanguinem pro Christo fundunt.





**L**ector aduerte in elogijs Virorum Illustrium, quos his Historijs complexus sum, nonnulla me obiter attingere, qua sanctitatem ipsis videantur adscribere: perstringo nunquam aliqua ab ijs gesta, quae cum vires humanas superent, miracula videri possunt, praesagia futurorum, arcanorum manifestationes, reuelationes, illustrationes, & si quae sunt alia huiusmodi: beneficia item in miseros mortales eorum intercessione diuinitus: demum nonnullis sanctimonia, vel martyrij videor appellationem tribuere. Verum haec omnia, ita meis lectoribus propono, ut nolim ab illis accipi tanquam ab Apostolica Sede examinata, atque approbata, sed tanquam quae à sola suorum auctorum fide pondus obtineant, atque adeo non aliter quam humanam historiam. Proinde Apostolicum Sacr. Congregationis S. R. & vniuersalis Inquisitionis Decretum anno 1625. editum, & anno 1634. confirmatum integrè, atque inuiolatè iuxta declarationem eiusdem Decreti à Sanctiss. D. N. D. Urbano Papa VIII. anno 1631. factam, seruari à me omnes intelligant, nec velle me, vel cultum, aut venerationem aliquam per has meas narrationes vlli arrogare, vel famam, & opinionem sanctitatis, aut martyrij inducere, seu augere, nec quicquam eius existimationi adiungere, nullumque gradum facere ad futuram aliquando vllius beatificationem, vel canonizationem, aut miraculi comprobationem, sed omnia in eo statu à me relinqui, quem, seclusa hac mea lucubratione, obtinerent, non obstante quocunque longissimi temporis cursu. Hoc tam sanctè profiteor, quam decet eum, qui Sanctae Sedis Apostolicae obedientissimus haberi filius cupit, & ab ea in omni sua inscriptione, & actione dirigi.

N. N.

INDEX

# I N D E X

## I N Q V A R T A M P A R T E M

### H I S T O R I A R V M

### S O C I E T A T I S I E S V .

Cuius prior numerus demonstrat numerum librorum : posterior  
verò numeros ad marginem dispositos.

#### A



- Bbas Fuldenſis tuetur Societat. lib. 1. num. 91.  
 Ab Academiæ legibus Societ. eximimur. lib. 1. num. 96.  
 Academia Scriptorum. l. 2. num. 46.  
 Achilles Gagliardus lib. 6. num. 3. & 6.  
 Adrianus Adriani moritur. lib. 8. num. 175.  
 Ad quid venisti? l. 1. n. 43.  
 Aegidius Confalvius. l. 1. à n. 2. & 5.  
 Aegris inferuntur. l. 1. num. 139. 140. lib. 2. n. 79. l. 7. n. 299.  
     ab Alexandro Villaregio. l. 6. nu. 208. l. 7. nu. 218. 219.  
 Aeger sacro ſanctis. l. 5. n. 142.  
 Aethiopem ſanctè lauat Gomius. l. 4. n. 177.  
 Afflictis in rebus quid factò opus. l. 2. n. 99. l. 4. n. 117. l. 5. n. 232. l. 6. n. 311. l. 7. n. 335. l. 8. n. 223.  
 Agriæ res catholica laborat. l. 6. n. 83.  
 Agricultura Orphanorum. l. 4. n. 180.  
 Aleramus Becutus Soc. benefactor. l. 2. n. 27.  
 Aletinum Collegium. l. 2. n. 15. l. 6. n. 42.  
 Alexandri Helli industria. l. 6. n. 91.  
 Alexander Villaregius. l. 6. n. 208.  
     Moritur. l. 8. n. 258.  
 Alexander Valignanus Soc. intrat. l. 1. n. 54.  
     Fit Viſitator. l. 2. à n. 9.  
     Monita. à n. 99.  
     Cocini. l. 3. n. 206.  
     Auctoritas. l. 3. n. 210. Vide Valignanus.  
 Almeida beneficentia. l. 5. n. 260.  
 Aloysius Froës. l. 1. n. 162. 163. 165.  
     Energumenam baptiſmo liberat. l. 5. n. 197.  
 Aloysius Grana B. V. ope adiutus. lib. 1. num. 176.  
 Aloysius Lopez in Inquiſitione patitur. lib. 7. num. 349.  
 Alphonſus Lopius à Mauris caſus. lib. 7. num. 193.  
 Alphonſus Romanus. l. 3. n. 174.  
 Ambitio cauenda. l. 1. n. 33.  
 Amicitia mala. l. 1. n. 40.  
 Anabaptiſta. lib. 4. num. 94.  
 Anatolij Reginaldi mors in ſeruitio peſte infectorum. l. 8. n. 188.  
     Odor è mortuo. ibid.  
 Andreæ Bocacij egregium facinus. l. 6. n. 146.  
     Eius mors. l. 7. n. 139.  
 Andreas Lipomanus Fundator. l. 2. n. 27.  
     Eius laudes. ibid.  
 Andreæ Ouiedi mors. l. 5. à n. 265.  
     Vox de illo audita. l. 5. n. 270.  
     Aegri ſanati. l. 5. n. 269.  
     Hæretici conuerſi. l. 5. n. 271.  
     Pluuia impetrata. ibid.  
     Futura prædicit. l. 5. n. 289.  
     Viuendi ratio. l. 5. n. 272.  
     Lectio. l. 5. n. 275.  
     Mira. l. 5. n. 283.  
     Miſericordia. l. 5. n. 276. & 280.  
     Apparet. l. 5. n. 287. & 291.  
     Moritur. l. 5. n. 292.  
 Angeli à moriente viſi. l. 4. n. 89. l. 6. n. 157.  
     Circa morientem, & cadaver. l. 8. n. 210.  
 Angelorum caſtra pro Chriſtianis. l. 6. n. 316.  
 Angelus cuſtos euocat è vita Ioannem Harlemium. l. 6. n. 157.  
 Angeli Cuſtodes penitentium. l. 8. n. 217.  
 Angelina arbor æterna. l. 4. n. 200.  
 Angeli Sibillæ ſenioris mors. l. 5. n. 59.  
 Anglicani Carceres. l. 8. n. 148.  
 Anglicanum Collegium. l. 6. n. 6. & 10.  
     Eius origo. l. 6. à n. 11.  
     Societati commiſſum. l. 6. n. 26.  
     A Greg. XIII. illi prouiſum. l. 6. n. 29.  
     Alumnorum Anglorum laus. l. 6. n. 32.  
     Erga Anglos ſtudia Societatis. lib. 7. num. 123. 13. 19.  
     De Anglia epiſtola Alani ad Eterardum. l. 7. n. 19.  
 Anglicana Ediſta contra Ieſuitas. l. 8. n. 125.  
 Anglicanum iter. l. 8. n. 96.  
 Anglicana Miſſio. l. 8. n. 23. 82. 90.  
 Angli multi in Societate recepti. l. 8. n. 84. 86.  
 Anglus Conleddus Romæ ſicte conuerſus proditor

# I N D E X

- ditor sanguinarius. l. 8. n. 117. 122.  
 Antonij Araozij obitus. l. 1. n. 112.  
 Talenta. l. 1. n. 115.  
 Antonij à Costa moritur. l. 6. n. 224.  
 Antonij Mendes mors. l. 8. n. 253.  
 Antonius Possevinus à Pontif. ad Ioannem  
 Sueciæ Regem missus. l. 5. n. 91.  
 In Suecia. l. 6. n. 65.  
 Rex confitetur, & illum amplectitur. l. 6. n. 72.  
 Eius iter in Sueciam iterum. l. 7. à n. 59.  
 Industria pro re Catholica. l. 7. n. 66. & 104.  
 Cum Rege Stephano quid. l. 7. n. 79.  
 Cum Sueco. l. 7. à n. 86.  
 Supplex libellus ad Regem. l. 7. n. 90.  
 Abit à Suecia. l. 8. n. 161.  
 Vastantes Moniales iuuat. l. 8. n. 153.  
 Antonij Salazarij mors. l. 6. n. 154.  
 Antonij Vinchij mors. l. 4. n. 76.  
 Antuerpiæ in rebus afflictis quid actum. lib. 4.  
 n. 114. l. 6. n. 119. 135. 137.  
 Collegium. l. 2. n. 60.  
 Apostata à Societate. l. 6. n. 242.  
 Apostolicarum literarum veneratio. l. 6. n. 57.  
 Apostoli dicti Nostri. l. 7. n. 272.  
 Apparet viuus Ouiedus. l. 5. n. 287.  
 Et mortuus. l. 5. n. 291.  
 Aqua lustrali sanatus. l. 1. n. 172.  
 Aquæ eiusdem vsus. l. 8. n. 257.  
 Aquisgrani, Canisij Catechismus. l. 7. n. 131.  
 Missio. l. 8. n. 171.  
 Arbor Angelina sine senio. l. 4. n. 200.  
 Archiepiscopi zelus. l. 3. n. 44. & 47.  
 Archiep. Treuirensis liberalitas. l. 5. 107.  
 Archinti pectus cum stigmatibus. l. 2. n. 7.  
 Argenteum Flumen. l. 2. n. 144.  
 Argenti locus inhospitalis. lib. 2. n. 146.  
 Argenti Vrbs. l. 2. n. 144.  
 Arimanus Rex ab Almeida, & alij postea plurimi  
 baptizati. l. 4. à n. 224.  
 Arundines igne tostæ. l. 4. n. 210.  
 Auaritia inimica zelânimarum. l. 5. n. 297.  
 Audaciæ inconsultæ clades. l. 6. n. 206.  
 Audomoropolitanum Collegium. l. 5. n. 109.  
 Aulica negotia. l. 2. n. 86. l. 2. n. 82.  
 Aule relinquendæ. l. 2. n. 87. l. 7. n. 255.  
 Aulicus Confessarius. l. 7. n. 216.  
 Magister. l. 7. n. 251.  
 Augustani Collegij mira fundatio. l. 8. n. 163.  
 Augustinus Triuisitanus. l. 3. n. 62. 63.  
 Aureus homo repertus. l. 2. n. 143.  
 Austriæ Prouincialis Magus. l. 2. n. 19.  
 Axiomata vitæ Mariæ Parmensis. l. 5. n. 65.
- B
- B**althasar Alvarez moritur. l. 8. n. 209.  
 In Cælum duci visus. l. 8. n. 210.  
 Eius gloria. l. 8. n. 211.  
 S. Ignatius morientem ducit ad Cælum. lib. 8.  
 num. 210.  
 Angelorum circa illum officia. l. 8. n. 211.  
 Eius vita. l. 8. à n. 212.  
 Officia. l. 8. à n. 210.
- Scientiæ lumen infusum. l. 8. n. 114.  
 Obedientiæ thesaurus. l. 8. n. 214. 221.  
 Vnio cum Deo. l. 8. n. 215.  
 Confessariorum exemplar. l. 8. n. 217.  
 Virtus excelsa. l. 8. n. 215. 216.  
 Corporis forma. l. 8. n. 243.  
 Colloquia diuina. l. 8. n. 218.  
 Monita Tyronibus. l. 8. n. 220. 231.  
 S. Theresiæ, & aliarum Magister spiritus. l. 8.  
 num. 219.  
 Crucifixus illius Consultor. l. 8. n. 220.  
 Paupertas. l. 8. n. 222. 230.  
 Oratio ante meditationem. l. 8. n. 225.  
 Iter cum summa pietate. l. 8. n. 234.  
 Sanctorum cultus. l. 8. n. 226.  
 Flagellatio quotidiana. l. 8. n. 227.  
 Sacrum quo ardore faceret. l. 8. n. 228.  
 Orantis compositio sancta. l. 8. n. 225.  
 Mortificatio. l. 8. n. 227.  
 B. V. & S. Iosephi cultus. l. 8. n. 236.  
 Lumina cælestia scripto adnotata. l. 8. n. 241.  
 De Christo sensus. l. 8. n. 224. 225.  
 Illius funus. l. 8. n. 243.  
 Balthasar Siguera. l. 6. n. 233.  
 Baptismi vis. l. 5. n. 280.  
 Baptismi successus boni. l. 5. n. 263.  
 Baptismi solennitas. l. 6. n. 218.  
 Baptisum B. Virgo suadet. l. 7. n. 308.  
 Baptismus Reginæ. l. 6. n. 273.  
 Baptismus Regis à Caprale. l. 6. n. 278. 286.  
 Baptizatus moritur. l. 6. n. 229.  
 Baptizati duo latrones in Crucibus. lib. 7.  
 num. 544.  
 Barbari mores compositi. l. 2. n. 125.  
 Bartholomæi Illæ mors. l. 4. n. 151.  
 Vocatio. l. 4. n. 152.  
 Virtutes. l. 4. à n. 154.  
 Bartholomæus Rex. l. 2. n. 113. l. 5. n. 255. l. 6.  
 num. 315. l. 7. n. 325.  
 Batorius Rex. l. 2. n. 4. Vide Steph. Batorium.  
 Beata Virgo. Vide Maria Virgo.  
 Belgici tumultus. l. 4. n. 113.  
 Belgij res. l. 7. n. 132.  
 Belli allegoria. l. 2. n. 3.  
 Bellici motus Meaci. l. 1. à n. 159.  
 Idaleani. l. 6. n. 221.  
 Benedictus Palmius. l. 3. n. 74.  
 Pacis artifex. l. 3. n. 81.  
 Assistens. l. 1. n. 32.  
 Benedictus Iustinianus turbas ciet. l. 6. n. 3.  
 Roma summotus. l. 6. n. 6.  
 Ad quietam mentem redijt. l. 6. n. 7.  
 Benedictiones pro itinere. l. 7. n. 80.  
 Bernardinus Castorius innocens patitur, & abibit  
 uitur. l. 8. n. 190. 191.  
 Bernardinus Realinus. l. 2. n. 16.  
 Bernardini Ferrarij virtus. l. 7. n. 308.  
 Bibliothecam Lucernensem instituit Pontifex. l. 6.  
 n. 105.  
 Blasphemia in Crucem anus punita. l. 3. n. 251.  
 Bonzij conuersi. l. 3. n. 248.  
 Disputatione victi, & magna passi. l. 7. n. 347.  
 Bonzij Neophyti constantia. l. 4. à n. 209.

# I N D E X

- Bonzius Societati se dedit. l. 4. n. 258.  
 Bracarense Collegium. l. 1. n. 124.  
 Bransberg Seminarium. l. 7. n. 178.  
 Brasiliae res. l. 2. n. 120. lib. 3. n. 260. l. 4. n. 261.  
 n. 6. n. 320.  
 Gentis genius. l. 6. n. 326.  
 Cibus. l. 2. n. 128.  
 Brugense Collegium. l. 2. n. 66. l. 6. n. 143.  
 Brunæ gesta. l. 3. n. 113.  
 Scholæ. l. 6. n. 93.  
 Nouitiatus. l. 4. n. 91.  
 Brunensium pia consuetudo cum Magistratu. l. 6. n. 62.  
 Bungi res. l. 6. n. 262.  
 Calamitas. l. 7. n. 331.  
 Burdigalense Collegium patitur. l. 2. n. 67.  
 Bulaquij Collegium. l. 5. n. 128.  
**C**æcus musæus. l. 10. n. 158.  
 P. Cæsaris Helmiij obitus. l. 4. n. 75.  
 Calculosus liberator. l. 5. n. 141.  
 Calix per visum propinatus. l. 5. n. 287.  
 Calumnia. l. 5. n. 298. l. 6. n. 190.  
 Camæcio morienti adest Christus. l. 5. n. 305.  
 Camaricum, id est, stipem exigere. lib. 4. n. 275. 276. 283.  
 Camberij Collegium. l. 5. n. 117.  
 Cameracense Collegium dissipatur. l. 8. n. 172.  
 Campanus. l. 8. n. 91. Vide Edmundus.  
 Candela Dei, quæ gestatur ad Christi corpus. l. 1. n. 186.  
 Illa gestata vir ferrox illuminatus, & accensus. ibid.  
 Canonici Societatem defendunt. l. 1. n. 87.  
 Canonicorum Traiectensium erga Societatem beneficentia. l. 7. n. 173.  
 Capilli superstitiosi in vertice. l. 3. n. 213.  
 Captiui redempti. l. 2. n. 78.  
 Precibus liberati. l. 5. n. 286.  
 Apparitio. l. 5. n. 291.  
 Tres captiui. l. 1. n. 4.  
 Capuccinorum caritas. l. 5. n. 118.  
 Carcerum cura. l. 5. n. 101. l. 6. n. 100.  
 Carcer sanctus. l. 4. n. 5. l. 8. n. 86.  
 Carolus Archidux amantissimus Societatis. l. 1. n. 72. & 73. l. 3. n. 103.  
 Sanctus Carolus Borromæus Card. l. 1. n. 22. l. 7. n. 54.  
 Carthusiensium Ordinem in India nostri intrare non possunt. l. 6. n. 243.  
 Catechesis. l. 2. n. 9. & 208.  
 Industria. l. 8. n. 22. 3. 5. & 47. 57.  
 Scholæ. l. 4. n. 70. 286.  
 Regina. l. 6. n. 271. l. 2. n. 136.  
 Regis. l. 6. n. 275.  
 Celeberrimas. l. 1. n. 195. & 301. l. 6. n. 296. l. 7. n. 196. 204. l. 8. n. 17.  
 Catharinæ Reginae mors, & laudes. l. 6. n. 211.  
 Catholicorum ardor. l. 8. n. 129.  
 Catholici Recusantes dicti in Anglia. l. 8. n. 115.  
 Cedri sanctæ. l. 6. n. 38.  
 Centum millia Christianorum in Iaponia. lib. 7. n. 318.  
 Cerrutus conuersus lectione. l. 1. n. 46. Vide Iacobus Cerrutus.  
 Christiani Thomæ dicti. l. 5. n. 177.  
 Eorum numerus apud Coccinenses. l. 5. n. 177.  
 Lætitia. l. 5. n. 252.  
 Christi passi caritas animos permonet barbarorum. lib. 2. n. 112.  
 Visio. l. 8. n. 79.  
 Christus frater noster. l. 8. n. 224.  
 Magister. l. 8. n. 225.  
 Possessor. l. 8. n. 243.  
 Christianorum victoria. l. 2. n. 17.  
 Ardor pro martyrio. l. 5. n. 237. 238.  
 Exemplum. l. 5. n. 239.  
 Christophori Aloyij obitus. l. 6. n. 224.  
 Christophorus Castrius. l. 6. n. 231.  
 Christophori Batori Principis zelus. l. 7. n. 17.  
 Christophori Bellingeri lucerna. l. 8. n. 164.  
 Christophorus Colladus fulmine tactus. lib. 3. n. 181.  
 Christophori Saneij mors. l. 4. n. 288.  
 Claudius Aquauina. l. 3. n. 27. l. 4. n. 57. l. 5. n. 56.  
 Cupit ire in Angliam. l. 8. n. 90.  
 Futurus Generalis prædicatur. l. 8. n. 32.  
 Claudiopoli Collegium destinatum. l. 7. n. 118.  
 Coca herba. l. 1. n. 147.  
 Collegiola soluta. l. 1. n. 58. & 64.  
 Collegij fores, porta Paradisi. l. 5. n. 60.  
 Collegia. V. de Pijs locis.  
 Coloniae res. l. 6. n. 102. 105.  
 Coloniae Collegium vexatur. l. 6. n. 106. 107.  
 Coloniae à stulto tres occisi. l. 2. n. 48.  
 Compostellanum Collegium. l. 3. n. 165.  
 Concionator. l. 3. n. 147. l. 6. n. 237. l. 7. n. 52.  
 Concio temerè audita. l. 3. n. 141.  
 Conciones in plateis. l. 5. n. 19.  
 Concubinae trecentæ. l. 3. n. 117.  
 Confessariorum norma. l. 8. n. 217.  
 Confessiones, quomodo audiendæ. l. 3. n. 161.  
 Confessiones Generales. l. 3. n. 59. l. 4. n. 7. lib. 7. n. 107.  
 Confluentinum Collegium. l. 8. n. 169.  
 Congregatio Generalis. l. 1. n. 1.  
 Congregatio litteras contra institutum iuber comburi. l. 5. n. 156.  
 Congregationem generalem Pontifex vult fieri ex actè secundum institutum. l. 8. n. 61.  
 Conimbricensi Collegio Sebastianus Rex Templum, & Eremitorium donat. l. 5. n. 207.  
 Consalui Aluarij virtus. l. 1. n. 147.  
 Consaluis Cardoso occisus. l. 2. n. 103.  
 Consalui Esquilenij mors, & laus. l. 3. n. 177.  
 Consalui Melendij mors, & laus. l. 8. n. 78.  
 Visio. lib. 8. num. 59.  
 Consilium in rebus turbatis. l. 6. n. 111. 112. 115. 123. 125.  
 Consuetudines sanctæ. l. 8. n. 114.  
 Consultationes quasdam cautè tractandas. lib. 4. n. 188. 220.  
 Corona è contemptu. l. 7. n. 180.  
 Controuersiarum fidei Sodalitas. l. 4. n. 231.

# I N D E X

Conuerfatio in colloquijs fpiritualibus. l.4. nu.168.  
231. l.6. n. 283.  
Conuerfiones inignes. l.1. n.4. l.5. à nu. 199. ad  
212. l.7. n. 154. 181.  
Conuerfatio nimia cum fecularibus. l. 6. num.  
237.  
Conuictus. l.1. 56. l.2. 23.  
Cor aliud refert domum. l.6. n. 286.  
Cordis vnus homo, nullius cordis homo, prouer-  
bium Iaponum. l.4. n. 240.  
Cornelij Brogelmanni mors. l.6. n. 90.  
Cracouiæ res. l. 7. n. 74.  
Cranium mortui stimulus vitæ. l.5. n. 304.  
Cretæ Infulæ res. l. 3. n. 53.  
S. Crucis reliquiæ. l. 3. n. 206.  
Crucis è collo pendentis vis. l.4. n. 249.  
Crucis cultorum victoria. l.6. n. 315.  
Cruces erectæ in Iaponia. l.5. n. 262. 264.  
Crux noſtra minor, quam fuerit Chriſti. lib. 6.  
n. 103.  
Crux succendi non potuit. l.6. n. 244.  
Crux adorata sanat. l.6. n. 303.  
Crux pro fugæ præſidio. l.6. n. 308.  
Crux incifa pectori. l.7. n. 246.  
Cubiculum expoliari vult moriens Simon Roderi-  
cius. l.7. n. 29.  
Cubiculo eiudem morientis caeſte lumen immi-  
ner. l.7. n. 282.  
Cubiculi deuotio. l.4. n. 263.  
Cultus Sanctorum. l.1. n. 187. l.3. 44. l.8. 26.  
Cunocuni Regni res. l.7. n. 340.  
Patiantur ibi Noſtri. l.7. n. 341.  
Curionis exemplum. l.4. n. 44.

## D

**D**arius miles zelj plenus. l.3. n. 236.  
Liberalitas eiudem. l.3. n. 237.  
Aliz virtutes. l.3. à n. 239.  
Dæmonis exulis voces. l.3. n. 253.  
Dæmon flagellantem ſe obturbat. l.8. n. 206.  
Defuncti iuandi quotidie. l.6. n. 34.  
Dei prouidentia. l.1. n. 180. 181.  
Diaconi Principes Maronicarum. l.6. n. 43.  
Didaci Mendozæ mors. l.6. n. 176.  
B. Virgo adefit illi morienti. l.6. n. 177.  
Dies tripartitus. l.6. n. 282.  
Dionyſij Vaſquij animus, & calamus pertur-  
batus. l.5. n. 152.  
Libellus contra Societatem ab ipſo auctore  
conceptus. l.5. n. 165.  
Disciplina apud Braſilos. l.2. n. 125. 129.  
Publica à Nobilibus facta. l.2. n. 105.  
Disciplina religioſa. l.3. n. 295.  
Disciplina feuerior. l.2. à n. 81.  
Diſputatio de Chriſto. l.8. n. 20.  
Et cum Muſaſſis Mahometanis. l.8. n. 272.  
Dolæ Collegium petitur. l.7. n. 159.  
Doloris induciæ. l.8. n. 75.  
Domesticæ querelæ. l.7. n. 207. & 352.  
Dominicus Ferdinandus. l.6. n. 233.  
Domus Dei, & caritatis eſt Noſocomium. l.6.  
n. 226.

Domus Probationis Tarraconæ. l.3. n. 173.  
Domus Profeſſa Xerenſis. l.3. n. 176.  
Drepanitarum Collegium. l.8. n. 80.  
Duaceniſ turbo compoſitus. l.4. n. 122.  
Laudes eius Collegij à Stapletono. l.4. n. 124.  
Idem Collegium ve xatur. l.6. n. 144.  
Duo in illo manent, alij expulſi. l.6. n. 145.  
Reuocati Noſtri breui. l.6. n. 149.  
Duellum. l.1. n. 141.  
Dulce myſterium Incarnationis. l.6. n. 272.

## E

**E**dmundus Augerius. l.1. n. 109.  
Eius induſtria. l.7. n. 155.  
Edmundus Campianus Præſa in Angliam abiit  
l.8. n. 91. 96.  
Geneuz diſputat. l.8. n. 99. 100.  
Eius ignea exhortatio. l.8. n. 102.  
Imago. l.8. n. 103.  
In Angliam intrat. l.8. n. 100. 113.  
Eius ad Euerardum Generalem epiſtola.  
n. 110. 114. 128.  
Scriptum in Anglia. l.8. n. 126.  
Eduardus de Sande. l.6. n. 233.  
Electores quadraginta ſeptem in electione Eur-  
rardi. l.1. n. 31.  
Elemoſyna extemporanea. l.4. n. 45.  
Elemoſynæ Patris Pinnæ. l.2. n. 131.  
Elephantiacus Cruce ſanatus. l.6. n. 303.  
Elifæi Heiuodi mors. l.6. n. 159.  
Emerij de Bonis miſſio. l.3. n. 42.  
Emmanuel Ferdinandus viuus, & abſens ab-  
ſenti apparet. l.5. n. 287.  
Emmanuel Lopiuz laudatus. l.1. n. 149.  
Emmanuel Texeira diſſidium componit. lib.6.  
n. 235.  
Emondus Morangius peſte contactis ſeruit, &  
moritur. l.8. n. 189.  
Energumena liberata. l.2. n. 58. l.5. n. 197.  
Epiſcopi zelus ardens. l.4. à n. 209.  
Epiſcopus ab hæreſi conuerſus. l.1. n. 126.  
Epiſcopi Bayenſis erga Societatem ſtudium.  
l.5. n. 294.  
Epiſcopatus recuſatus à Simone Roderico. l.7.  
n. 250.  
Eremitorium à Lapa, B. Virginis Sacramentum  
l.5. n. 308.  
A Sebaſtiano Rege Societati conceſſum. lib. 6.  
Epiſcopus laudatus. l.1. n. 183.  
Eremita, olim in Societate. l.5. n. 40.  
S. Eriei reliquiæ translata. l.7. n. 91.  
Ethnici conuerſi. l.1. n. 138. 155. 166.  
Euchariftia. l.3. n. 283. l.8. n. 63.  
Inter ruinas intacta. l.1. n. 66.  
Eius cultus. l.1. à n. 69. & l.4. n. 159.  
Fructus. l.1. n. 284. 186.  
Ad eam patentem perpetua oratio. lib. 2.  
n. 64.  
Eius deſiderium. l.2. n. 126.  
Sodalitas. l.2. n. 127.  
Honores Brunæ. l.6. n. 91.  
Defenditur. l.6. n. 36.

# I N D E X

- Ex eius tabernaculo vox. l. 8. n. 94.  
 Sumptio quotidiana. l. 8. n. 207.  
 Euerardus Mercurianus. l. 1. n. 13.  
 Renunciatur Generalis Societatis. l. 1. n. 31.  
 Eius laus. l. 1. n. 36.  
 In Collegio Romano mora. l. 2. n. 2.  
 Exhortatio de quinque punctis ex Instituto.  
 l. 2. n. 3.  
 Eius monita. l. 1. n. 53. l. 2. n. 85.  
 Vetat accipi munera. l. 5. n. 49.  
 Anxietatem creat Prouincialem. l. 5. n. 293.  
 Ad Pontificem delatus. l. 6. n. 3.  
 Laborat ne quis à Societate in Cardinalium  
 Collegium cooptetur. ibid.  
 Querelas à Pontifice intelligit. l. 6. n. 5.  
 Et eius auctoritate turbatores, nullo huma-  
 no respectu habito, Roma submouet. l. 6.  
 num. 6.  
 Non vult à Societate Ciues deserere in ærum-  
 nis. l. 6. n. 115.  
 Magnus obedientiæ estimator. l. 6. n. 170.  
 Beneuolentia Principum erga Societatem quo-  
 modo vsus. l. 6. n. 210.  
 Selectæ virtutis homines destinat in Indiam. l.  
 6. n. 234.  
 Eius studium pro Societatis modestia cum ex-  
 ternis. l. 6. n. 335.  
 Pro Angliis opera utilis. l. 7. n. 13.  
 Literæ ad Stephanum Batori Regem. lib. 7.  
 n. 121.  
 Domesticas discordias sedat. l. 7. n. 213.  
 Monita ad Maronitas euntibus ab eo data. l.  
 8. n. 9.  
 Moritur. l. 8. n. 34. & 58.  
 Eius laudes, munia, monita præclara. l. 8. à  
 n. 35.  
 Prudentia sagax. l. 8. n. 46.  
 Ab oculis Nostros arceret. l. 8. n. 44.  
 Solida humilitas. l. 8. n. 47. 50.  
 Prudens, cautum, & factum responsum. l.  
 8. n. 46.  
 Eruditio. l. 8. n. 47.  
 Itinera. l. 8. n. 48.  
 Studium paupertatis. l. 8. n. 49. 50.  
 Auulsus à carne, & sanguine. l. 8. n. 50.  
 De Societate, & obedientia quid sentiret. l.  
 8. à n. 51.  
 Nouitios quales desiderat. l. 8. n. 53.  
 Eius corporis, & animi ratio. l. 8. n. 57.  
 A Pontifice dictus Bonus Prælati. l. 8. n. 60.  
 Anglos multos ad Societatem recipit. l. 8. n.  
 84. 86.  
 In Angliam Nostros mittit. l. 8. n. 90. 96.  
 Campiano scribit. l. 8. n. 91.  
 Alani ad illum epistola. l. 7. n. 19.  
 Exempli vis. l. 5. n. 140.  
 Exemplum Regis. l. 6. n. 289.  
 Exemplum superiorum. l. 2. n. 8.  
 Exemplum à mortuo. l. 5. n. 304.  
 Exempli audiri vis. l. 4. n. 61.  
 Exempli narratio. l. 4. n. 286.  
 Exemplum modesti adolescentis. l. 6. n. 37.  
 Exemplum Scholasticorum. l. 7. n. 144.
- Exercitia. l. 1. n. 89.  
 Eorum fructus. l. 4. n. 7. l. 6. n. 152.  
 Extremæ vnctionis vis. l. 6. n. 87. 88. l. 7. n. 299.  
 Eius vsus reuocatus. l. 6. n. 98.
- F
- F** Ames. l. 5. n. 295.  
 Farnesianum Templum Romæ. l. 5. n. 22.  
 Fœminarum aspectus horrendus. l. 4. n. 167.  
 Ferdinandi Aluarij pro ægris inauftria. lib. 7.  
 n. 300.  
 Ferdinandi Garziæ mors & laudes. l. 7. n. 184.  
 Ferdinandus Imperator Societati fauet liberaliter.  
 l. 7. n. 92.  
 Festorum cultus. l. 3. n. 211.  
 Filiorum educatio qualis. l. 4. n. 31.  
 Flagellum pro munere. l. 5. n. 113.  
 Flagellantium æmulatio. l. 5. n. 140.  
 Flagellatio quotidiana. l. 8. n. 227.  
 Dæmoni inuisa ibid.  
 Franciscus Bilques peste afflatorum obsequio im-  
 moritur. l. 8. n. 189.  
 Francisci Capralis labores. l. 1. à n. 150.  
 Francisci Gomij mors, & laudes. l. 4. n. 172.  
 Franciscus Goueanus captiuus. l. 3. n. 196.  
 Moritur. l. 3. n. 201.  
 Franciscus Gusmanus Societatis amans. lib. 1.  
 n. 121.  
 Et pauperum omnium. l. 1. n. 122.  
 Francisci Ioanelli laudes. l. 1. n. 100.  
 Constantia. l. 1. n. 102. 106.  
 Carcer. l. 1. n. 107.  
 Fuga. l. 1. n. 108.  
 Franciscus Papius. l. 6. n. 132.  
 Franciscus Perius percussus. l. 2. n. 102.  
 Franciscus Rex. l. 7. n. 336.  
 Votis se obstringit. l. 6. n. 305.  
 Francisci Rodericij mors, & laudes. l. 1. n. 133.  
 135.  
 Franciscus Scriba. l. 7. n. 202.  
 Francisci Sunyeri mors & laudes. l. 8. n. 161.  
 Franciscus Tolettus. l. 8. n. 176.  
 Idem flagellans. l. 5. n. 140.  
 Friburgente Collegium. l. 8. n. 167.  
 Fuggerorum consilia, & beneficentia erga Socie-  
 tatem. l. 8. n. 163. 165.  
 Fuldense Collegium. l. 1. n. 88.  
 Ab infano vexatum. l. 4. n. 11.  
 Fuij Adrotij mors, & dotes. l. 3. à n. 64.
- G
- G** Allix res. l. 5. n. 114. l. 6. n. 171. l. 7. n. 143.  
 Garziæ Simonij mors. l. 6. n. 219.  
 Gasparis Loartis mors. l. 6. n. 178.  
 Generalis ne sit Neophytus. l. 5. n. 18.  
 Liberè eligendus. l. 1. à n. 24.  
 Vnicus esto. l. 5. n. 158.  
 Sit Romæ. l. 5. n. 158.  
 Genuentæ Collegium patitur ob suspiciones. l. 3.  
 n. 76.  
 Genue pestis, & famæ. l. 7. n. 45.
- O o 2
- Nostre-

# I N D E X

Nostrorum in peste opera. l. 7. à n. 45.  
 Georgius Caruialis. l. 6. n. 232.  
 Georgij Gilberti zelus, & periculum. l. 8. num. 108.  
 Georgius Schoritus laudatus. l. 1. n. 186.  
 Georgius Ferdinandus. l. 8. n. 287.  
 Germanicum Collegium Romæ. l. 2. n. 12. l. 3. n. 11.  
 Illi adiuncti Hungari. l. 6. n. 8.  
 Floret. l. 6. n. 7.  
 Mexicani illud imitati. l. 5. n. 301.  
 Gladij mucro retortus parit vitæ Patris Lopij. l. 2. n. 103.  
 Goanum Collegium. l. 6. n. 221.  
 Eius cura disciplinæ. l. 6. n. 234.  
 Morbi. l. 2. à n. 98.  
 Goz Domus Professa. l. 8. n. 264.  
 P. Gomes Amarilius ocellus. l. 8. n. 287.  
 Græcij Styriæ Collegium eum celeritate extructum. l. 1. n. 73.  
 Græcij Episcopus Societatem defendit. l. 3. n. 112.  
 Græcij conuictus. l. 4. n. 97.  
 Græcij Philosophia. l. 8. n. 165.  
 Græcij Templum, ac Seminarium. lib. 5. num. 102.  
 Græcij conuersi. l. 3. n. 109.  
 Granatense Collegium. l. 3. n. 164.  
 Gratia vocationis. l. 8. à n. 55.  
 Gregorius XIII. Collegium Germanicum auget vesticibus. l. 1. n. 55. 57.  
 Litem pro nobis decedit. l. 1. n. 118.  
 Societati beneficus. l. 3. n. 10.  
 Collegium Romanum iuuat. l. 7. n. 3. & 4.  
 Congregationem Generalem subieuat. l. 7. num. 2.  
 Anglicano Collegio prouidet. l. 7. n. 29.  
 Hungaros Germanico Collegio adiungit. l. 7. n. 8.  
 Liberalis supra modum. l. 8. n. 8. & 11.  
 Gregorius de Valentia Ingolstadij. lib. 7. num. 126.  
 Guidi Tosci mors. l. 4. n. 74.  
 Guilielmus Good. l. 8. n. 151.

## H

**H**æretici Eucharistiæ hostes. l. 1. n. 71.  
 Nostris capiunt. l. 2. n. 89.  
 Pro eijcienda Societate satagunt. l. 5. n. 79.  
 Nostris ab hæreticis prædonibus liberant. l. 8. n. 195.  
 Sed non ex caritate. l. 1. n. 2.  
 Societatis calumniatores. l. 7. n. 57.  
 Eorum Synagogæ non adeundæ. l. 8. num. 115.  
 Eorum Ministrorum descriptio à Rege facta. l. 5. n. 93.  
 Hæctoris Leoncelli mors. l. 4. n. 74.  
 Helfenstein Fundator. l. 6. n. 95.  
 Henricus Cardinalis Rex Lusitanæ moritur. l. 8. à n. 259.  
 Henricus Garnetus. l. 8. n. 85.

Herculis columnæ vbi. l. 7. n. 260.  
 Hieronymi Azailæ mors, & laudes. l. 3. n. 14.  
 Hieronymus Natalis Halæ. l. 2. n. 45.  
 Moritur. l. 8. n. 24.  
 De eo elogia, præsertim Sancti Patris Ignacij. l. 8. n. 29.  
 Ratio prudentiæ illius ibid.  
 De Societate patiente quid senserit. l. 8. n. 31.  
 Claudium Generalem fore prædixit. l. 8. n. 32.  
 Eius mortificatio circa affectum erga consanguineos. ibid.  
 Hieronymus Olmedus. l. 1. n. 144.  
 Hispaniæ res. l. 3. n. 145.  
 Hispaniæ nouæ res. l. 7. n. 346. 347.  
 Homo aureus repertus. l. 2. n. 143.  
 Hungarorum fundatio adiuncta Collegio Germanico. l. 7. n. 8.

## I

**I**acobus Cerratus lectione conuersus. lib. 1. n. 40.  
 Scheda vna in Nouitiatu ad feruorem accensus. Ad quid venisti? l. 1. n. 43.  
 Trecentis lambit quotidie pauimentum. l. 1. n. 45.  
 Lauretum sanctè visit, & incaluit. ibid.  
 Tentationem superat. ibid.  
 Eius visio, & vocatio ad Societ. l. 1. n. 41.  
 Eius erga Sanctissimam Trinitatem, & B. Virginem deuotio solida. l. 1. n. 43. 46.  
 Humilitas ibid.  
 Cubiculum. ibid.  
 Votorum quotidianæ renouatio. l. 1. n. 44.  
 Oratio & mortificatio. l. 1. n. 45. 46.  
 Illuminatio radio Dei. l. 1. n. 406.  
 Cognitione Dei. ibid.  
 Sancti electi. l. 1. n. 43.  
 Oculorum mortificatio. ibid.  
 Pro suis qualis oratio. ibid.  
 Paupertas. ibid.  
 Patiendi sitis. l. 1. n. 46.  
 Litanæ noctu. ibid.  
 Vnio cum Deo. l. 1. n. 48.  
 Zelus. l. 1. n. 49.  
 Mortis memoria. l. 1. n. 49.  
 Mors. l. 1. n. 50.  
 S. Iacobus victoriæ auctor. l. 1. n. 141.  
 Iacobus Bosgraius. l. 8. à n. 131.  
 Iacobi Ledelmæ mors, & virtus. l. 3. à n. 15.  
 Iacobi Sancij vocatio. l. 8. n. 93.  
 Iacobi Scipmani mors. l. 4. n. 125.  
 Iaculatoriæ præces. l. 7. n. 173. 174.  
 Iamabuxi Dæmoni familiares. l. 4. n. 246.  
 Ianuarij Duchi pia mors, & virtutes. lib. 8. à n. 62.  
 Iaponiæ res. l. 2. à n. 104. l. 4. n. 203. l. 5. n. 150.  
 Collegium. l. 5. n. 2. 58.  
 Domus Professæ nullæ. l. 5. n. 259.  
 Templum. l. 5. n. 262.  
 Residentiæ Societatis. l. 7. n. 326.  
 Iaponiæ perfidia. l. 7. n. 330.  
 Idola contrita à pueris. l. 3. n. 250.

# I N D E X

- Pretiosa mari mersa. l. 6. n. 285.  
 Pro vado calcata. l. 6. n. 301.  
 Contempta. l. 4. n. 234.  
 Ieiunium feriæ sextæ, & Sabbati. l. 6. n. 284.  
 B. Virginis. l. 8. n. 144.  
 I E S V paruuli effigies. l. 1. n. 119.  
 I E S V S M A R I A in pectore Archinti. l. 2. n. 7.  
 I E S V, & M A R I Æ nomen. l. 3. n. 19.  
 Iezabel noua. l. 6. n. 269.  
 Repudiata, furit. l. 6. n. 274.  
 S. P. Ignatius de Collegio Germanico verus vates.  
 lib. 1. n. 57.  
 A moriente Simone compellatus. l. 7. n. 275.  
 P. Balthasarem Aluarezium ducere ad Cælum  
 visus. l. 8. n. 210.  
 Ignatij Fonsææ mors, & virtutes. l. 5. n. 140.  
 Vis precum. l. 5. n. 141.  
 Prædictio. l. 5. n. 144. 145.  
 Ignatij Tolosæ pia instituta. l. 1. n. 168. 179.  
 Iaroslauenfæ Collegium. l. 2. n. 30. l. 3. n. 98.  
 Ignis parit cubiculo Christiani. l. 5. n. 151.  
 Illyricum Collegium. l. 8. n. 1.  
 Societati datur. l. 8. n. 2.  
 Imago B. V. horrore est energumenz. l. 4. num.  
 247.  
 Imago B. Virginis. l. 3. n. 285. l. 6. n. 250. 295.  
 Ioannem Brionium vocat. l. 8. n. 203.  
 Nudipes illum adit Rex Mogorum. l. 8. n. 270.  
 Lauretanæ in pompa ducitur. l. 6. n. 236.  
 Imago Personij, & Campiani. l. 8. n. 103.  
 Incarnationis dulce mysterium. l. 6. n. 272.  
 Incendium memorabile. l. 1. n. 161. 164.  
 Indiæ operarij. l. 2. n. 90.  
 Indiæ Meridianæ Ecclesiæ. l. 4. n. 197.  
 Indiæ res. l. 5. n. 167.  
 Inferni contemptor moritur. l. 2. n. 132.  
 Inimici conciliati. l. 1. n. 126. 127.  
 Ingolstadtij res. l. 4. n. 90.  
 Ingolstadtij Collegium auctum. l. 5. n. 106.  
 Innocent. Fontana ad Societ. vocatur. l. 5. n. 22.  
 A moribundo audit se ope B. Virginis in So-  
 cietatem recipiendum. l. 5. n. 32.  
 Recipitur die suæ aduocatæ S. Catharinæ Sc-  
 nensis. l. 5. n. 35.  
 Eius constantia. l. 5. n. 36.  
 Argutum, & verum responsum. l. 5. n. 38.  
 Mors. l. 5. n. 44.  
 Institutum Societatis non placet turbulentis.  
 l. 5. n. 151.  
 Reueretur illud Stephanus Rex. l. 7. n. 121.  
 Et Rodolphus Cæsar. l. 7. n. 122.  
 Ioannis Albototi mors. l. 6. n. 179.  
 Ioannes Austriacus Laureti. l. 4. n. 39.  
 Eius mors, & virtus. l. 6. n. 161. 162.  
 Preces solitæ. l. 6. n. 163.  
 Eucharistiæ veneratio. l. 6. n. 166.  
 Precandi formula. l. 6. n. 165.  
 Precum libellus. l. 6. n. 163.  
 Ioannes Baptista Archintus I E S V, & M A R I Æ  
 nomen pectori inurit. l. 2. n. 7.  
 Eius mors, & laudes. ibid.  
 Ioannes Baptista Carminata. l. 3. n. 88.  
 Ioannes Baptista Elianus apud Maronitas. l. 6.  
 num. 54. 63. lib. 8. num. 7.  
 Ioannis Braui mors. l. 3. n. 235.  
 Ioannes Brunus. l. 8. n. 7.  
 Ioannis Brionij vocatio. l. 8. n. 203.  
 Imago B. Virginis illum vocat. l. 8. n. 203.  
 Pastorium genus. l. 8. n. 201.  
 Flagellationes dzmone obstrepente. lib. 8.  
 n. 206.  
 Viaticum cum estasi. l. 8. n. 207.  
 Quotidiana communio. l. 8. n. 207.  
 Mors. l. 8. n. 201.  
 Ioannis Capralis mors. l. 3. n. 234.  
 Ioannis Castanææ mors, & virtutes lib. 3. nu-  
 179.  
 Ioannis Dixæ mors. l. 5. n. 173.  
 Ioannes Emmanuel Leonius moritur. l. 7. num.  
 192.  
 Ioannis Fernandi virtus. l. 5. n. 50. & seq.  
 Ioannes Fernandus pro ægris laborat. lib. 6. n.  
 160.  
 Cum Ioanne austriaco. l. 6. n. 162.  
 Ab Euerardo laudatus nomine Abrahami propter  
 obedientiam. l. 6. n. 170.  
 Eius zelus. l. 7. n. 142.  
 Ioannes Gerardinus. l. 6. n. 234.  
 Ioannis Harlemij mors. l. 6. n. 155.  
 Linguarum peritia. l. 6. n. 156.  
 Morientis Angelorum visio. l. 6. n. 157.  
 Litanæ ibid.  
 Ab Angelo custode vocati. ibid.  
 Morientis splendor. l. 6. n. 157.  
 Index Biblicus. l. 6. n. 158.  
 Ioannes Haugbitius Societatem tuetur. lib. 2.  
 num. 41.  
 Ioannes Hayus Eucharistiæ vindex victor. l. 4.  
 n. 131.  
 Ioannis Iacobi Astensis mors, & laudes. lib. 7.  
 n. 137.  
 Ioannes Leleus Agriæ in Vngaria rem Catholicam  
 curat. l. 6. n. 82. l. 7. n. 112.  
 Ioannes Maldonatus patitur. l. 3. n. 141.  
 Eius gesta. l. 2. n. 66. l. 7. n. 147.  
 Ioannes Niquettus Fundator Collegij moritur.  
 l. 8. n. 197.  
 Inuitatur ad Cælum. l. 8. n. 198.  
 Ioannis Petri Pitarellæ senioris mors. lib. 5. n.  
 57.  
 Ioannes Polaneus Siciliam visit. l. 2. n. 95.  
 Ter quotidie meditatur vitam Christi. l. 4.  
 n. 24.  
 Orat pro Socijs. l. 4. n. 25.  
 Erga consanguineos qualis. l. 4. n. 29.  
 Eius monita. l. 3. n. 96.  
 Tranquillitas mentis in strepitu negotiorum. l.  
 4. n. 25. 26.  
 Gratus animus. l. 4. n. 27.  
 Obedientia. l. 4. n. 28.  
 Mors & virtus. l. 4. n. 15.  
 Labores. l. 4. n. 19.  
 Tempora distributa. l. 4. n. 23.  
 Præparatio ad mortem. l. 4. n. 35.  
 Ioannes Rastellus moritur, vt Hoffæus viuat.  
 l. 5. n. 106.  
 Ioannis



# I N D E X

- Ioannis Roserij mors, & vita. l. 7. n. 160.  
 Ioannis Ruitij mors, & virtutes. l. 4. n. 146. 147.  
 & seq.  
 Ioannis Sebastiani mors. l. 5. n. 304.  
 Ioannes Tellerius curat vesperi signum pro defun-  
 ctis. l. 6. n. 34.  
 Sodalitatem pro captiuis. l. 4. n. 6. l. 6. n. 35.  
 Sagax operarius. l. 5. n. 11.  
 Ioannis Tristani mors, & laudes. l. 3. n. 14.  
 Ioannis Ximenij mors. l. 7. n. 163. 193.  
 Vocatio. l. 7. n. 164. 165. 185.  
 Paupertas. l. 7. n. 168.  
 Somnus breuis. l. 7. n. 169.  
 Passionis meditatio. l. 7. n. 170.  
 Labores sancti. l. 7. n. 172. 173.  
 Iaculatoriae preces. l. 7. n. 173. 174. 179.  
 Obediendi ars. l. 7. n. 177.  
 Reuerentia erga Fratres. l. 7. n. 178.  
 Reliquae virtutes. l. 7. n. 179.  
 In morte corona redimiti. l. 7. n. 191.  
 Ioannes Zantenus. l. 8. n. 174.  
 Ioannis Zunigae mors, & laudes. l. 5. n. 303.  
 Eius Socij mors sancta. l. 5. n. 305.  
 Iobelaus Annus. l. 3. n. 1.  
 Iobelaui anni Processio. l. 5. n. 120.  
 S. Iosephi cultus. l. 8. n. 236.  
 Iosephus Acofta. l. 2. n. 144.  
 Iosephus Anchieta Prouincialis. l. 5. n. 293.  
 Iosephus Ayala moritur. l. 8. n. 246.  
 Iosephi Martinij mors, & virtutes. l. 6. n. 17.  
 Contemptus sui. l. 6. n. 21.  
 Monita morientis. l. 6. n. 22.  
 Morienti dicta. l. 6. n. 33.  
 Aestimatio. l. 6. n. 32.  
 Tentatio. l. 6. n. 34. 35.  
 Vota instaurata. l. 6. n. 36.  
 Iter sanctè susceptum. l. 8. n. 234.  
 Iudæi curati. l. 4. n. 3.  
 Iulius Mancinellus. l. 3. n. 42. & 46.  
 Iunci genus aptum ad plura. l. 2. n. 242.  
 Iuramenti vitandi lex. l. 4. n. 44.  
 Iuramentum à Societate recusatum. l. 6. n. 110.  
 Iusti Christiani Ducis constantia. l. 7. n. 342.  
 Laureti domestica. l. 4. n. 37.  
 Lectio sancta. l. 1. n. 49. l. 5. n. 212. l. 6. n. 182.  
 Lectio fortuita. l. n. 179.  
 Lectio spiritalis in carcere. l. 4. n. 5.  
 Leodij patitur Collegium. l. 4. n. 119.  
 Leonardus Kessejus a stulto occisus. l. 2.  
 n. 48.  
 Eius Sanctimonia. l. 2. n. 49.  
 Leo Dynasta conuersus. l. 6. n. 298.  
 Libani montis descriptio. l. 6. n. 38.  
 Libelli contra Societatem. l. 5. n. 148. 152.  
 Libellus precum Ioannis Austriaci. lib. 6. num.  
 163.  
 Libellus, in quo monita P. Ludouici conseripta  
 Sebastiano Lusitanæ Rex. l. 6. n. 201.  
 Liber de Societatis laudibus. l. 8. n. 198.  
 Libri contra Societatem. l. 8. n. 134.  
 Liber impurus dena carminum milia conti-  
 nens, die Veneris sancto combustus. l. 3.  
 n. 8.  
 Lima Templum. l. 2. n. 140.  
 Linguarum exercitatio. l. 4. n. 195. l. 7.  
 n. 124.  
 Litanie. l. 3. n. 42. & 45. l. 5. n. 232.  
 Locustæ precibus exanimatae. l. 5. n. 284.  
 Londinum Vrbs Angliæ. l. 8. n. 107.  
 Longobardiæ res. l. 4. n. 68.  
 Louanij pestis. l. 6. n. 150.  
 Loyolæ domus pietatem spirat. l. 7. n. 199.  
 Lucerna visa per quietem imago Societatis. l. 8. n.  
 164. 165.  
 Lucernensium Collegium. l. 5. n. 104.  
 Eorundem Literæ ad Euerardum. l. 5. n.  
 105.  
 Ludouici Emptoris mors. l. 7. n. 134.  
 Ludouicus Consaluius. l. 2. n. 82.  
 Regi carus. l. 7. n. 87.  
 Abit ab aula. l. 2. n. 86.  
 Aestimatus. l. 6. n. 200.  
 Eius mors, & virtutes. l. 3. n. 184.  
 Longum morbum optat. l. 3. n. 185.  
 Assitens è ministro electus. l. 3. n.  
 184.  
 Rex illi ad sacrum ministrat. l. 6. n. 196.  
 Regis de illius morte dolor. l. 6. n. 197.  
 Quid ad eius sepulchrum. l. 6. n. 99.  
 Regem instituit. l. 6. n. 201.  
 Rex illius monita libello mandat. l. 6.  
 n. 201.  
 Morientis consolatio. l. 6. n. 204.  
 Sui, ac suorum neglectus. ibid.  
 Ludouici Mesquitæ mors. l. 2. n. 121.  
 Virtutes. l. 2. n. 122.  
 Ludouici Henricij mors, & laudes. l. 8.  
 n. 257.  
 Luc pestifera immortui, dum illa infectis in-  
 uiunt. l. 4. num. 62. 74. lib. 6. num. 46. lib. 8.  
 n. 188.  
 In Belgio. l. 7. n. 133.  
 In Brasilia. l. 6. n. 330.  
 Parisijs. l. 6. n. 12. l. 8. n. 181. 185.  
 Factæ illis acclamationes. l. 8.  
 n. 186.

**L**abores Sancti. l. 7. n. 172.  
 Lacrymarum gratia. l. 8. n. 62.  
 Lambertus Auerus moritur, & eius laudes. l. 1.  
 n. 37.  
 Landspærgæ Tyrocinium. l. 6. n. 94. 96.  
 Fructus. l. 6. n. 97.  
 Latronis beneficium. l. 2. n. 204.  
 Latronum insula perpurpata. l. 8. n. 193. 194.  
 Latrones duo in ipsis Crucibus baptizati. lib. 7.  
 n. 344.  
 Latus apertum. l. 8. n. 76.  
 Laurentius Magius. l. 6. n. 77.  
 Rector Viennæ. l. 6. n. 80.  
 Laurentius Noruegus. l. 5. num. 82. lib. 9. n.  
 151. 153.

# I N D E X

Lue grassante facta supplicatio. lib. 6. num. 332.  
 Lumina caelestia scripto adnotata. l. 8. n. 243.  
 Lupus Abreus. l. 6. n. 234.  
 Lusitaniz res. l. 5. n. 306.  
 Calamitates. l. 8. n. 247.

## M

**M** Adridij mors. l. 1. n. 38.  
 Idem Assistens creatus prius, quam professus. l. 1. n. 39.  
 Madritanum Collegium. l. 1. n. 116.  
 Malabaricus typos. l. 5. n. 181.  
 Malaca Collegium. l. 4. n. 205.  
 Mamaluchus significat filium Europaei, & Brasiliae. l. 3. n. 275.  
 Marcelli Vasæi mors. l. 4. n. 202.  
 Marci Præcudi mors. l. 4. n. 185.  
 Labores. l. 4. n. 186.  
 Marcus Pithodius Sabariz. l. 7. n. 125.  
 Marganense Collegium. l. 2. n. 97.  
**M A R I A** Virgo à Jacobo Certuto quomodo culta. l. 1. n. 43. 46.  
 Guterrio quomodo se ostendit. l. 1. n. 8.  
 Granam iuuat. l. 1. n. 176.  
 Periclitantibus opitulatur. l. 1. n. 175. 176. 182.  
 Adest morienti. l. 6. n. 177.  
 Indo. l. 7. 306.  
 Mariæ Sodalitas. Vide Sodalitas.  
 Mariæ Rosarium. Vide Rosarium.  
 Mariæ nomen inustum pectori. l. 2. n. 7.  
 Mariæ Imago. Vide Imago.  
 Mariæ pulchritudo. l. 7. n. 290.  
 Maria Dimmoça conuersa. l. 8. n. 109.  
 Maria Mendoza fundatrix. l. 4. n. 145.  
 Mariæ Parmensis mors, & laudes. l. 4. n. 63.  
 Marius Fabritius. l. 4. n. 45.  
 Maroniticæ Missiones. l. 6. n. 37. 54. 57.  
 Maronitarum res. l. 8. n. 7.  
 Synodus. l. 8. n. 12.  
 Acclamationes. l. 8. n. 16.  
 Monasterium. l. 6. n. 39.  
 Campanæ. l. 6. n. 40.  
 Inopia. l. 6. n. 41.  
 Mores. l. 6. n. 42.  
 Constantia. l. 6. n. 50.  
 A Marone Abbate nomen. l. 6. n. 49.  
 Laudes. l. 6. n. 51.  
 Legatio. l. 6. n. 52.  
 Errores. l. 6. n. 58.  
**Martinus** Guterius captus. l. 1. n. 2.  
 Aegrotat. l. 1. n. 5.  
 Moritur. l. 1. n. 6.  
 Eius virtutes, & vita. l. 1. n. 7.  
**B.** Virginem Societatem sub pallio protegentem videt. l. 1. n. 8.  
 Eius sepultura à B. Virgine curatur. l. 1. n. 9.  
**Martinus** Siluius. l. 6. n. 232.  
**Martini** Lucernæ conciones. l. 4. n. 80.  
 Statura. l. 4. n. 81.

Acta. l. 8. n. 159.  
 Martirij præparatio. l. 5. n. 232.  
 Desiderium. l. 5. n. 235. l. 6. n. 232.  
 Matrimonij illegitimi pœna. l. 5. n. 144. 145.  
 Matthæus Riccius. l. 6. n. 233.  
 Matutina deuotio. l. 4. n. 159.  
 P. Mauritius cum Rege cadit. l. 6. n. 208.  
 Maurus in Societate. l. 4. n. 179.  
 Maximilianus Cæsar moritur. l. 4. n. 83.  
 Meacenses opes. l. 1. n. 159. l. 4. n. 251.  
 Eorum Tempia B. Virgini. l. 4. num. 253. 255. 260. l. 6. n. 319.  
 Mechucana Prouincia. l. 3. n. 293.  
 Mediolani contentio inter summos. lib. 6. num. 50. 51.  
 Meditationum libellus. l. 1. n. 9.  
 Meditatio, & visio Simonis Roderici. l. 7. num. 286.  
 Melchior Carnerus Patriarcha. l. 5. n. 292.  
 Melchior Castrius. l. 6. n. 231.  
 Melchior Oliueria peste infectis seruit, & moritur. l. 7. n. 293. l. 8. n. 256.  
 Mendacium contra Societatem. l. 7. n. 57.  
 Menstrua communio. l. 3. n. 45.  
 Menstrui Sancti cultus. l. 1. n. 187. l. 3. n. 44.  
 Mexicanæ res. l. 2. n. 192. l. 2. n. 133. 135. l. 3. n. 287. l. 4. n. 267. l. 5. n. 301.  
 Mexici pestis. l. 5. n. 302. l. n. 337. 339.  
 Michaelis Botellij mors, & laudes. l. 4. n. 73.  
 Michaelis Ochoiæ mors, & vita. l. 3. n. 91.  
 Michael Rogerius. l. 6. n. 233. l. 7. n. 310.  
 Michaelis Tolmainer labores. l. 9. n. 86. 89.  
 Michael Turrianus. l. 6. n. 212.  
 Michael Turrius. l. 2. n. 92.  
 Michaelis Vasæi mors. l. 8. n. 255.  
 Miles ferox ad confessionem dispositus. l. 5. num. 143.  
 Minimorum æstimatio. l. 7. n. 17. 18.  
 Miracula perpetua totius Societatis. l. 3. num. 24.  
 Missæ quotidie audiendæ, deuotio memoranda. l. 1. n. 154.  
 Missa morbus pulsus l. 5. n. 285.  
 Missa mors impetrata. l. 5. n. 288.  
 Missæ longæ desideratæ. l. 8. n. 129.  
 Missæ irritæ pœna. l. 2. n. 116.  
 Missæ vis l. 5. n. 142.  
 Missa iuuat piscationem. l. 6. n. 246.  
 Misericordia quotidiana. l. 2. n. 127.  
 Missionum fructus. l. 4. n. 272.  
 Missionum modus. l. 4. nu. 273. l. 5. nu. 50. 52. 295. 296. l. 6. n. 37. 54. 57.  
 Missiones; Veillana, & Forchemiana. l. 1. n. 93.  
 Nouiomagi. l. 1. n. 94.  
 Ad Insulam Gratiouam. l. 1. n. 126.  
 Aliæ. l. 1. n. 188. 189. 201. l. 2. n. 14. 44. 59. l. 2. n. 18.  
 Angolana. l. 2. n. 88.  
 Cum militibus. l. 2. n. 123. l. 5. n. 112.  
 Aliæ. l. 3. n. 40. 50. & à n. 264. 298. 299. l. 4. n. 48. l. 5. n. 123.  
 Ad milites. l. 6. n. 227. l. 7. n. 201.  
 Mogorica. l. 7. n. 315.

Ad

# I N D E X

- Ad Salutios. l. 8. n. 23.  
 Clam obitæ. l. 8. n. 129.  
 Suecica. l. 8. à n. 149.  
 Alia. l. 3. n. 129.  
 Transylvanica. l. 7. n. 112.  
 Xantonum. l. 8. n. 192.  
 Maronitica. l. 8. n. 7.  
 Missionum monita. l. 8. n. 9.  
 Missio Petri Gomij. l. 1. à n. 126.  
 Modestia studiosorum insignis. l. 5. à n. 120.  
 Mogores adiuti. l. 7. à n. 311.  
 Mogoris Regis potentia. l. 7. à n. 313.  
 Mogoris gentis genius. ibid.  
 Mogorum expeditio. l. 8. n. 266.  
 Mogorum Rex B. Virginis imaginem veneratur.  
 l. 8. n. 270.  
     Non conuersus, quia carni, & nugis deditus. l. 8.  
     à n. 280.  
 Moguntia Collegium. l. 5. n. 108.  
 Molfemiense Collegium. l. 8. n. 198.  
 Monachij Philosophia. l. 1. n. 80.  
 Moniales Peruuiana. l. 2. n. 141.  
 Nonostoriensis locus. l. 7. n. 119.  
 Montes inter tonitrua. l. 2. n. 145.  
 Moribundus maurum bapizat. l. 7. n. 227.  
 Moriens Pater Simonis Rodericij de filio nascente  
     quid prædicit. l. 7. n. 235.  
 Morientium cura. l. 5. n. 296.  
 Moriturorum Iaponum dona. l. 2. n. 115.  
 Mors à stulto illata tribus Nostris. l. 2. 48.  
 Mors viri simplicis. l. 2. n. 152.  
 Mors deuota. l. 3. n. 15.  
 Mors cantilenis arectur, opinione quorundam. l. 3.  
     n. 200.  
 Mors in religione. l. 5. n. 136.  
 Mors repentina, non improuisa. l. 8. n. 197.  
 Mors repentina persecutoris. l. 5. n. 254.  
 Mors Adriani Adriani. l. 8. n. 175.  
     Anatolij. l. 8. n. 188.  
     Bocacij. l. 7. n. 139.  
     Ouiedi. l. 4. n. 265. 292.  
     Ioannis Harlemij. l. 6. n. 157.  
     Patris Sibillæ. l. 5. n. 59.  
     Araozij. l. 1. n. 112.  
     A Costæ. l. 6. n. 224.  
     Salazarij. l. 6. n. 154.  
     Vinchij. l. 4. n. 76.  
     Loartis. l. 6. n. 178.  
     Sebastiani Romæi. l. 2. n. 8.  
     Iflæ. l. 4. n. 151.  
     Helmij. l. 4. n. 75.  
     Camacij. l. 5. n. 305.  
     Colladi. l. 3. n. 181.  
     Sancij. l. 4. n. 288.  
     Aloyij. l. 6. n. 224.  
     Esquilienij. l. 3. n. 176.  
     Melendij. l. 8. n. 78. 79.  
     Brogelmanni. l. 6. n. 90.  
     Mendoza. l. 6. n. 176. 177.  
     Heiuodi. l. 6. n. 159.  
     Morangij. l. 8. n. 189.  
     Euerardi. l. 8. n. 58.  
     Garziæ. l. 7. n. 184.  
 Francisci Rodericij. l. 1. n. 133. 135.  
 Gomij. l. 4. n. 172.  
 Sungeni. l. 8. n. 161.  
 Androtij. l. 3. n. 64.  
 Simonij. l. 6. n. 219.  
 Leoncelli. l. 4. n. 74.  
 Azailæ. l. 3. n. 14.  
 Natalis. l. 8. n. 24.  
 Cerruti. l. 1. n. 50.  
 Ledesma. l. 3. n. 15.  
 Scipiani. l. 4. n. 125.  
 Duchy. l. 8. n. 62.  
 Archinti. l. 2. n. 7.  
 Fonseca. l. 5. n. 140.  
 Fontanæ. l. 1. n. 44.  
 Albototi. l. 6. n. 179.  
 Braui. l. 3. n. 235.  
 Capralis. l. 3. n. 234.  
 Castanæ. l. 3. n. 179.  
 Diæ. l. 5. n. 173.  
 Leonij. l. 7. n. 192.  
 Astensis. l. 7. n. 137. Vide alios  
     in nominibus singulorum.  
 Mortis cura. l. 5. n. 137.  
 Mortis exemplar. l. 2. n. 8.  
 Mortis incerta certitudo stimulus ad baptismum  
     l. 6. n. 229.  
 Mortui in obsequio agrorum. l. 4. n. 183.  
 Mortificatio. l. 5. n. 140.  
     Etiam in morbo ultimo. l. 7. n. 273. & passim.  
 Mortificationis instrumenta loco armorum repena  
     l. 8. n. 251.  
 Mulieres prædiciaræ. l. 1. n. 117.  
 Murmur de nationibus. l. 1. n. 16.  
 Mussiponti Academia. l. 2. n. 73.  
     Collegium. l. 3. n. 135.  
     Magni discipuli. l. 7. n. 144.  
     Regit Academiam Noster. l. 8. n. 196.  
     Academia Vexata, vicit. l. 4. n. 129.

## N

- N** Ationum diuersitas. l. 1. à n. 14.  
     Promotio. l. 1. n. 17.  
 Discordia. l. 7. n. 214.  
 Naufragium Sociorum. l. 1. n. 146.  
 Naufragij imago. l. 6. à n. 251.  
 Neapolitani Collegij feruor. l. 2. n. 17.  
     Domus Professa. l. 6. n. 38.  
 Neophyti. l. 1. à n. 17.  
     Exempla. l. 6. n. 329.  
     Fortis animus. l. 6. n. 22.  
 Nicolai Villerij Nouitij mors. l. 6. n. 102.  
     Patientia. l. 6. n. 104.  
     Is Christum Crucis baiulum videt. l. 6. n. 109.  
 Nicolai Becani mors pretiosa. l. 4. n. 88.  
 Nicolaus Coccius Nouitius laudatus. l. 2. n. 26.  
 Nicolaus Leopardus Collegij Recinetensis institutor.  
     l. 6. n. 9.  
 Nicolaus Spinula. l. 6. n. 234.  
 Nicolaus Nunnus diem obit. l. 4. n. 202.  
 Nichelspurgi in Morauia res. l. 6. n. 85.

Nomen baud vulgare. l. 6. n. 279.  
 Nominis Petri reuerentia. l. 6. n. 44.  
 Nouitius tepidus inflammatur. l. 1. n. 43.  
 Tentatus curatur. l. 1. n. 52.  
 Nouitij zelus. l. 1. n. 194.  
 Nouitij legenda epistola. l. 5. n. 136.  
 Nouitij de morte moniti. l. 7. n. 285.  
 Nouitij quales. l. 8. n. 53.  
 Nouitij constantia. l. 4. n. 8. l. 6. n. 104.  
 Responfa. l. 4. n. 9.  
 Intentionis altitudo. l. 4. n. 9.  
 Victoria. l. 4. n. 10.  
 Nouitij monita. l. 8. n. 220. 231.  
 Nouitatus Brunæ l. 1. n. 76. l. 2. n. 40. l. 4. n. 91.  
 Lanfpergæ. l. 6. n. 94. 96.  
 Meffanz. l. 1. n. 61.  
 Azonenfis. l. 1. n. 67.  
 Nofocomij reuerentia etiam ab hofte. l. 6. n. 226.  
 Nofocomium Domus Dei, & caritatis ibid.

O

Obedientia. l. 4. n. 134. 163. l. 8. n. 214. 221.  
 Obedientia Societatis æstimata. l. 5. n. 147.  
 Obedientia defectu turbæ. l. 3. n. 163.  
 Obsidionis tempore quid actum. l. 4. n. 217.  
 Odo Pigenatius Rector se deuouet obfequio  
 peste infectorum vnâ cum suis. l. 8. n. 184.  
 Reuocatur à Superioribus. l. 8. n. 187.  
 Officij diuini recitatio. l. 7. n. 289. 290.  
 Olomucij Seminarium. l. 7. n. 72.  
 Collegium l. 2. n. 40.  
 Olyffonne pestis. l. 7. n. 220.  
 Omurani Christiani gloriofi. l. 6. n. 316.  
 Oppida nonaginta vno die combuffa. l. 1. n. 161.  
 Oratio dominica, dæmonis terror. l. 4. n. 249.  
 Oratio in carcere. l. 1. n. 9.  
 Oratio ante meditationem vfurpanda. l. 8. n. 225.  
 Oratio cum confidentia. l. 1. n. 171.  
 Oratio cum compositione externa. l. 8. n. 225.  
 Orationis religiofa vis. l. 7. n. 162.  
 Orationis modus nouus prohibitus. l. 2. n. 78.  
 Otho Truchfes Cardinalis Societatis ftudjofif-  
 fimus. l. 1. n. 51.  
 Nouitium reducit. l. 1. n. 52.  
 Otiofa familiaritates perniciofa spiritui; lib. 8.  
 n. 217.  
 Ouetenfe Collegium. l. 7. n. 194.

P

Paderbonenfis miffio. l. 8. n. 170.  
 Pagus integer baptizatur. l. 4. n. 230.  
 Pamplonæ Collegium. l. 7. n. 197.  
 Panamæ fedes inchoata. l. 6. n. 344.  
 Panis Brafilus. l. 2. n. 128.  
 Parisijs Domus Profelfa. l. 8. n. 178. & feq.  
 Parochia. l. 4. n. 275.  
 Parochia Iulienfis. l. 4. n. 285.  
 Paftorem imago B. Virginis vocat. l. 8. n. 201.  
 Pater Christianorum quis dictus. l. 4. n. 192.

Paterfamilias bonus. l. 4. n. 7.  
 Patientia. l. 4. à n. 198.  
 In Rege. l. 6. n. 311.  
 In agro. l. 8. n. 76. 79.  
 Eius Magifter Chriftus. l. 6. n. 104.  
 Eius præfidia. l. 4. n. 216.  
 Patitur Societas innocens. l. 5. n. 103.  
 Paulus Hoffæus alterius peregrinatione, & morte  
 lanatus. l. 5. n. 106.  
 Paupertatis cura. l. 2. n. 17. l. 3. n. 35. l. 8. n. 222.  
 230.  
 Circa pecuniæ contemptum. l. 8. n. 267.  
 Peccati horror. l. 5. n. 136.  
 Pedes Apoftolorum. l. 2. n. 17.  
 Peruuij ftatus. l. 2. n. 137. l. 3. n. 296. l. 4. n. 268. l. 6.  
 n. 240. l. 7. n. 348.  
 Petri Alcaçæ, & Petri Almeida mors. lib. 7.  
 n. 302.  
 Petrus Antonius Spinellus. l. 1. n. 60.  
 Petri Azebedij mors. l. 1. n. 112.  
 Humilitas. l. 1. n. 113.  
 Cognatorum neglectus. l. 1. n. 114.  
 Petri Alphonfi Chirurgi mors. l. 6. n. 225.  
 Petrus Canifus. l. 8. n. 116.  
 Petrus Dia cum Socijs. l. 7. n. 346.  
 Petri Dinis mors de fleta. l. 1. n. 137.  
 Petri Gomij miffio. l. 1. n. 126.  
 Exemplar Miffionum. l. 1. n. 127.  
 Petri Lophertij prudentia. l. 4. n. 104. 105.  
 Fortitudo. l. 4. n. 107.  
 Petri Manicij mors. l. 5. n. 134.  
 Vocatio. l. 5. n. 135.  
 Petri Mafcareniæ mors, & dotes. l. 7. n. 221.  
 De eodem Elogium Regium. l. 7. n. 230.  
 Petri Michaelis verum fomnium. l. 2. n. 55.  
 Petri nominis veneratio. l. 6. n. 44.  
 Petrus Ribadencira. l. 5. n. 154. & feq.  
 Petri Scargæ patientia. l. 2. n. 32.  
 Petri Touar mors. l. 2. n. 233.  
 Peflis, & Noftri pefte extincti dum feruiunt. l. 5.  
 n. 62. 267. 118.  
 Peflis in Suecia. l. 7. n. 101. Vide Lues.  
 Pietas fupernaturalis. l. 1. n. 159.  
 Philippi Contareni mors. l. 5. n. 70.  
 Lata abjectio. l. 5. n. 71.  
 Colloquia pia. l. 5. n. 72.  
 Philofophaftri impudentia. l. 2. n. 70.  
 Piffna laudata. l. 7. n. 79.  
 Plana fine fulgure. l. 2. n. 145.  
 Polocienfe Collegium. l. 8. n. 155. & feq.  
 Poloniæ noua Prouincia. l. 2. n. 29.  
 Pontificis diploma defenfum. l. 4. n. 174.  
 Pontificis milites habet Societas. l. 5. n. 159. 160.  
 Pontificis in Societatem beneficentia. l. 5. n. 161.  
 Porta Paradifi eft porta Collegij. l. 5. n. 50.  
 Præftinationis exemplum. l. 6. n. 229.  
 Preparatio ad mortem. l. 6. n. 253.  
 Pragenfe Collegium. l. 1. n. 77. l. 3. n. 105.  
 Pragæ res. l. 7. n. 124.  
 Precum Religiofarum vis. l. 7. n. 162.  
 Profefli mendicant. l. 7. n. 203.  
 Prouidentia diuina. l. 5. n. 296.  
 Pudicitia adolefcantis in Comœdia. l. 6. n. 37.

P p Quadra-

# I N D E X

**Q** Vadragesimæ ieiunium restitutum. lib. 5.  
n. 193.

R

**R** Adfuitij conuersio. l. 2. n. 31.  
Radfuitiorum fratrum virtus. lib. 3. num.  
100.  
Raphaelis Peregrini mors. l. 3. n. 180.  
Recinetense Collegium. l. 6. n. 7.  
Rector Cocinensis deficit à Societ. l. 6. n. 237.  
Recusantes Catholicorum nomen. l. 8. n. 115.  
Regis Bungi filius mauult esse Christianus, quam  
Bonzius. l. 3. n. 254.  
Regina noua Iezabel. l. 4. n. 232.  
Rei familiaris cura. l. 3. n. 12.  
Religiosus est mortuus. l. 5. n. 137.  
Religiosi honorandi omnes. l. 2. n. 100.  
Religionum vnio ad concordiam necessaria. l. 3.  
n. 212.  
Reliquiæ. l. 3. n. 206. 285.  
Reliquiæ translata. l. 4. n. 69.  
Rex Christianos protegit contra vxorem. l. 5.  
Eius Vxor à dæmone possessa. l. 5. n. 250.  
Rex baptizatus cum Patribus prandet. l. 6. num.  
237.  
Robertus Personius. l. 8. n. 85. 90.  
Quid in Anglia. l. 8. n. 106. 109.  
Eius constantia. l. 8. n. 140. & seq.  
Seruatur diuina prouidentia. l. 8. n. 144.  
Roderici Consaluij, dæmoni inuisi, mors. l. 8.  
n. 208.  
Roderici Texeire humilitas. l. 1. n. 134.  
Roderici Hurtadi mors. l. 6. n. 172.  
Notabilia circa mortuum. l. 6. n. 173.  
Oratio. l. 6. n. 173.  
Vocatio. l. 6. n. 174.  
Rodolphus Aquauina. l. 7. n. 316.  
Eius mirus baptisus. l. 6. n. 239.  
Socij. l. 6. n. 232. l. 8. n. 282. 285. 286.  
Rodolphus Scheruinus zelo fidei plenus. lib. 8.  
n. 101.  
Rodolphus in Cæsarem electus. l. 4. n. 85.  
Liberalis in Societatem. l. 5. n. 100.  
Prudens illius factum. l. 6. n. 77.  
Rogerius Beruottus Nouitius. l. 6. n. 232.  
Roma peregrinorum mater. l. 3. n. 3.  
Rosarij pietas. l. 1. n. 131. l. 3. n. 256. l. 6. n. 283.  
Rosarium è collo nauigantium. l. 6. n. 290.  
Quotidie recitatum. l. 6. n. 282.

S

**S** Abariæ gesta. l. 7. n. 125.  
Sabbathi ieiunium. l. 6. n. 284.  
Sabbati deuotio. l. 1. n. 182.  
Sacerdotum Catholicorum conuentus. l. 8. n. 115.  
Sacramentis sanatus. l. 6. n. 88.  
Sacrum missæ deridentis pœna. l. 2. n. 116.  
Vide Missa.  
Salmæi Episcopi virtutes. l. 3. n. 136.

Salfettanæ Ecclesiæ turbo. l. 5. n. 168.  
Salfettanæ res. l. 6. n. 225. l. 8. n. 263.  
Sanitas per confessionem. l. 3. n. 59.  
Sartoris conuenticula. l. 6. n. 77.  
S. Sebastiani in Vrbe Brasiliæ Collegium. lib. 1.  
n. 168.  
Sebastiani Lusitanæ Regis mors. l. 2. n. 87. 93. l.  
6. n. 181.  
Exequiæ. l. 7. n. 297.  
Africanæ cogitationes. l. 6. n. 184.  
Exequiæ. l. 7. n. 297.  
Pudicitia. l. 6. n. 194.  
Erga Patrem Consaluium amor. l. 6. n. 190. l.  
199.  
Pro Rege suffragia. l. 6. n. 209.  
Libellus. l. 6. n. 203.  
Sebastianus Romæus moritur. l. 2. n. 8.  
Eius virtutes. l. 2. n. 8.  
Secta de mortalitate animæ. l. 6. n. 267.  
Seminarij Romani conuictoris facinus. lib. 5.  
nu. 24.  
Senex rusticus tenax religionis antiquæ. lib. 7.  
n. 90.  
Sermocinatio de diuinis. l. 8. n. 218.  
Seueritas nimia. l. 7. n. 209. 211. & seqq.  
Sigismundi Regis filij zelus pro fide. l. 7. num.  
108.  
Simonis Roderici Lusitani mors, & prædara  
virtutes. l. 7. n. 233. 280.  
Morientis Patris de Simone nascente dictum note-  
bile. l. 7. n. 235.  
Eius peregrinatio. l. 7. n. 243.  
Mortificatio. l. 7. n. 245.  
Crux incisa pectori. l. 7. n. 246.  
Episcopatus repudiatio. l. 7. n. 250.  
Magisterium Principis. l. 7. n. 257.  
In aula mors. l. 7. n. 253. 254.  
Tedium aula. l. 7. n. 257.  
De Aula sententia. l. 7. n. 255.  
Ollæ gestatio. l. 7. n. 256.  
De Principum gratia vsus. l. 7. n. 258.  
Pecuniam contemptus. l. 7. n. 260.  
Virginitas. l. 7. n. 263.  
Victoria de impudicis contra latrones. lib. 7.  
n. 264.  
Impudicarum reductio. l. 7. n. 265.  
Dæmonum profligatio. l. 7. num.  
266.  
Martyrij desiderium. l. 7. n. 267.  
Zelus. l. 7. n. 268. 271.  
In Leprosam caritas. l. 7. n. 270.  
Itinera. l. 7. n. 272.  
Mortificatio in morbo vltimo. l. 7. num.  
273.  
Deliciæ spiritus. l. 7. n. 274.  
Ignatium compellat. l. 7. n. 275.  
Paupertatis amor. l. 7. n. 279.  
Fusus. l. 7. n. 281.  
Morientis illustre Cubiculum. l. 7. n. 282.  
Prædicationes. l. 7. n. 283.  
Meditatio, & visio. l. 7. n. 286.  
Oratio. l. 7. n. 290.  
Baculus. l. 7. n. 291.

Socij

# I N D E X

- Societas patitur. l. 1. n. 85. 89. 91. 99. n. 83.  
 Impetitur. l. 2. n. 15. 67.  
 Seommata suffert. l. 1. n. 91.  
 Stipendia non admittit. l. 1. n. 95.  
 Eius concordiam seruat. l. 2. n. 6.  
 Laudatur. l. 5. n. 105. 159. 160.  
 Societatis perpetua miracula qualia. lib. 3. nu. 24.  
 Cauet inuidiam alios reformandi. l. 3. n. 158.  
 Patitur domi l. 5. n. 148. 152.  
 In Hispania infamiam patitur innocens. lib. 4. n. 138.  
 Eius Calumniator punitur. l. 4. n. 142.  
 Eius gradus oppugnantur. l. 5. n. 151.  
 Eius viuendi rationem asperrimam esse ait Eremita. l. 4. n. 40.  
 Contra scriptitationes defensa. l. 5. n. 154.  
 Recusat honorifica. l. 6. n. 216.  
 Est Viaea. l. 7. n. 286.  
 Est vt nauis. l. 8. n. 51.  
 Lucerna ardens l. 8. n. 164.  
 A Pontifice Regi Cocinensi commendatur. l. 5. n. 179.  
 In conuicijs Transiluanicis admiffa. lib. 7. n. 120.  
 Illius exilium vnà cum Franciscanis. lib. 6. nu. 138. 140.  
 In suspicionem vocata, eum laude absoluitur l. 8. n. 251.  
 Societatis modestia erga aduersarios. lib. 1.  
 Societatis filij degeneres, & infideles qui. l. 8. n. 148.  
 Societatis cor vnum. l. 5. n. 162.  
 Societatem ingressi Fratres plures. l. 4. nu. 14.  
 Sociorum virtus in Iapone. l. 7. n. 345.  
 Sodalitas Duaci post Romanam prima. lib. 1. n. 97.  
 Sodalitas B. Virginis. l. 2. n. 9.  
 Vilnæ. l. 1. n. 69.  
 In Belgio. l. 6. n. 109.  
 Eucharistiæ. l. 2. n. 127.  
 Caritatis pro captiuis. l. 6. n. 35.  
 Misericordiæ. l. 1. n. 185. l. 2. n. 127.  
 Hospitalitatis. l. 3. n. 3.  
 Nominis I E S V. l. 3. n. 49.  
 Colloquij de rebus diuinis. l. 4. n. 231.  
 Controuersiarum fidei. l. 4. n. 231.  
 Mexicana l. 6. n. 339.  
 Sodalium B. Virginis caritas. l. 5. n. 119.  
 Spirense Collegium. lib. 1. n. 85. l. 3. n. 123. lib. 4. n. 102.  
 Stanislaus Varfeuitius missus in Sueciam. l. 2. n. 33. ad 36. l. 5. n. 95.  
 Stephanus Bathori Rex Poloniæ Societatem aduocat. l. 2. n. 42. l. 3. n. 102.  
 Eius in Societatem beneficia. l. 4. n. 78.  
 Eius de Societate literæ. l. 5. n. 77.  
 Victoriam retulit, facto voto de fundando Collegio. l. 5. n. 78.  
 Eius erga Societatis institutum reuerentia. l. 7. n. 121.  
 Eius virtus. l. 8. n. 154.  
 Stratagema. l. 2. n. 117.  
 Sueciæ res. l. 5. n. 80. l. 6. n. 64.  
 Sueciæ Rex conficitur. l. 6. n. 76. l. 7. n. 85.  
 Superiores quales. l. 2. n. 85.  
 Supplicatio Ninuistica. l. 4. n. 54.  
 Supplicatio studioforum. l. 5. n. 120. 122. 124.  
 Synodo Goanæ adfunt Nostri. l. 3. n. 294.  
**T**  
 Artarorum legati conuersi. l. 7. n. 92.  
 Taurinense Collegium. l. 3. n. 67.  
 Tempestas. l. 2. n. 134. 138.  
 Tempa succendi qui iussit, excæcatur. l. 6. num. 245.  
 Terra czli iniurijs vexata. l. 2. n. 145.  
 Tertius Probationis annus Romæ. lib. 6. n. 112.  
 Ex eo missiones. l. 6. n. 12.  
 Testamentum Henrici Cardinalis Regis Lusitanie. l. 8. n. 259.  
 S. Theresia quid de Patre Balthasare Aluarezio l. 8. n. 219.  
 S. Thomas Apostolus. l. 5. n. 177.  
 Thomas Cottamus. l. 8. n. 116. 121.  
 Thomas Poundus in carcere. l. 8. n. 108.  
 Toletana domus. l. 1. n. 118.  
 Tornacensis Collegij calamitas. l. 6. n. 142.  
 Tosæ Rex eiectus. l. 7. n. 322.  
 Tragediæ de Christo Iudice. l. 2. n. 13.  
 Traiectense Collegium. l. 2. n. 60. l. 3. n. 132. l. 6. n. 113. l. 8. n. 173.  
 Transiluanie res. l. 7. n. 112. 120. l. 8. n. 162.  
 Treuirensis Collegium. l. 3. n. 126. l. 5. n. 107.  
 Trinitatis Sodalitas hospitalitatem exercens. l. 3. n. 33.  
 Typus Catholicus occultus. l. 8. n. 135. 137.  
 Typi Malabarici primus inuentor Frater Goadiutor. l. 5. n. 181.  
**V**  
 Valentie & Hispali Domus Professa. lib. 7. n. 200.  
 Valignani ( Alexandri ) exacta diligentia. lib. 3. n. 232.  
 Dexteritas in turbis. l. 4. n. 186.  
 Angamalæ gesta. l. 5. n. 178. 182.  
 In Iaponia. l. 7. n. 317.  
 Valli soletii studia. l. 4. n. 144.  
 Veneta Prouincia, & Mediolanensis. l. 6. n. 14.  
 Veneficia. l. 8. n. 208.  
 Veniale peccatum. l. 5. n. 147.  
 Veritas odium parit. lib. 3. n. 147.  
 Victoria respectuum humanorum. lib. 6. n. 37.  
 Viennense Collegium. l. 1. n. 78. l. 2. n. 39.  
 Seminarium. l. 2. n. 38.  
 Viennæ conuersi. l. 3. n. 104.  
 Viennæ

# I N D E X


- Viennæ res. l. 6. n. 77.  
Proscripti Sectarij. l. 6. n. 78.  
Vilnæ Collegium. l. 3. n. 99.  
Visio Christi passî. l. 8. n. 79.  
Visio Simonis. Vide Simon.  
Vitis est Societas. l. 7. n. 286. 288.  
Vocationis æstimatio. l. 3. n. 24. l. 4. n. 60.  
Vocatio Bartholomæi Illæ. l. 4. n. 152.  
Vocatio Manricij. l. 5. n. 135.  
Roderici Hurtadi. l. 6. n. 174.  
Ioannis Ximenij. l. 7. n. 163. 164.  
Garziæ. l. 7. n. 185.  
Sancij. l. 8. n. 93.  
Ioannis Brionij pastoris. l. 8. n. 203.  
Voluntatis, cum diuina coniunctio. lib. 6.  
n. 312.
- Vox è Tabernaculo Eucharistiz. l. 8. n. 94.  
Magistra scientiæ. l. 8. n. 95.  
Vrbs argenti. l. 2. n. 144.  
Vri populi mortalium simplicissimi. l. 2. n. 142.  
Vismari Boiffonij mors læta. l. 6. n. 151.
- X  
Antonum in Vrbe missio. l. 8. n. 191.  
Xerensis Domus Prof. Itæ. l. 3. n. 176.
- Z  
Elus in Rege. l. 6. n. 290.  
In conuerso Dynasta. l. 6. n. 298.  
In Rodericio. l. 7. n. 270.

# F I N I S.

## AD MAIOREM DEI GLORIAM.

*Collecta Societatis N. S. V. Paderbornæ 1670.*

*Errores typo currente commissos, qui maiores sunt; facilius  
aduertes, & corriges, benignè Lector: qui minores;  
facilius excusabis. Vale.*





IN TOMIA SOCIET  
PART IV.  
PARTIS V.  
TOMI V.


CV  
3




ANTONIA SOCIET  
PART IV

EARLIS V  
TOMI

CV  
7







Th  
1176.



Th  
1176